Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

1.7.118

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

1.7.118

Ex Bibliotheca Equitis
Antonj Francisci Marmi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

B

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

61

Ex legato D: equitis Antonij
Francisci de Marmis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Vincenti Apoc. 2. 3.
BASILICÆ
MISEN
INTEND
CONCIO
PAST. SUPER
NAT
SS. THEOL. D.
NAT
MANNUS
ZIMMER
MATTHIAS
Domus Terrena
Domus Coelestis
TOLLE LEGE TOLLE LEGE
Æs loquitur formam blandâ gravitate verendam,
Ingenij et Signat vividioris opes.
ZIMMERMANNUM ipsum non a'es, non ulla loquetur
Lingva satis, celebri Pannonis urbe satum.
Tentantem hoc frustrà vatem obiurgavit Apollo,
Reprime et à vastis carbasa dixit aqvis
Theologum loqveris, clarum Polyhistora Scriptis!
Sola hoc ex merito fama loqvetur anus.
Veteri Amicitiæ et Honori celeberrimi
Theologi debebat
FRID. RAPPOLT. SS. THEOL. D.
et Prof. Publ. in Acad. Lipsiensi.

ANALECTA
MISCELLA MENSTRUA
Eruditionis
SACRÆ & PROFANÆ
Theologicæ, Liturgicæ, Historicæ, Philologicæ, Moralis, Symbolicæ, Ritualis, Curiosæ
Ex optimis & rarioribus Authoribus Collecta & reddita Operâ

MATTHIÆ ZIMMERMANNI,
SS. Theol. D. Pastor. Superintend. & Basilicæ Misenens. Concionatoris

MENSES XII.
Accedunt variæ Figuræ & Indices necessarii.

Cum Gratia & Privileg. Seroniss. Elector. Saxon. Speciali.
MISENÆ
Literis & impensis CHRISTOPHORI GÜNTHERI,
M. DC. LXXIV.

I
7
118
II
BIBLIOTH. PUB. FLORENTINAE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Ad Benevolum Lectorem.

INgeniosus Emblematista Andreas Maximil. Fredro Castellanus Leopoliensis peristrom. I. Librum apertum exhibet, cum inscriptione HINC OMNIA, prosequitur non minus ingeniosa deductione scribens: Principis mobilium rem præstantissimam esse Bibliothecam, sed plerumqve in conqvirendis authorum libris curiositas nonnullorum magis laborat qvam rectè sciendorum cupido, ut satius dicendum sit: Principis cubiculum non majus ornamentum ad Majestatem compositum admittere posse, qvam unum alterumq; in mensa librum, cum non Bibliotheca mutis libris docta sed mens Principis salubribus consiliis referta pensatur, quam proborum Authorum, sed præsertim Historiæ lectio & Geographorum notitia copiosè ingerit, nam hæc ad summam regiminis conferunt; Hinc altior æstimatio personæ Principis suboritur, & edictorum, dum incolæ advertunt Principem suum, non à proprio tantum genio, sed altius ab anteactorum temporum notitia eruere consilia recta, velut è profundo montium operosè foditur nobile aurum. Hinc omnia Princeps habeat, sanctionem legum novarum, observationem antiqvarum. Hinc consilia pacis, belli, fœderum. Hinc qvalis ministros legat Princeps, qvalis ærarii cura, qvale regimen quomodo intra Justitiam clemens, sit, nec extra Clementiam Justus, quomodo liberalis sine prodigalitate, quæ cura Religionis & boni publici. Verum enim vero non tantum Principes qvin omnes ad unum qvorum meliori è luto finxit præcordia Titan memores sint illius: *Hinc omnia.* Mutorum Magistrorum Commercium omnibus præferant delitiis; habebunt n. exinde tantum sapientiæ scientiæ, ut tutò acqviescere animus possit, habebunt cynosuram infallibilem actionum suarum —— Morbos animi Bibliotheca levat. Veritatem dicti fertean probabit exiguus hic libellus, non superciliose de se aliqvid præsumens, sed Lectorem alliciens ad indagationem longe solidiorum, reconditioris & profundioris scientiæ. Fruere L. B. hoc labore meqve judicio tuo æqvo sustine. Bene Vale! Misenæ cIↄ Iↄc LXXIV. Kal. Maji.

MATTHIAS ZIMMERMANNUS, SS.
Theol. D. Past. Superint. & Basilicæ, Misen.
Concionator.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Judicia & Elogia Illustr. Excellent. & Clarissim. Personarum.

Doctissime ac Plurim. Reverende Vir

SUmmus iste Tuus erga svavissim. Conjugem, & me adfectus, qvem abunde testantur Analecta Tua Nominibus nostris inscripta, non potest non esse nobis gratissimus, qui dotes ingenii Tui rarissimas novimus jamdumdum & admiramur. Gratias ergo Tibi de munere isto acceptissimo, quas possumus agimus maximas deqve promtissima nostra erga Voluntate persvasissimum Te semper esse perquam cupimus. DEUS Te servet, ac meditationes Tuas in perpetuam Nominis sui gloriam semper secundet! Vale

Rever. Tuæ

Plurimùm addicta
HEINRIETTA CATHARINA,
L. B. à Gersdorff.

ET literas Tuas, Vir plurimum Reverende ac Nobilissime, & qvos Nomini meo inscribere placuit Menses eruditissimos, summa cum voluptate accepi. Habeo inde Tibi agoqve non quas debeo, sed quantas maximas possum gratias. Beasti me sane, qvod extare Muséo meo eximium istud Singularis πανσοφίας Tuæ simul, & amoris erga me testimonium voluisti, & id quidem eò amplius, qvod rarissimæ insimul, qvam habes Bibliothecæ (vero nimirum Musarum γαζοφυλακίῳ) prægustum exhibueris, cujus quidem visendæ tanto indies desiderio teneor ut ferè nihil magis me, quod meminerim, in votis habuisse, sanctissime affirmare qveã. De reliqvo qvamvis ultra Tibi amplius de fama magni nominis Tui curandum haud sit, non displicebit tamen fortassis, me qvoq; inter præcones illius habuisse. Tu modo spartam, quem cæpisti in illustrando exquisitiore literarum orbe mascule orna, ac confide non in pertusum animum Te istud beneficium collocasse. Vale.

T. Vir Plurimum Reverende ac Nobilissime

ad qvævis officia paratissimus
ac devinctus

Hayná Non. Febr, cIↃ IↃc LXXIV.

CHRISTIANUS AUGUST L. B.
à Friesen.

CUra Domus, Patriæq; malum, quæ sistere flumen
Sat poterant Studii, TE studuisse probant.

Nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Nempe ubi ſat volumus, quantum poſſimus, abundè
Inter tot ſtrepitus hæc Analecta docent,
Fidelis ſervus, * famulis qui juſta miniſtrat,
Juſſaq; perſeqvitur! præmia certa feret.
(* Matth. XXIV, 45.)

debiti honoris ergò deproperabat
MARTIN. Geier / D.

In melleos hos Menſes.

MEllilegæ volucres, dulci qvæ rore faviſſas
Floribus è variis diſtenditis, hos age ſaltus,
Has peragrate roſas, ac hos guſtate corymbos,
Et libate thymos, ac hos delingite Menſes:
Perpetuus, ſcio, Majus erunt, Vobisq́; profectò
Judicibus veſtrum vincent melligine nectar.

Εὔνȣς f.

CHRISTOPHORUS BULÆUS, D.

DUcta ſuperfuerit quin linea, ceſſit Apelli
Gnavo, dum licuit vivere, nulla dies.
Menſis at, inſigni qvem, Vir Venerande, labore
Non polias, ornes arteve, nullus abit.
Multò hinc, qvos edis, ſpecioſos pondere rerum
Proſeqvimur menſes divite laude Tuos.

Dno. Fratri in CHRISTO *honoratiſſimo gratulabatur*
Lipſiæ
D. JOH. ADAM. Schertzer/Ingen. Præſulatus Miſn. Canon. & Theſaurar. SS. Theol. Profeſſor Primarius & Conſiſtorii Aſſeſſor.

Salutem & Gratiam à DOMINO.

Vir Admodum, Reverende, Ampliſſime & Excellentiſſime Domine Fautor in CHRISTO Frater venerande.

PRo transmiſſis Analectis gratias ago decentes, licet par pari referre impos. In illis qvemlibet doctum delectabit varietas erudiet exqviſita

sita cura ; spes sequentium desiderium augebit. Ut vero his & aliis officiis sanctis laboribus porro prosis Ecclesiæ atq; literis, præter corporis animiq; vires semper integras cælestem uberrimam benedictionem pie adprecor eo voto obsignans & semper paratissimus esse

Admod. Rev. T. Excell.

Scrib. Francofurt. 2. Mart. 1674.

cultor

ad preces & obseqvia devinctissimus

PHILIPPUS JACOBUS SPENERUS, D.

QVovis mense novo thesauros provida mater
è locuplete sinu fundit natura paratos;
Sic Tua sedulitas est naturæ æmula; totum
Qvæ nobis annum prodoctis fructibus ornat.
His precor ut totidum doctorum nobilis ordo
Illorum imponat, meritorum jure coronas.

Francofurto mittebat gratulabundus

PHILIPPUS JACOBUS SPENERUS, D.

Eccles. Mænofrancof. Pastor. & Senior.

USuras sortem superantes fœnore iniqvo
Leges divinæ Cæsareæq; vetant:
Menstrua non vitata tamen sunt fœnora quondam,
Romaq; permisit civibus ista suis.*
Ergò nec indignè nec iniqvè doctior orbis
Fœnerat, excutiens mensibus ista Tibi
Omnibus; ac instans, ut Tu commissa talenta
Mense luas, istis, quolibet, æqua ferens.
Nec tu conturbas, sed solvis debita mundo
Menstrua Doctrinæ docta *Analecta* tuæ.
Creditor ergò fidem cum Vestram sponte seqvatur
Quicquid in his terris doctior *Orbis* habet:
Debebit posthac Vobis, crede, arduus *æther*,
Tecum & decidet maximus ipse DEUS.

* v. Joh. Frid. GRONOVIUS de Sestertiis L. III. c. 13. p. 482. ubi de fœnore menstruo.

Celeberrimo Auctori, Amicorum intimo de egregiis laboribus sincerè gratulatur

THOMAS Steger / SS. Theol. Lic.

Lipsiæ ad Thomæ Ecclesiastes.

UltimaVerba desideratissimi JONATHANIS aliqvot ante beatum obitum transmissa.

Sedula

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

SEdula semper apis mihi, Zimmermanne, videris
Colligis usq; adeò dulcia mella Tibi.
Colligis & nobis, nobis quæ rara subinde,
Sicque ex ignotis plurima nota facis.
Grates ac laudes multas labor hicce meretur,
Gratia jam Tibi sit nomine dicta meo.

Ita gratitudinem suam erga M. Rev. Dn. Autorem, Affinem Compatrem & in Christo Fratrem devenerandum pro utili hoc labore declarat Lipsiæ
SIMON Löffler / SS. Theol. Lic.
& ad D. Nic. V.D.M.

QVæ, Lux Theulogies, nostro ævo Analecta sacravit,
Ingenti studio judicioq; gravi,
ZIMMERMANNIADES, cupidè cape, Candide Lector,
Librorum quem non copia tanta beat.
Non Liber exiguus: Tibi rarorum atque bonorum
Auctorum grandis Bibliotheca datur.

CHRISTIANUS DAUMIUS.
Scholæ Cygneæ Rector.

Salutem à Salutis fonte!
Maxime Reverende, Amplißime & Excellentißime Domine Patrone & Fautor æternum devenerande & suspiciende.

VAlde me delectavit Analectorum Tuorum Labor, qui uno obtutu Electa ex novorum librorum nostro conspectui nondum obviorum, neq; facile parabilium thesauro utiliter exhibet & pro vario ingeniorum, judiciorumque caput, tum huic hoc modo, tum illi alio citra dubium proderit &c. Bene Vale Vir τιμαλφέστατε & fave

Cygn. 1673. d. 6. Novembr.
Tuo
DAUMIO.

REsiduum Analectorum anxie expecto. Quæ nunc mitto, benignè cape dextera, & fave Vir τιμαλφέστατε
Max. Rev. Tua Excell.

Cygn. d. 15. Mart. 1674.
ætatem dicatissimo
CHRISTIANO DAUMIO.

Index

Index Capitum.

1. EUsebii Pamph. Histor. Eccles. 2
2. Interpunctiones veter. Grammat. 5
3. Indices capitul. libris præmissi. 7
4. Κέφαλαιον & τίτλος. 7
5. Παροικία. 8
6. Οἰκονομία de Christi actionibus. 10
7. Ἀνακεφαλαιώσεως. 12
8. Monarchia DEO P. οἰκονομ. D. Fil. trib. 14
9. Ἐπιτειχίζειν. 14
10. Ἱερόδουλοι. 15
11. Musica Instrument. Eccles. laud. & vitup. 15
12. Cerimoniarum usus in Eccles. 17
13. Clepsydræ & horologia. 19
14. Ψυχοπομπία. 20
15. Calvitii Encomium. 21
19. De Museorum imaginibus. 22
17. Deorum gentilium gradus. 24
18. Varii ritus Ecclesiarum. 24
16. Form. Dominus vobiscum. 25
20. De hymno Gloria Patri. 27
21. Jugis Psalmodia. 28
22. Missa sicca. 29
23. Alphabetum cœleste Gaffarell. 31
24. Baculi & arma depon. in Ecclesia. 34
25. Rogus DEI qvid. 35
26. Divortia in Anglia familiar. 35
27. Cum Cane sepelir. ignom. 36
28. Glottocomum. 38
29. Ferinæ galeæ. 38
30. Pilæ vitreæ. 32
31. Inscriptio delitiosa. 41
32. Romanæ Ecclesiæ cultus Gentil. 41
33. Fontes præ foribus Ecclesiæ. 43
34. Evocati qvid, de Notis Rom. 44

35. Formula proponatur. 46
36. Ἐπιγινώσκετε ἀλλήλȣς. 46
37. Nasi aqvilini forma. 47
38. Hospitalitas Eccles. Antiochenæ. 47
39. ὁλόγραφοι. 48
40. Justitia sine capite ping. 49
41. Ægyptior. sacra irrisa. 50
42. Baculi in æde Isidis 51
43. Pelles injectæ sedibus. 51
44. Piscium venditor. sedere non licuit. 52
45. Criticorum audacia. 53
46. Imperatores non semper sedebant. 53
47. Litigantes & Advocati in judicio stabant. 55
48. Chirothecarum usus. 55
49. Tunicæ sine manicis. 58
50. Damnatio ad Gynæcea. 59
51. Plebejæ fœminæ qvomod. à præcip. distinct. 62
52. Interdictio Vestium barbararum. 63
53. Vestius gladiatorum & damnatorum. 64
54. Deorum simulacra statis diebus ornata. 64
55. Excalceatio honorif. ignomin. 65
56. Frumentarii milites. 66
57. Eucharistiæ infusio 68
58. Generatio Fil. DEI vox Divina. 69
59. Processio Spirit. S. non est generatio. 72
60. Gentilium asserta de SS. Trinitat. 75
61. De Spir. S. qvædam. 77
62. De puerper. & infantibus recens natis. 79
63. Ordo Græcorum in sponsalibus. 86
64. Officium Coronationis spons. 89
65. Consvet. indument. sacerd. sepult. 95.b.
66. Numerus hominum in mundo. 91.b.
67. Symmetria humani Corpor. 97
68. Isthmum perfodere. 99
69. Schedulæ mortalitatis in Anglia. 103
70 Osculis idola venerat. 104

71. Male-

71. Maleficium per imaginis cereæ applicat. 106
72. Certamen hominum cum bestiis voluptas. 108
73. Ferrea Cathedra. 110
74. Calumnia extorta 111
75. Arca Montanistarum. 112
76. An Meretrix decimas solvere teneatur. 113
77. Eucharist. in mauus fidel. data. 117
78. Undecim Evangel. Resurrectionis Christi. 120
79. Vocabulum σωτὴρ & JEsus Salvator. signif. 121
80. Ανθρωποθυσία 122
81. Græcorum Oratorium. 126
82. Legio fulminatrix. 129
83. Diabolus DEI simia. 133
84. Dii absentes simulacrorum occasio. 138
85. Domus æterna. 143
86. Congiariadata. 147
87. Reliqua quid. 151
88. Peræqvatores quid. 154
89. Campus piorum. 156
90. Morbidi ap. Rom. in templis pernoctabant 157
91. Varia Remedia ex Mercuriali. 159
92. De Risu. 162
93. Lapidatio theatral. 165
94. Καίσαρος φίλον εἶναι. 166
95. Hieronymi hallucinatio. 169
96. Desiderata qvid. 171
97. Coactio ad Religionem. 192
98. Judæi in dispersione. 179
99. Transitus exercitus. 181
100. Instructiones Canonicor. 186
101. Adulterii pœna. 188
102. רקיע 192
103. De αὐτοχειρία. 196
104. An minister. è carcere fug. 209
105. Cista mystic. in Org. Bacch. 212
106. Cecropii votum. 217

107. Publicani nomen honest. 224.
108. De Catechumenis 225.
109. Symbolum Apostol. an ab ipsis scriptum. 230
110. De homicidio omissionis & commiss. 238
111. Sepulturæ & cremationes. 270.
112. Damnatio militum sortitione. 214
113. Athletæ sortitione educti. 215
114. Descensꝰ Christi ad inferos artic. fid. 287
115. Hymni in honorem Christi compos. 302
116. De Juramentis. 303
117. De Lucernis perpetuo ardentibus. 319
118. Pelles Apostolorum Ascetar. & heroum indument. 324
119. Mors publica sævissima. 326
120. Curiosa ex Gassend. in vit. Peireskii. 331
121. Harpocrates hieroglyphic. 334
122. Filius DEI πρωτόγονος. 335
123. Ἀνθρωποφάγοι. 338
124. Testamentum Muhamedan. 348
125. An Martyres liberab. impios. 361
126. Picturæ in porticibus. 366
127. Irenarchar. munus. 368
128. Asiarchæ. 368
129. Superstitio & impiet. scopuli. 370
130. Jerosolyma Ælia vocata. 372
131. De vociferatione. 373
132. Furtivæ res qvomodo qvæsitæ. 375
133. Passionum ferocia evertit regna. 376
134. Notatu digna ex Lacon. histor. 377
135. παράσημον. Act. 28. 380
136. De Lege D. in genere. 383
137. De Susceptoribus 398
138. Pœnæ capital. Judæor. 405
139. Cultri silicei 412
140. Clericus bellator. 416
141. De Martyribus. 423
142. Telis hostium objecti 425
143. Vocabuli venæ usus. 427
144. De Voluntate DEI. 429
145. Menologium Græcorum. 439
146. Petri & Pauli κήρυγμα. 459
147. Circumductio reorum. 462
148. Numerosus exercitus 464
149. Salaria. 469
150. Baptismus Magicus. 471
151. Adfatomia & Adframire. 476
152. De Concionibus Veterum 477
153. Liturgica Anglicana. 493
154. Reformationes Regg. Angliæ. 510
155. Vocabuli *Festucæ* usus. 514
156. Sacerdotes perpetui animarum custodes. 521
157. Florentiæ & Calaris Majestas. 521
158. Advocare qvid? 522
159. De Peccato Mortali & Veniali 523
160. De abrenunciatione Satanæ 528
161. De Formula *Regnante Christo*. 530.
162. De Formula: *Sursum Corda* 537
163. De Geniis. 540
164. Jus monet. compet. ArchiEpiscopo Cantuariensi. 548
165. Valetudinarium, perversa vestis. 550
166. Trutina Hermetis. 561
167. Epistolas occultè mittendi modi. 564
168. Locutiones sacræ apud profanos occurrentes. 571
169. De extractionibus reorum ex Eccles. 581
170. Offensarum immemores. 585
171. De Chor-Episcopis 587
172. Joh. Launoy Inqvisitiones in Privileg. Ordd. 603
173. De Urinatoribus. 615
174. Auspicia ex acuminibus 631
175. Saxonica Gloria. 634
176. Somneri Glossarium contractum. 640.

ANA-

4.
25.
30
38
orum. 462
tus 464
469
. 471
mire. 476
eterum 477
a. 493
gg. Angliæ. 510
usus. 514
ui animarum cu-
521
is Majestas. 521
522
ali & Veniali 523
ne Satanæ 528
Regnante Christo.
330.
Surfum Corda
537
540
et. ArchiEpiscopo
548
erversa vestis, 550
s. 561
mittendi modi. 564
pud profanos oc-
571
s reorum ex Ec-
581
mores. 585
is 587
sitiones in Privi-
603
615
minibus 631
634
40.
ANA-

ANALECTA
MISCELLA MENSTRUA
ERUDITIONIS
SACRÆ & PROFANÆ
Theologicæ, Liturgicæ, Historicæ, Philologicæ, Moralis, Symbolicæ, Ritualis, Curiosæ
Ex optimis & rarioribus Authoribus
Collecta & reddita
Operâ
MATTHIÆ ZIMMERMANNI, SS. THEOL. D.
Pastor. Superint. & Basilicæ Misenens. Concionatoris
MENSIS I.
AD ILLUSTRISSIMAM BIGAM CONJUGUM
DOMINUM
NICOLAUM à GERSDORFF, &c.
Electoralem Saxon. Consiliarium intimum Gravissimum
DOMINAM
HEINRIETTAM CATHARINAM
natam FRISIAM.

MISENÆ,
Literis & impensis CHRISTOPHORI GÜNTHERI,
M. DC. LXXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

RAro Vos exemplo, ILLUSTRISSIMA BIGA, junxit BNS DEUS, & natura benigna, ut pietas utrinq; cum virtute, virtus cum generositate & animi dotibus, dotes animi cum elegantissima literatura & uberrima cognitione rerum, hæc cum comitate & humanitate certare videantur. B. NN. Paucos certè nostra ætas fert, quorum germana sapientia & virtus ad vetustatem vergeret B. P. D. Bono, inqvam, publico Datum, ILLUSTRISSIME DOMINE, Te Patria, sed & Exteri venerantur & mirum quam celebrant. Dignum virtute Stipendium! Non Te propria cupiditas, sed aliena utilitas ad hoc culmen evexit. Magnum videretur, si dicerem: Nescisti Te Consiliarium intimum gravissimum Electora-

lem

lem futurum : Eras Consiliarius , & esse Te nesciebas , nescis. Nam ut ad Te Fortunæ Tuæ nuntius venit, mallebas qvidem hoc esse, qvod fueras , sed non erat liberum. At aliò vocat numerosa gloria Tua , aliò autem : qvasi verò jam satis veneratus miratusqve sim ILLUM, qvem GLORIOSISSIMUS IMPERATOR LEOPOLDUS I gratia dignatus est extantiore. CONJUNCX INL Sexus sui facile Princeps CONIV. OBSEQVENTIS. KAR. INQOMP. gentis atq; domus avitæ splendidissimum, clarissimum jubar, necessitatis juxta & consvetudinis conjugalis solamen, levamen certissimum, dulcissimum, thalami socia inexplebilibus votis, sed castis excipienda. Adeò certè solitudinem Tuam Sodalitas hæc minimè fuscat. Nullum desiderium ad secunda progreditur, si priora displiceant. Ad Literas, & Linguas nata, incomparabile decus audit, nobis, vicinis, dissitis, multis, quid si dixero Orbi Erudito. Nil antiqvius ILLA, nihil pluris habet, quàm mutorum Magistrorum commercium; Optimi siqvidem consultores mortui. Sed & eruditorum, qvos fert ætas, curam, memor illius Hieronymi: viva vox magis afficit. Non quidem me desiderii sui fecit interpretem; omnia tamen clamant, Heroinam hanc, immoriendum sibi duxisse

se

ſe pietati, fidei conjugali, virtutibus, literis. DCT protrahat in ſeros annos Divina Clementia!

Qui ergo felicioribus auſpiciis, quam his, videre lucem debuiſſent hæ primitiæ? Potuiſſem equidem aliquid in excuſationem hujus auſus allegaſſe, ſed utor apud VOS fiduciâ, quam dediſtis. Non ergo diſpliceat obſecro, iſtud quicquid Nominibus Veſtris deſtinavi. Latius gaudet, qui & alterius bonis paſcitur. DEUS donet VOS largo ætatis excurſu. Perſcrib. Miſenæ in Muſeo A. O. R. cIↃ IↃcLXXIII. Idib. April.

JLL. VV.

Pietatis & Virtutum cultor perpetuus

D. MATTHIAS ZIMMERMANNUS.

J. N. J. A.

QVid freqventius exulcerato, hoc & penè fastidioso declinante ævo, qvàm literaturæ solidioris & selectioris neglectus, vel saltem superfunctoria cura. Causæ non exiguo numero prostant, iis præsertim, qvi vel sapere incipiunt. Fundamento haud probè substrato, quì sustinebitur ædificium? Qvamplurimi involare præsumunt sacrarium literarium, magis quàm Icario ausu, prorsus implumes. Hinc tot semidoctuli, vix tyronibus ritè sed & ordine gradientibus, comparandi. *Multos* deterret, & sufflamen injicit dira duraq; noverca, egestas, paupertas, mediorum requisitorum defectus. *Non pauci* laborum & molestiarum formidine, resiliunt, qvamvis passus laudabiles figere cœperint. *Adminiculo* ipsis esse possent Bibliothecæ; sed tumultuariè hæ congestæ, non selectæ, ergo non satis instructæ; vel prostant selectæ, otiosæ tamen, deposcentes multo anhelitu sedulam & pertinacem alacritatem juxta & diligentem tractationem possessorum, quippe comparatæ non tam usibus, quàm splendori, & ut numerus esset extantior. Quid ergo mirum, si externa duntaxat Bibliothecæ facie & aspectu saginetur infelix & incautus possessor? *Bibliotheca sine usu* (scribit Lucianus adversus indoctum multis „
libris superbientem tit. II.) *nihil aliud est*, qvam ludus muribus, & ti- „
neis habitaculum, ac servis, si negligentiores in codicibus curandis „
forte fuerint, verbera; *Et paucis interjectis* idem Lucianus: *Non certè* „
magis, quàm si calvus pectinem emat, aut speculum cæcus, aut tibici- „
nem conducat surdus, scortumve spado, vel navem, qui nullum „
mare propinqvum habet, aut gubernator aratrum: libri sunt usui in- „
docto. Ab eruditis hoc non agitur, *pergit Lucianus*, ut libri niteant, & „
magnifici sint, sed utiles verbis & sententiis. *Denique his dialogum* „
concludit: Tu alii quidem, cui usus esset, commodare librum certè „

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

„ posses, ipsis uti non potes, tametsi nulli commodasti unquam, facisque hoc tantùm, quod canis in præsepe, qui cùm hordeo non vescatur, eqvum tamen volentem pasci haud sinit. Appositè certè Ludovic. XI Galliarum Rex, hominem illiteratum vel sola Bibliotheca superbientem, comparavit gibboso, qvi molem in dorso portans, eam nunquam aspiceret. *Corozetus de dictis & factis memorabilibus.* Non minus salsè hos & tales perstringit *Isidorus Pelusiota L. 1. ep. 123. edit. Paris. 1638. Græc. Lat.* Plurimos *inqvit* libros ut audio emisti atq; opinione locupletes οἰη'σει πλȣτεῖς, ἀγνοῶν τὴν ἀνάγνωσιν eorum lectionem ignorans: atq; idem faciens, quod ii qui frumentum comprimunt καἰέχους reddidit *Jacob. Billius*, ac tineas alunt. Nam libri quoque tinearum matres & nutritii fiunt μητέρες καὶ τροφοὶ cum vinciuntur. Qvare aut opibus tuis utere, aut ingentem eruditionem ne læde, nimirum hic quoq; sales comicos colligens, dum librorum corruptor, aut librorum sepulchrum, aut tinearum altor appellaris, βιβλιοφόρος ἢ βιβλιοτάφος, ἢ σητοτρόφος *Vid. huc Anton. à Burgund. Lap. Lyd. de Bibliotheca splendida. Francisc. Petrarch. de Remed. utr. Fort. dial. 43.* Non multis sed bonis libris ad sapientiam opus esse, docet *Seneca ep. 45.* Librorum, *inquit* inopiam esse qvereris. *Non refert qvàm multos, sed quàm bonos habeas, lectio certa prodest, varia delectat. Qui qvò destinavit, pervenire vult, unam seqvatur viam, non permultas vagetur; non ire istud est, sed errare. Multis vel* nullæ sunt Bibliothecæ, *vel* curæ publicæ in tantum distrahunt, ut non valeant bonos evolvere libros. Benè ergo, uti qvidem reor, consulitur commodis publicis, electis analectis, selectis eclogis, quæ prostant numero haud exili. Vestigia pressurus eorum, qvi in hoc genere desudarunt, videor forsitan noctuas Athenas portare, sed habebit & hic labor suum usum.

Sit ergo MENSIS I.

I. *Eusebii Pamphilii Historia Ecclesiastica.*

EDidit Historiam Ecclesiasticam *Eusebius Pamphilius*, ut & libros IV. de vita Imperatoris Constantini: sed etiam Orationem ad Sanctos & Panegyricum Eusebii. *Heinricus Valesius.*

Græ-

hunc finem & directè ad captandam δεσμοφύλακος benevolentiam. *Priori* modo fieri rem illicitam : quia quoniam corruptio custodis, hoc ipso, quod involvit : ejus liberum consensum & consequenter cooperationem alterius ad actum, quem licite custos nõ facit, neq; etiam licite poterit captivus corrumpere custodem. *Posteriori* modo non fieri rem illicitam : quia tali modo non sollicitatur fides custodis, quam debet Domino suo. Idem tamen mutat sententiam, & ait : si tamen velimus sequi modum loquendi Doctorum, ita ut corruptio fiat tantum ex parte rei, non ex parte custodis, affirmative respondendum erit. *Nos ejusmodi corruptelam indignam servo JESU Christi omni modò existimamus.* Benevolentiã tn. apud custodes sibi conciliare sine largitione, velut S. Paulus, de qua ad Phil. 4. 22. qua possis sine benevolentium detrimento uti ad tuam libertatem, nisi in præsens aliud svadeat gloria DEI & Ecclesiæ necessitas, non est prohibitum. *V. An si fiat, ut Evangelicus Doctor in carcerẽ conjectus convertat δεσμοφύλακα, sicut S. Paulus Act. 16. 32. & sequentibus qui agnoscens se huc usq; ministrum fuisse publicæ & in DEum injuriosæ iniquitatis nolit amplius carcerem tenere oppessulatum, sed vel una cum incarcerato velit tyranni manus effugere, vel solum dimittere incarceratum, ipse autem quidvis aliud à tyranno expectare, etiam possit consentire in fugam?* Negatur quia præsumitur, talem Domino suo juramento obstrictum, quod nõ solvitur illuminationis divinæ beneficio, cumprimis etiam propterea tum quia in juramento etiam Opt. Max. DEI respectu vinculum est, tum quia ipsa detentio in carcere non est iniquitas in DEum injuriosa ex parte custodis, sed Judicis & magistratus. sicut & carnifex non venit in communionem culpabilem peccati judicis, si ignarus iniquam exequatur sententiam. Obligatur tn. custos ad salvandam conscientiam, ut gnarus iniquæ detentionis ab officio hoc abstineat. Possunt hæc quodammodo elici ex collatione *Act. 5. 19. cap. 9. 25. cap. 12. 6. & seqq.* Interim si quis, intrinsecus & extrinsecus re deliberata & circumspecta ea emergentia deprehendat, quæ fugam dissvadeant, non necesse est eum suâ licentiâ uti. Displicet tantum *Guil. Perkinsi. l. 2. Cas. consc. s. 3. cap. 13. p. 344.* nimis rigida sententia, qua ait : Cum quis apprehensus & sub custodiâ Magistratus fuerit, tunc minimè fugiendum. Nam in omnibus passionibus nostris Magistratui obtemperandum est. Neq; aliquid probat locus 1. *Pet. 2. 16. VI. An si religionis causa incarceratus pastor incidat in Magistratum persecutorem simul & avarum, à quo pretio pecuniæ redimere possit vitam, salva religione & confessionis sinceritate, id bona*

Græcè & Latinè primùm *Parisiis*, de qvo insigni labore ipsi prolixè gratulatur Parisiis 1658. *Nonis* Septembr: *Petrus de Marca Episcopus Tolosanus*; tenor epistolæ est, *de prima Evangelii prædicatione, in Galliâ.* Prodiit denuò anno superiori *Moguntiæ*. Clarus est *Valesius, excerpt. ex Dion. Cass. notis* & observationibus selectis ad Ammian. Marcellinum, ut & notis in excerpta Polybii, qvæ posteriores recusæ cum aliorum Amstelod: 1670. *Notis* in excerpta autoris ignoti de Constantino Chloro, Constantino M. recus. Argentorati *1664.* 80. *In Epistola nuncupatoria ad ArchiEpiscopos, Episcopos & universum clerum Ecclesiæ Gallicanæ*, sub initium statim, extollit usum historiæ Ecclesiasticæ. Qvid *inqvit* ad defensionem fortius ; quid ad propagationem utilius ; qvid ad morum ac disciplinæ gravitatem restituendam aptius proferri potest, qvàm Historia rerum Ecclesiasticarum ? Jam verò ad convincendos hæreticos nihil, meo qvidem judicio, efficacius est atq; potentius qvàm hoc genus scriptionis. Qvippe hominum animi disputationibus ac ratiocinando ægrè se vinci patiuntur. Et qvoties constrictos se vident, nec habent, qvod respondeant, non tam veritati id adscribunt, quam adversariorum in disputando subtilitati ac versutiæ. Certè diuturno experimento comprobatum est, seu Scriptis seu viva voce editis disputationibus accendi potius hæreticorum animos qvàm sanari. Historia verò rerum Ecclesiasticarum, cùm se in animos legentium placidiùs insinuet, longè faciliorem de iis victoriam refert. *Dehinc* enumerat editiones tàm Græcas qvàm Latinas Eusebii, ostendens oppidò esse depravatas, idqve judicio *Johannis Curterii*; qvi in epistolâ, qvam Parisiensi editioni præfixit, *Johannem Rupefucaldium* multis alloquitur. Si in istam *inquit* Græcorum Historiæ Ecclesiasticæ Auctorum editionem intueamur; Quid enim eâ unquam editum depravatius ? Id ego sæpe ante annos sex, qvi Græcâ ejus lectione delectarer, cum essem expertus, & Rufinum cujus tempore nondum ita corrupta fuisse exemplaria credatur facile; *Musculum* deniq; ipsum in consilium adhibuissem, tantum abest, ut eorum versionibus sim adjutus: ut illum (qvod meritò reprehendit Hieronymus) in Eusebio reddendo parum integre se præstitisse, & hunc non tantum mendosi exemplaris Græci vel leves er-

hat GOtt wollen nach machen / und auch nach thun / das nichts so groß ist der Teufel hat es wollen nachthun / und die Leute als von rechten Weg ziehen auf Mißbrauch und Narrheit. Das sehen wir an seinem H. Creutz auch an seinen lieben Heiligen / ja auch an seinen H. Nahmen / wie ihr den wisset / daß uns GOtt gebothen hat die Heiligen zu ehren / da hat uns der Teufel ein Geplärr gemacht / und die Augen empor gehoben / daß wir auf die Todten gefallen sind / und haben die Lebendigen vergessen. Tom. IV, in 31. Genes. p. 207. Aldenburg der Teufel will immer GOttes Affe seyn / und triffts doch nimmer & f. 716. Alden. Tom. 1. Isleb. f. 493. der Teufel ist unsers HErren GOttes Affe / er hat neben den gebähnten Weg und der Landstraß des Göttlichen Worts allezeit seine Holzwege und Fußstäge dadurch er die Leute verführe Vide omninò huc *Theodor Reinking Biblisch. Policey. p 7. Martin Schook.* Exercit. XV. p. 192. Diabolum synagogam & malignantium Ecclesiam deducit habere *Johann Sinnich. Saul Exrex. l. 2. p. 153.* ex Proverb. 31. 29. *Caspar. Schott. Physic. Curios. lib. 20. 34.* refert Diabolum vere se sæpius transformasse in angelum lucis; & apparuisse modo sub specie *monachi* modo sub *Eremitæ*, sub forma *Moysis* ann. 438. Sub *angeli* specie S. Elephego Episcopo Cantuar & B. Oswaldo Episcopo Wigorniensi sub *Christi* Domini specie apparuisse S. Martino, ut & Sedundello &c. Similia refert *Cornel. à Lapide Comment. 2. Cor XI.* 14. P. Abrahamū Eremitam *inquit* decipere conatus est, sub angeli boni specie teste *Ephrem. in vita.* Cum is media nocte psalleret lux instar solis in cella ejus refulgebat & vox audita est: *Beatus es Abraham, nullusq; tui similis; qui omnes voluntates meas explesti*: Sed vir DEI agnoscens dolum exclamavit: *Obscuritas tua tecum sit in perditionem. Ego enim homo peccator sum sed nomen* Domini *mei J. C. quem diligo, mihi murus est, in quo te increpo immunde canis.* & mox ut fumus ab oculis ejus evanuit. Sic apparuit Simeoni Stylitæ in splendore cum equis igneis juxta columnam, dicens: *Dominus misit me angelum suum, ut rapiam te, sicut rapui Eliam. Ascende ergo mecum in currum, & eamus in cælos, optant te videre S. Angeli, Apostoli, Martyres, Prophetæ, cum Maria matre Domini.* : cumq; addit *Corn. à Lapid.* Simeon elevans dextrum pedem, ut ascenderet in currum, faceret signum crucis mox dæmon disparuit. *S. Pachomio* apparuit Diabolus specie Christi, dicens: *Pachomi, ego sum Christus & venio*

rores non animadvertisse, sed suos in versionem infinitos, partim ignaviâ, partim de industria, ut suis partibus faveret, invexisse deprehenderim. *Et paulo post* de *Christophorsoni* interpretatione ita pronuntiat: Ejus libri emendationes utilitati publicæ tamdiu non invidissem, nisi Christophorsoni interpretationem etiam exspectandam censuissem. Sperabam enim, qvia bene doctum hominem & Catholicum esse, deinde bonis exemplaribus adjutum fuisse audiebam, non præclaram modò & tutam versionem aliquam emissurum, sed in publicati Codicis Græci emendationem (qvod solet ab interpretibus omnibus non omitti) variarum lectionum & correctionum Annotationes adjecturum. Verùm longè aliter accidit, atq; exspectabam. Siqvidem ut de ejus editione hoc solum nunc dicam, qvòd piam qvidem & Catholicam, sed inchoatam potiùs qvàm exactam aut perfectam multis rationibus credi par est: Sic meliorum Codicum, inqvibus ipse usus est, exiguum aut ferè nullum fructum ad multos redire video, cùm qvantum eos secutus vel mutarit, vel addiderit, suis locis, ut decuit, sive ad Græcorum restitutionem, sive ad fidem versioni suæ, & auctoritatem comparandam, non admoneat. Petrus qvoq; Halloixius, vir imprimis eruditus ac diligens, in Tomo 2. quo illustrium orientalis Ecclesiæ Scriptorum vitas complexus est, in Notationibus ad vitam S. Hegesippi cap. 3. de Johannis Christophorsoni versione idem qvod Curterius sentit: Uno verbo *inqvit*, omnes fere errores Christophorsoni, qui sunt non pauci, adhærent etiam Baronio, cum ejus semper utatur in citando Eusebio versione. Ita fit, ut aliis alios sequentibus, nec fontes Græcos examinantibus, primi alicujus interpretis errores ad quàm plurimos Scriptores, qui sola nituntur priorum auctoritate, in immensum diffundantur. Ex quo etiam, quanta sit lingvæ Græcæ necessitas, in promptu est cognoscere. *Multis deniq; laudibus evehit* Gallicanarum Ecclesiarum studia & curam circa sacra & Religionem. *Subjungit Præfationem* ad eosdem, ubi statim indicat suum institutum. 1. Textûs Græc. emendationem curat. 2. Latinam versionem adornat; sed & 3. expositionem obscuriorum locorum; Editiones Eusebianas

bianas Græcas, duas tantùm hactenus prodiisse. 1. Parisiensem *Roberti Stephani* typis elegantissimis. 2. *Genevensem*. Posteriorem Stephanianam, ubiq; expressisse; addidisse varias lectiones, & emendationes ad latus ex codicibus doctorum virorum, sed & lacunas aliquot in libris de vita Constantini occurrentes ex iisdem codicibus supplevisse. Dicit insuper author, se Stephanianam editionem contulisse cum 4. MSCC, qvos subministravit Bibliotheca Regia: *Primus Francisci*. I. præfert insignia, ante 400 plus minus annos scriptus in charta bombycina, & singulares interdum exhibet lectiones, multumve à reliquis codicibus discrepantes. *Alter ex Bibliotheca Medicæa*, nunc in Regiam Bibliothecam translatus, recentior est, ex optimo tamen exemplari, & ab erudita manu descriptus. *Tertius* Codex *Cardinalis Julii Mazarini*, de cujus bonitate ac Præstantia multis author, *omnium qvos vidi Eusebianorum codicum longè optimus, & vetustissimus. Cui emendationes debent exemplaria excusa. Scriptus est in membranis ante 700. plus minus annos. Scholia interdum ad latus apposita, nunc antiqva manu, nunc recentiore.* Qvartus Codex *Nicolai Fuketii*, Procuratoris Senatus Paris. Libros *de vita Constantini Imperatoris* contulisse se dicit author cum tribus antiqvissimis Codicibus. 1. Codex Regius jam laudatus. 2. Schedæ veteres Bibliothecæ Regiæ. 3. Fucketii adjumento sibi author fuisse gratus agnoscit. Emendationes, & varias lectiones, qvas viri docti ad marginem editionis Roberti Stephani manu sua adnotarunt. 1. Codex fuit Hadriani Turnebi, collatus cum Regio, & Medicæo codice. Libri vero de vita Imperatoris Constantini cum Anglicano 2. Codex Vulcobii, vel Moræanus. 3. Codex Heinrici Savilii ex Anglia missus à *Jacobo Usserio Armachano &c.* Cæterum hæc Eusebii Ecclesiastica historia tantò nobis commendatior esse debet, qvòd post reliqua fere ejus opera exarata est, adeoqve post libros Chronologicorum Canonum, ut ipse Eusebius suprà testatus est. In *libris demonstration*: *Evangel.* nihil aliud agit Eusebius, qvam ut testimonia Prophetarum ex eorum libris colligat. *Valesius pag. 9. a. Annot. Eus.*

II. Interpunctiones veterum Grammaticorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

VEteres Grammatici tres posituras seu distinctiones excogitarunt, qvibus quasi stationibus quibusdam ac diversoriis continuus orationis cursus distingveretur. *Primam* vocarunt ὑποστιγμὴν, idest, subdistinctionem : *alteram* μέσην, idest, mediam distinctionem: *tertiam* τελείαν στιγμὴν id est, finalem seu plenam distinctionem. *Tribus autem punctis* diverso situ dispositis singulas notaverunt. Punctum enim ad *imam* literam appositum, subdistinctionem designat: *media* vero distinctio quam Latini moram appellarunt, significatur puncto ad mediam literam affixo. Illud autem punctum quod ad *caput* literæ apponitur, finalem denotat distinctionem. Harum autem distinctionum qvæ sit vis ac ratio, docent Grammatici, *Donatus & Marius Victorinus, & Diomedes lib. 2.* qvi unus instar omnium nobis erit hoc loco. Lectioni *inqvit* posituras accedere, vel distinctiones oportet, qvas Græci, θέσεις vocant: qvæ inter legendum dant copiam spir. reficiendi, ne continuatione deficiat. Hæ tres sunt, *distinctio, subdistinctio, media distinctio*, sive mora, vel ut quibusdam videtur, *submedia*: qvarum diversitas tribus punctis diverso loco positis indicatur. *Et paulo post: Distinctio*, est silentii nota, cùm sensu terminato liberum est cessare prolixius. Et hujus nota, punctum supra versum ad caput literæ positum. *Subdistinctio* est silentii nota legitimi qvâ pronunciationis terminus sensu manente ita supenditur, ut statim in qvod seqvitur, succedere debeat. Hujns autem nota est punctum sub versu positum. *Mora* est levis in continuatione sensuum interposita discretio, legitimæ distinctionis subdistinctionisqve medium obtinens locum, ita ut ne perfecta in totum, nec omissa videatur, sed significatione immorandi, alterius desideret principium sensus. Et hoc solummodo servat officium, ut legentis spiritum brevissima respiratione reficiat ac nutriat. Sic enim pronuntiando reticere qvis debet, ut qvia spiritus ipse qvadam defectione mutatur, deinde resumatur: Ut est

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu
Utqve acces concussit eqvos, utqve impulit arma
Extemplo turbati animi.

Multæ enim clausulæ sunt mediæ hujus lectionis. *Primum* ne confundantur, qvæ δίκωλα & τρίκωλα ponuntur & talia. *Deinde* ut actus verborum emineat & luceat, qvi ex aliqvo moveatur affectu, vel indignatione vel miseratione collata, *Vales. Præf. b. 3.* Adde *Eryci Puteani* περὶ στιγμῆς multis.

Videa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Videatur etiam obiter *Michaëlis Meisneri* Syntagma & Diatriba de stigmatis, ut & Apospasma de notarum signis, *Sixtus Senensis* Biblioth. Sanct. L. 3. p. 194. &c.

III. Indices capitulorum tractationibus præmissi.

SOlebant antiqvi Scriptores libris suis indicem capitulorum præfigere, ut Lectores, qvid in singulis libris tractaretur, uno qvasi intuitu agnoscerent. Id autem duobus modis præstare consveverant. Nam *aut* omnium simul librorum capitula universo operi præponebant, sicut à *Plinio Secundo* factum est in libris Historiæ Naturalis, *aut* singulis libris titulos capitulorum præfigere solebant, ut in Historia Ecclesiastica fecit Eusebius noster. *Vales. in Annot. E. p. 3.*

IV. Qvid κεφάλαιον & τίτλος?

SUidas in voce κεφάλαιον & in voce τίτλος, notat titulos differre à capitulis. *Matthæum* enim verbi gratia continere titulos sexaginta octo, capita vero 355. & sic de cæteris Evangeliis. *Capitulum* propriè est pars libri, qvæ integram alicujus rei continet narrationem. *Titulus* verò est index, qvi capitulo superponitur, & interdum qvidem titulus unus plura continet capita, ut videre est in Pandectis juris civilis. Item olim cernebatur in Evangelio Matthæi, qvod plura habebat capita, qvàm titulos, teste Suida. Sic etiam in reliqvis Evangeliis. Nam qvòd legitur in *Suida* Marcum habuisse titulos 48. capita verò 36. mendosum est. Et pro 36. corrigendum est. 233. ut apertè colligitur ex Canonibus Evangeliorum, quos Eusebius noster composuit. Interdum vero singuli tituli singulis capitulis respondent, ut in his Ecclesiasticæ Historiæ libris *Vales. A. E p. 3. b.* Confer. *Nov. Testam Græcum Argentor. excus. 1646. 12.°* ubi ad calcem libri extant tituli librorum N. T. ex distinctione Veterum. *Sixt. Senes* Biblioth. S. l. 3. p. 188. *Johann Leusden* Philologum Hebræo Græcum dissert. 3. Hodierna distinctio versiculorum N. T. est excogitata à *Roberto Stephano*, acuratissimo typographo. Hic proficiscens Parisiis Lugdunum, in via versiculos N. T. confecit, & qvid. maximam partem eqvitans, teste filio *Heinrico Stephano in Præfat. Concordant. Græcar. N. T.* Eadem fere recenset in Epistola dedicatoria notis N. T. præfixa, dedicata Philippo Sidneo. Extat *Tom. VI. Biblior. Criticor Londin. pag. 20.*

V. Πα-

V. Παρœκία.

Παροικία ſignificat *Eccleſiam* apud Chriſtianos Scriptores. Cujus ſiguificationis origo ex eo manaſſe mihi videtur, quòd Eccleſia in terris duntaxat inqvilina ſit & πάροικος; ejus autem patria & municipatus in cœlo ſit. Sic *in Epiſtola Smyrnenſis Eccleſiæ apud Euſebium in lib.4.* ἐκκλησία ἡ παροικοῦσα ἐν σμύρνῃ. Porro παροικία *dupliciter* ſumitur. Interdum *generaliter* pro tota diæceſi, ut apud *Euſebium* ſexcentis in locis occurrit, & *apud Cyrillum in Catecheſi 14.* Ubi de Jacobo fratre Domini loquitur: ἐπισκόπῳ δὲ πρώτῳ τῆς παροικίας ταύτης. Interdum autem παροικία *strictius* ſumitur, non pro tota diæceſi, ſed pro particulari Eccleſia, in qvam ſinguli fidelium adſcripti ſunt *Vid. Euſeb. cap. 18. Lib. 5.* Sic *parœciæ* vocabulum duobus modis ſumitur apud Latinos: nonnunqvam *pro tota diæceſi*, ut apud *Auguſtinum* in Epiſtola 261. aliqvando pro *ſingulari Eccleſia*, quæ vulgaris ſignificatio eſt. Plura vide apud *Jac. Sirmondum* in Notis ad Epiſtolam ultimam Sidonii. *Valeſ. A. E. p. 4. Nos addimus*: parœciam ſumi pro territorio Epiſcopi, *Canon 88. Eccleſiæ univerſ. Chriſtoph Juſtelli* qui eſt canon 9. Concil. Antiocheni ann. 341. In quem locum jam laudatus *Juſtellus*, adnotat. p. 184. Civitatis nomine *non tantùm urbs mœnibus cincta ſignificatur, ſed & regio ſeu territorium civitati adſcriptum.* Sic *Dio Chryſoſtomus* orat. 34. inter cætera quæ Cæſarem Tarſenſibus conceſſiſſe narrat, χώραν nominat. κἀκεῖνος ὑμῖν, inqvit, παρέσχε χώραν, νόμους, τιμὴν, ἐξουσίαν. &c. Ille verò vobis præſtitit regionem, leges, honorem, poteſtatem. *Xiphilinus* de Byſantio à Severo Imperatore diruto, & in vici formam redacto loqvens; τὴν πόλιν τε καὶ χώραν αὐτῆς, περινθίοις ἐχαρίσατο, καὶ αὐτῇ ἐκεῖνοι, οἷα κώμῃ χρώμενοι. *Urbem omnemqve ejus regionem Perinthiis conceſſit: illiq; Byſantio uſi ſunt, ut vico.* Juriſconſulti territorium civitatis vocant. Pomponius, *Territorium eſt univerſitas agrorum, intra fines cujusq; civitatis, intra qvos,* ut ait Siculus Flaccus, *juris dicendi jus erat.* Hinc Judicis territorium *l. fin. ff. de juriſd.* Nec verò in Republicâ tantùm, ſed etiam in Eccleſia civitates regiones ac territoria ſua habuerunt, qvæ paſſim in conciliis, & in Hiſtoria Eccleſiaſtica παροικιῶν nomine ſignificantur *Juſtinianus l. 26. C. de epiſcop. aud.* ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἢ τῇ παροικίᾳ in civitate vel ejus vicinia & l. 35. *C. de epiſcop. & cler.* καὶ τολμήσῃ τις ἀφελέσθαι πό-

λιν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

λιν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἢ τῆς παροικίας αὐτῆς, ἀτιμοῦται, *si qvis audeat civita-
tem aut suo episcopo aut territorio privare, infamis redditur.* Sic territorium epi-
scopi in Concil. *Aurel. 1. can. 19. & Aurelianensi 3. can. 18. Concil. Vasensi 1. can. 3.
Wormat. can. 60. & in actis* Concilii C*onstantinopolitani sub Menna* territorium
Apamæarum &c. Adde ex *Hospiniano de origine templorum lib 1. c. 8. pag. 51.*
Parœcia sive Parochia, *inqvit*, idem est, qvod *Titulus*, scilicet *sacra ædes, u-
bi animarum cura à Presbyteris ageretur*: qui Parochi dicti sunt, id est, curiati.
Paroecia autem dicitur accolatus, sive accolarum conventus, sacraq; vi-
cinia: nam παρὰ juxta, οἶκος domus, ubi scilicet sunt domus contiguæ.
Augustinus lib. 14. de civitate DEI, Presbyter fuit quidam, nomine Re-
stitutus, in Parœcia Calamensis Ecclesiæ. Et Parœci sunt accolæ. Qva-
re qui Sacram ædem accolunt, *Parœci* dicti sunt, ejusdem scilicet fani
consortes: Latinè *Curia & Curiales & Curiones* dici possent. Qvi Parochi-
am vocant, eam vocem à Parocho deducunt, ἀπὸ τοῦ παρέχειν hoc est,
à præbendo. Erant enim *Parochi*, qui legatis Romam publicè venien-
tibus, cæterisq; alicujus dignitatis hospitibus, salem & ligna præpara-
bant, ut exponit *Acron*, *super illud Horatii 1. Serm. Satyr. 5.* Tum *Parochi*, qvi
debent ligna salemq;. Hi Latino vocabulo *Copiarii* dicti sunt, ut auctor
est *Porphyrius*, qvòd omnium rerum necessariam copiam regum po-
pulorumq; legatis suppeditabant. Nam qvamvis *Horatius* loco jam
citato, salis tantùm & lignorum meminerit, tamen, ut ibidem animad-
vertit *Acron*, sub illarum specierum appellatione omnia hospitibus
necessaria voluit intelligi: *A Parocho Parochia* dicitur, quibus singulis
Sacerdotes sui destinati sunt. *Panvin in appendic. ad Platin. apud Hospinian.
d. l.* Erant vero *Parœciæ rurales, regionales*, juxta *Canonem 195. Univers. Eccles.
Justell.* Episcopo civitatis subjectæ, possessione 30. annorum præscri-
buntur. *Tituli* sunt, *inqvit Hospinian.* Sacræ ædes. *Templa*, vel (ut hodiè di-
citur) *Ecclesiæ, sive sacra Loca in Dei, & Sanctorum memoriam erecta & per urbis
Regiones à Romanis Pontificibus antiqvitus distincta, in qvibus animarum cura à
Presbyteris in eisdem commorantibus habeatur.* Qvibus qvi *præerant Presbyteri,
Cardinales appellabantur, id est, Principales, similitudine à 4. ventis Cardinalibus,*
hoc est, principalibus deductâ: Cùm enim in unoqvoq; Titulo plures
essent clerici, qui sacramenta populis exhiberent, vel exhibentibꝰ præ-

ſto eſſent, ut Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri: is qui omnibus his præerat Presbyter, à cæteris Clericis illius Tituli dicebatur Cardinalis, quòd omnibus dignior, principaliorve eſſet in eo Titulo commorantibus, cæterosqve Clericos regeret vel gubernaret, in Titulo ſibi commiſſo viventes. Unde autem hujusmodi loca ſacra *Tituli* dicebantur: Inde nimirum, quòd qui illi Presbyter adſcriberetur, ab eo nomen titulumque acciperet, ut ejus loci Presbyter diceretur. De hoc *Baronius* in ſuis notat. ad Martyrol. Rom. hæc refert: *Titul⁹* idem eſt quod memoria, ſeu Eccleſia; ſic dictus, quòd in loco, ubi Eccleſia erat erigenda, crux poneretur in Titulum: Sic *l. ult. de Pagan. C. Theodoſ. & l. decernimus*, C. *de Epiſc. & cleric, Novell. 117. c. 7. ex* Julian. *& conſtitut. c. 1. Auth. coll. 4. t. 17. coll. 5. t. 22 Ut nullus fabric. c. nemo Eccleſiam, de conſec. diſt. 1. ex concil.* Aurelian. *& in capitularibus Franc. lib. 5. c. 239. Ordo Roman. de divin. offic. c. de ædif. Eccleſ pag. 107.* Et mox: Romæ autem obtinuit vetus loqvendi uſus, ut non omnis Eccleſia martyrumve memoria Titulus diceretur, ſed tantùm inſigniores Eccleſiæ, quibus præficerentur Presbyteri Cardinales. *Hoſpinian. de templ. p. 50.* De *Parochia* prolixè *Petrus de Murga* Diſqviſit. Moral, & Canonic. Tract. VIII. T. 1. & Moraliſtæ hoc tit.

VI. οἰκονομία de Chriſti actionibus.

οἰκονομίαν Græci vocarunt, *qvicqvid Chriſtus geſſit ad procurandam ſalutem generis humani. Itaq; ἡ πρώτη τοῦ Χριστοῦ* οἰκονομία eſt *incarnatio*, ſicut poſtrema *οἰκονομίας* eſt *paſſio*. Errant enim, *inqvit Valeſius*, qvi exiſtimant *οἰκονομίαν* nihil ſignificare, qvàm *incarnationem*. Qvippe longè latius patet vox *οἰκονομία*, *& totam Chriſti inter homines vitam complectitur*. Rectè ergò *Nicephorus* pro hac voce, *τὴν ἐν σαρκὶ πολιτείαν poſuit l. 1. c. 2. Valeſ. A.* E. *p. 4. 6.* Cum verò in Chriſto ſit duplex natura, qvæ unam perſonam efficiunt, qvoties ſermo inſtituitur, duas in partes oratio diſtribuenda. Et ea quidem quæ de humanitate ejus dicuntur, pertinēt ad *οἰκονομίαν*. Qvæ verò de divinitate, referuntur ad *θεολογίαν*. Inde *Johannes Chryſoſtomus ſermone de ſigillis* ait: *priores qvidem tres Evangeliſtas, cùm Evangelium Chriſti cunctis gentibus prædicare vellent, ſermonem exorſos eſſe ab ejus diſpenſatione ſeu οἰκονομία: Johannem verò poſt illos tres præcones ad explicandam Theologiam acceſſiſſe, & à Chriſti Divinitate initium ſumpſiſſe dicendi. Valeſ p 5. a. Accinit B. Gerhardus noſter* Exegeſi loc. 4. de perſona

na Christi c.4.§.34. Consideratio, *inqvit*, Divinæ naturæ à veteribus apellatur θεολογία, humanæ verò vocatur οἰκονομία. Et §. *120*. Apud pios veteres vocatur unio κατ' οἰκονομίαν, vel etiam simpliciter οἰκονομία. *Ignatius & Justinus* in exposit. fid. Elegantia sunt, qvæ habet *Dionysius Petavius. T.4.l.2.c.1 p. 110. Theologic. dogmat. ex Anastasio Sinaita in* ὁδηγῷ capite 2. τὸ οἰκονομικῶς, id est, qvod in Christo ex dispensatione factum est, *trifariam* usurpari scribit: *primò qvod ad oeconomiam, id est, in carnationem Christi pertinet, & cum ea connexum est, & conseqvens*. Sic enim intelligendum est illud *Anastasii*: non ut eruditissimus Interpres vertit, *qvod oeconomiæ & dispensationis gratiâ*: ut cùm ubera matris suxisse, crevisse, dormiisse, aut esuriisse dicitur. Hoc enim, inqvit, omne secundùm naturam carnis oeconomiæ illius accipiendum est. Qvæ verba demonstrant, Incarnationem ibi intelligendam esse. *Secundò* οἰκονομικῶς fit, qvod κατὰ συγκατάβασιν geritur; *hoc est accommodatione qvadam, & decessione de jure suo*: qvando propter aliorum salutem aliqua res agitur, qvæ alioqvi fieri non debeat, ut cúm Paulus Timotheum circumcidit, Judæorum conciliandorum gratiâ. Ita etiam Christus ipse circumcisus est οἰκονομικῶς, ne legem solveret.

Tertiò demum οἰκονομικῶς, aliquid factum dicitur, *qvod non propter se, sed alterius significandi, vel efficiendi caussâ suscipitur*: velut *Matth.21*. cum ficum grossos nullas habentem arefecit, *Marc.6*. aut ambulans supra mare ad Discipulos venit. Hæc Anastasius: qui & refert p. *68*. Hæreticos iis omissis modis ad hunc unum adhærescere, ut οἰκονομικῶς fieri putent quod fit specie tenus, & apparet, non autem est reipsa.

Ex illis tribus significationibus secunda maximè locum habet, cùm οἰκονομία de Christi *perpessione*, & hujusmodi cæteris dicitur, quæ sola voluntate, & benignitate ad hominum utilitatem, & exemplum, non ex assumptæ naturæ proprietate, sive ut Græci loquuntur, ἀκολουθία fecit aut sustinuit. *Ita Strom. 1. pag. 268. Clemens Alexandrinus* passionem Christi vocat *salutarem oeconomiam*, cujus figuram Isaacum ait fuisse in sacrificium delectum. Et *Athan. lib. de Incarn. p.479*. Apollinarem scribit oeconomiam passionis putasse nihil præter externam habuisse speciem, *Idemqve* mox œconomiam passionis, & mortis, ac resurrectionis appellat.

Est enim οἰκονομία *provida qvædam rei alicujus administratio, ac gestio, ex occulto consilio profecta, qvod ad utilitatem, & commodum spectat eorum, qvibus eâ re con-*

re consulitur: qvemadmodum pati voluit Christus, idqve per ipsos suos inimicos Satanam, & Judæos, qvid agerent, ac qvorsum istud fieret, ignorantes, ordinavit, ac perfecit. Plerumq; verò indulgentiam significat, & liberalem ac beneficam providentiam; qvæ in Christo ejusqve vita, passione, ac morte potissimùm eluxit: in qvibus *Tit. 3. 4. apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris nostri Dei. Petavius d. l.*

Qvocirca οἰκονομίας vocabulum *totum illud complectitur, qvod est proprium inferioris in Christo substantiæ, hoc est, tàm naturam ipsam, qvàm ejus functiones*, & qvæ illam conseqvuntur, proprietates omnes. *Petav. l. c.* Excutit insuper *ibidem* qvid in hoc mysterio sit, συγκατάβασις, πρόσληψις, ἀνάληψις, σάρκωσις, ἐνανθρώπησις, ἐνσωμάτωσις, φανέρωσις, ἐπιφάνεια ἐπίβασις εἰς σῶμα, παρουσία, ἐπιδημία, διὰ σαρκὸς ἐνδήμησις, ἐπιφάνεια, θεοφάνεια, λόγωσις, θέωσις, ἕνωσις, κρᾶσις, ἀνάκρασις, μίξις, σύνοδος, ἐνδύσασθαι τὴν σάρκα. Apud Latinos, *susceptio, assumptio, Incarnatio, inhumanatio, incorporatio, fœderatio, commixtio, conventio, conversio, œconomia, attemperatio*, qvâ postremâ voce usus est *Ambrosius in libello de Paschate, capite qvarto*, ubi ait, *humanæ carnis ad Deum attemperatam esse substantiam. Petav. p. 101.*

VII. ἀνακεφαλαιώσασθαι *de Christo Ephes. 1. v. 9.*

T*Ripliciter* à Græcis Interpp. exponitur, præeunte *Chrysostomo h. l. & homil. 23.* in Rom. 13. *Prima significatio est*, qvam propriè *recapitulandi* vox exprimit, in summam, & caput varia & dispersa colligere. *Nam & oratores in epilogis*, ait Hieronymus in commentario ad illam epistolam; *vel ante epilogos, in fine causarum, propter memoriam judicum, & eorum, qvi audire negotia, recordationem id est* ἀνακεφαλαίωσιν, *solent facere: ut qvæ priùs latiùs disputarant, brevi postea sermone comprehendant*. Hoc modo recapitulata omnia sunt in Christo; qvoniam quæ hactenus figuris multis, & vaticiniis in longum diducta fuerant, & diffusa, in unum Christum collecta, confecta & impleta sunt. Hoc enim *verbum* illud *abbreviatum est*, qvod ex Esaia commemorat Apostolus. Rom. 9. 28. *Itaq; universa mysteria & omnis dispensatio vetustatis, non solùm qvæ in terris, sed etiam qvæ in cælis gesta est, in Christi passione completur*. Qvæ autem in cœlo gesta dicuntur, horum historia nobis occulta est, ait *Hieronymus* Qvæ postrema verba ad Origenianum nescio qvid de προυπάρξει animarum alludere mihi videntur: ut alia nonnulla sunt in istis commentariis.

Secundò Theodoretus, ex eoq; Photius ἀνακεφαλαίωσιν interpretantur *brevem & compendiosam rerum commutationem*, qvâ omnia per Christum instaurata, & recuperata sunt. Theodoret. in c. *1.* ad Eph. *Nam per Christi Incarnationem & natura hominũ resurgit, atq; immòrtalitatem induit, & aspectabilis creatura ab corruptione liberata, incorruptionem asseqvetur, & invisibiliũ Angelorum turmæ perpetuâ in lætitiâ degent.* Quod cum *instaurandi* verbo, quo usus est Latinus interpres, apprime consonat. Hujusmodi creaturarum omnium instaurationem declarat *Eusebius* pag. 19. c. *62.* libro primo contra Sabellium. *Augustinus* in Enchiridio eâdem planè sententia; In ipso *inqvit* instaurantur, qvæ in cælis sunt, cùm id qvod inde in Angelis lapsum est, ex hominibus redditur. Instaurantur autem, qvæ in terris sunt, cùm ipsi homines, qui prædestinati sunt ad æternam vitam, à corruptionis vetustate renovantur.

Nec alio sensu verbum illud accepisse crediderim *Irenæum, lib. 3. c. 31. cit. à Theod. Dial. 1. p. 34. cum ita disputat:* quoniam primus homo de terrâ sumptus est, & à DEO formatus, eum oportuisse, qvi formatum hominem à DEO recapitularet, (ita vetus interpres reddidit) eandem cum illo nativitatis habere similitudinem, & ut non aliud figmentum fieret nec aliud, quod salute donaretur: sed ille ipse recapitularetur. ἀνακεφαλαιώσασθαι, sive recapitulare idem esse crediderim, atq; instaurare & reficere in antiqvum statum, ex corrupto & dissoluto. Quemadmodum idem vocabulum Cyrillus exposuit in libro primo Glaphyrorum; *Cyrill. To. 1. Par. 2. p. 13.* ubi postquam Christum nominavit *renovatorem eorum, qvæ corrupta fuerant:* Mox. *Ibid. ad caput revocat, inqvit, in Christo, tam qvæ in cælis, qvàm qvæ in terra sunt, DEUS & Pater, & qvod eò prolapsum erat, qvò non oportebat, pristinum ad statum* iterum evehit.

Tertia est ejusdem vocabuli notio, ut sit ἀνακεφαλαιώσασθαι, *ad unum caput revocare, &* eidem Principi, ac Dominatori, subjicere, qvæ soluta, & dissipata erant anteà. *Irenæus. lib 3. c. 18. pag. 277.* hoc sensu, Unus, *inqvit,* Christus JEsus Dominus noster veniens per universam dispositionem, & omnia in semetipso recapitulans: in omnibus autem est, & homo plasmatio Dei; & hominum ergò in seipso recapitulatus, est invisibilis & visibilis factus, &c. & Verbum homo, universa in semet-

ipſo recapitulans: ut ſicut in ſupercæleſtibus, & ſpiritualibus, & inviſibilibus princeps & verbum DEI: ſic & in viſibilibus, & corporalibus principatum habeat, inſemetipſum primatum aſſumens, & apponens ſemetipſum caput Eccleſiæ, univerſa attrahat ad ſemetipſum apto in tempore. *Idem qvoq; in lib. IV. capite XXXVII. ait*, filium DEI hominem in hominibus factum eſſe, ut finem conjungeret principio, id eſt, hominem DEO. qvod ad ἀνακεφαλαίωσιν poteſt referri. Tum Hippolytus in fragmento ſecundo contra Beronem in collectaneis Anaſtaſii pag 216. *incarnationis proprium opus eſſe, ait, omnium ad ſeipſum recapitulationem.* Non igitur ſolos homines recapitulatio iſta comprehendit, qvi per variorum numinum cultus vagi ac diſperſi, ad unum Mediatorem congregati ſunt: ut in primo contra Evnomium pag. 25. D. Gregorius Nyſſenus diſputat; ſed etiam ad Angelos pertinet, Petav. Tom. 4. Theol. dogm. l. 2. c. 7.

IIX. *Monarchia DEO Patri, οἰκονομία Filio tribuitur.*

VEtus omnis Chriſtianorum Theologia DEO quidem Patri *monarchiam* attribuit. Filio verò ac Spiritui ſancto οἰκονομίαν, id eſt adminiſtrationem ac diſpenſationem, ut docet *Tertullianus adverſus Praxeam.* Verùm hujusmodi locutiones, cùm antea ſine ulla erroris ſuſpicione uſurpatæ fuiſſent, tandem poſt Concilium Nicænum repudiatæ ſunt à Catholicis, & Arianis relictæ. *Valeſ. Annot.* Euſeb. p. 6. a. & p. 101.

IX. Ἐπιτειχίζειν

GRæcis eſt *extruere munitionem adverſus aliqvem*: ut cum dicunt, Lacedæmonios muniiſſe Deceliam adverſus Athenienſes. Vide Harpocrationem in voce ἐπιτείχισμα. Sed & τεῖχος Græcis munitio eſt. Porro ridiculum eſt credere, homines eò dementiæ unqvam progreſſos eſſe, ut exſtructis aggeribus cælum conſcendere Deumq; exturbare aggreſſi ſint, quod tamen hoc loco crediſiſſe videtur Euſebius. Sunt hæc figmenta Poëtarum, qvi ſuperbiam hominum illius ætatis, & Divini Numinis contemptum hac imagine declarare voluerunt.

Ter conati ſunt imponere Pelion Oſſa &c.

Gigantes qvidem commemorat Sacra Scriptura; ſed de illis nihil ejusmodi dicit. *Valeſ. A.* Euſeb. p. 7. De Gigantibus vid. Heidegger. P. I.

P. 1. Exerc. p. 279. s. Salian. Annal. SS. Epit. *p. 53. Spondan. Ann. V.* T. *p. 50. s. 76. Jonston. Thaum p. 459. Zacch. qq. medicoleg. p. 471.* T. *1. M. Hostius* Tom. *8. Bibl. Crit. c. 280. Camer. H. S. C. 1. p. 132. Pontan. Attic. Bell. p. 460.*

X. Ιερόδουλοι

SUnt servi templorum, *Varro in lib. 7.* de lingvâ latinâ, ut societatum, ut fanorum servi. Tales erant Venerei in Siciliâ, servi templi Veneris Erycinæ, de qvibus Cicero in de Divinatione, & in 3. Verrinâ. Tales etiam apud Larentinates servi Martiales, teste Cicerone pro Cluentio. Hujusmodi item erant Corinthi Venereæ meretrices, qvas ἱεροδούλους vocat Strabo in libr. 8. qvæ à Dominis Veneri erant mancipatæ; deniq; & Comanis Bellonæ servi erant qvàm plurimi, teste eodem Strabone in lib. 12. Firmicus quoqve in libr. 8. Matheseos hierodulos distingvit ab æditui. Porro ut servi, sic etiam liberti fanorum erant, qvi pecuniâ libertatem sibi comparaverant. Qvare & liberta Veneris Erycinæ dicitur à Cicerone in de Divinatione. ἱερόδουλοι nominantur etiam Esdræ cap. 8. *Vales. A. E. pag. 12. b.* Mirum, qvòd *Laurentius Pignorius tractatu suo de servis*, nullam horum mentionem faciat, qvi tamen multus est in recensendis servis familiæ urbanæ, & rusticæ.

XI. *Musica instrumentalis in Ecclesia vituperatur, laudatur.*

NOn moramur qvosdam Reformatorum, qui musicam instrumentalem in Ecclesia tolerandam haud esse putant, cùm nec adminiculum conveniens sit, nec pars, nec appendix cultus Divini. Sic *Gilbertus Voëtius P. 1. cap. 3. Polit. Eccles. p. 553.* postquàm non paucos Pontficios titubantes hac in materia adduxisset, subjungens magno numero. p. 561. Reformatos secum facientes. Cardinalis *Johannes Bona de Psalmodiâ Paris. 1672. p. 420.* non inelegantem habet discursum. Autor qvæstionum *inqvit*, ad Orthodoxos, inter opera Justini Martyris, cantum vocalem laudat, sed ad cantum ad hiberi instrumenta non permittit. Sancti qvoq; Patres Johannes *Chrysostomus in Psal. 150. & Isidorus Pelusiota* l. 2. ep. 176. solis Hebræis permisso olim instrumenta scribunt ob eorum imbecillitatem. Damnat eadem instrumenta elegantissimâ oratione *S. Aëlredus, Abbas Rievallis, Bernardi Synchronus & discipulus.* Unde, *inqvit*, cessantibus jam typis, & figuris, unde in Ecclesia tot organa, tot cymbala? Ad quid, ergo, terribilis ille follium flatus tonitrui potius fragorem, qvàm vocis exprimens svavitatem? Pergit Sanctus Pater, & cantum qvoq; figuratum sugillans ait; Ad quid illa vocis contractio, & infractio? Hic succinit, ille discinit,

alte-

alter supercinit, alter medias qvasdam notas dividit, & incidit. Nunc vox stringitur, nunc frangitur, nunc impingitur, nunc diffusiori sonitu dilatatur. Aliqvando, qvod pudet dicere, in equinos hinnitus cogitur, aliquando virili vigore deposito in fœmineæ vocis gracilitates acuitur, nonnunquam artificiosâ quadam circumlocutione torqvetur, & retorqvetur; Videas aliqvando hominem aperto ore, qvasi intercluso halitu expirare, non cantare; ac ridiculosâ qvadam vocis interceptione, quasi minitari silentium, nunc agones morientium, vel ecstasim patientium imitari. Interim Histrionicis quibusdam gestibus totum corpus agitatur, torquentur labia, rotantur oculi, ludunt humeri, & ad singulas quasq; notas digitorum flexus respondet. Et hæc ridiculosa dissolutio vocatur religio. Et ubi hæc frequentius agitantur, ibi DEO honorabilius serviri clamatur. Hactenus ille. Sed alii è diverso instrumentorum usum admittunt, & laudant. Et primò quidem Christianus Pædagogus apud Clementem Alexandrinum instrumentis uti permittit. Deinde Prudentius audiendus est, qvi vivebat sub Theodosio seniore & filiis ejus, hoc autem canit:

Qvicqvid in ære cavo reboans tuba curva remugit,
Qvicqvid in arcano vomit ingens spiritus haustu,
Qvicqvid casta chelys, qvicqvid testudo resultat,
Organa disparibus calamis qvod consona miscent,
Æmula pastorum qvod reddunt vocibus antra,
Christum concelebrat, Christum sonat, omnia Christum
Muta etiam fidibus sanctis animata loqvuntur.

E scriptoribus deniq; recentioribus Johannes Sarisberiensis, Carnotensis Episcopus prodibit in medium, qvi eodem qvo Aëlredus sæculo vixit, tempore scilicet Alexandri III. Is libro primo Policratici, musicam instrumentalem commendat his verbis: Ad mores itaq; instruendos, & animos exultatione virtutis trajiciendos, in cultum Domini, non modò concentum hominum, sed etiam instrumentorum modos censuerunt Sancti Patres Domino applicandos, cùm templi reverentiam dilatarent. Et si militantis Ecclesiæ tibi parva videtur auctoritas, vel triumphatrix illa præconia musicæ non tacebit, sicut citharædorum citharizantium in citharis suis. Qvod si illos nondum audisti, Regem audias exultantem, qui te regni & exultationis suæ vult esse participem. Ait enim, sumite Psalmum, & date tympanum; Psalterium jucundum cum cithara. Ad qvid inqvis? Ut laudetis Dominum in tympano, & choro, in chordis & organo.

Constat igitur ex dictis, nec statim ab initio, nec ubiqve recepta fuisse mu-

sica-

ficalia inſtrumenta. „Nam etiam nunc Romæ in Sacello Summi Ponti-„
ficis ſemper ſine inſtrumentis officiorum ſolennia celebrantur; &„
Eccleſia Lugdunenſis, qvæ novitates neſcit, ſemper organa repudia-„
vit, neqve in hunc diem aſcivit.„ Non tamen damnari debet moderatus"
eorum uſus, cùm à ſanctiſſimis, & ſapientiſſimis viris, ac noviſſimè à ſancto
Tridentino Concilio approbatus & permiſſus ſit. Lætificat organorum concentus triſtes hominum mentes, & ſupernæ civitatis inſinuat jucunditatem: ſolicitat pigros, recreat diligentes, provocat juſtos ad amorem, peccatores ad compunctionem. *Hactenus Bona.*

XII. Ceremoniarum uſus in Eccleſiâ.

SAtis iniqvi iterum ſunt Reformatorum non pauci in ceremonias. vid. *Voet. p. 1. cap. 5. & ſeqq. Polit. Eccleſ.* De ritibus Eccleſiaſticis docent Eccleſiæ noſtræ (*artic. XV. Aug. Confeſſ.*) quòd ritus illi ſervandi ſint, „
qui ſine peccato ſervari poſſunt, & proſunt ad tranqvillitatem & bo-„
num ordinem in Eccleſiâ, ſicut certæ feriæ, feſta, & ſimilia. „
De talibus rebus tamen admonentur homines, ne conſcientiæ„
onerentur, tanquam talis cultus ad ſalutem neceſſarius ſit. „

Moderatior eſſe videtur *Wilhelmus Zepperus l. 1. c. 11. Polit. Eccleſ. imprimis cap. 9.* Ubi ſic: Homo qva infirmitate eſt, ſive adultus, ſive puer, neq; in doctrinâ verbi Divini commodè erudiri, neqve in fide JESU Chriſti, ſine qvâ DEO placere impoſſibile eſt, enutriri, ali aut foveri, adeoq; regni Chriſti vivum membrum eſſe non poteſt, niſi certis qvibusdam externis, & aſpectabilibus adjutus & ſuffultus adminiculis: qvòd adeo verum eſt, *ut Auguſtinus lib. 9 contra Fauſtum, cap. 11.* affirmare non dubitet, in nullum nomen Religionis, ſive verum, ſive falſum, coagulari poſſe homines, niſi aliquo ſignaculorum, vel ſacramentorum viſibilium conſortio colligentur.

Hoc ergo nomine Eccleſia ceremoniis utitur, tanqvam actionibus, ſeu geſtibus ſolennibus, qvarum ſubſidio, qvæ ad doctrinam verbi Divini, & cultum pertinent, non tantùm commodiori ordine & cum decoro aliqvo peragantur: ſed etiam oculis quaſi ſubjecta, declarentur, imò & obſignentur, idq; ad ædificationem Eccleſiæ, imprimis verò infirmiorum. DEUS enim, cùm non confuſionis, ſed pacis auctor ſit in omnibus Eccleſiis Sanctorum, omnia utiq; εὐσχημόνως, καὶ κατὰ τάξιν fie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

ri in Ecclesia vult 1. *Cor.* 14. *vers.* 33. 40. utiqve sine offendiculo ecclesiæ
simus 1. *Cor.* 10. *vers.* 32. Hujus generis ceremoniæ sunt, tempus, locus, for-
ma, & ordo in conventibus, & concionibus ecclesiasticis, catechisa-
tione puerorum, administratione sacramentorum, precibus publicis,
lectionibus, Psalmodiis Ecclesiasticis, & festis diebus; modus agendi
& procedendi in electionibus ministrorum Ecclesiæ, conventibus
presbyterorum, aut Ecclesiæ ministrorum, visitationibus, diaconiâ
pauperum, ritibus nuptiarum, sepulturarum, & qvæ his sunt similia. *Car-
dinalis* Bona *cap.* 19. *de Psalmodia p.* 493. adducens verba Augustini jam ad-
scripta subdit: „Apud antiqvos nihil aliud erat Theologum esse, qvàm
„scire, qvæ Numina, quibus ceremoniis colerentur, ut ex Platone col-
„ligitur. Licet enim ipsæ ceremoniæ nullam secundùm se perfectio-
„nem, nullam contineant sanctitatem: Sunt tamen actus externi Reli-
„gionis, qvibus qvasi signis excitatur animus ad rerum sacrarum vene-
„rationem, mens ad superna elevatur, nutritur pietas, fovetur charitas,
„crescit fides, devotio roboratur, instruuntur simpliciores, DEI cul-
„tus ornatur, conservatur Religio; & veri fideles à Pseudo christianis,
„& heterodoxis discernuntur. Christus ipse vix aliqvod illustre miracu-
„lum patravit, in quo ceremonias non adhibuerit: nam lutum fecit ex
„sputo, & linivit oculos cæci nati: extendens manum tetigit lepro-
„sum & mundavit eum: digito scribebat in terra: exspuens & suspici-
„ens in cælum aures aperuit surdi, & lingvæ vinculum dissolvit. Axio-
„ma Zoroastris est, sacris ceremoniis animam ad DEUM reduci: sunt
„enim istæ, ut Psellus, & Pletho in scholiis docent, manuductrices ad
„supernas illuminationes & unionem cum DEô. Porro Chaldæi sapi-
„entes existimarunt, non aliter posse nos ad DEUM reduci, nisi animæ
„vehiculum materialibus ceremoniis aptum reddamus atqve firme-
„mus. His enim lustratur anima, & agilior redditur ad ascensum. A-
„pud Ethnicos Numam Pompilium octo libros ceremoniarum scri-
„psisse ad Religionem pertinentium, *refert Dionysius Halicarnassæus*: Ju-
„lianum qvoqve Apostatam in templis Idolorum, nostris consimiles
„ritus, & precationum alternatim canendarum formam instituisse scri-
bunt Nicephorus, l. 10. cap. 21. & Nazianzenus. orat. 1. in Julian. *Narrat*
item

item Baronius An. 370. n. 46. Valentem Imperatorem Arianum *visis in templo sacris ceremoniis maximam erga res Catholicorum reverentiam concepisse. Tanta est earum vis, & efficacia.* Hactenus *Bona*.

XIII. Clepsydræ & Horologia.

JAm *laudato authori* hæc debemus, quæ adponimus *ex cap. 3. de Psalmodia.* Usum Clepsydrarum in urbe Achanta trans Nilum incepisse docet *Pierius in Hieroglyphicis.* Meminit Clepsydræ *Plato in Theateto* his verbis; Illi verò in occupatione semper dicunt, urget enim illos aqua fluens. Cum Apollonius Thyanæus coram Domitiano causam dicturus esset, Quantâ aquâ, inquit Scriba, orationem tuam metieris? hoc enim ante causam dicendam scire me oportet. Cui Apollonius, *si, quodcunq;* causa exigit, dicere me sinas, non ipse Tyberis ad metiendum sufficiat. Plinius junior lib. 2. c. 11. cùm causam cujusdam Proconsulis egisset in Senatû; Dixi, *inquit*, horis pene quinque, nam decem clepsydris, quas spatiosissimas acceperam, sunt additæ quatuor. *Qualis autem fuerit clepsydræ antiquæ forma*, eleganter *Petavius pag. mihi. 21. docet* in notis ad Synesi: *Eandem sic describit Apulejus initio l. 3.* Præconis amplo boatu citatus accusator, quidam senior exurgit, & ad dicendi spatium vasculo quodam, in vicem coli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim deflua infusa aqua, populum sic adorat. Sinenses ingentibus clepsydris ex aquâ, vel cinere odorifero horis metiendis usos refert *Matthæus Riccius hist. Sinarum. lib. 1.* Extat non inelegans Symposii num. 69. ænigma de clepsydra, minús rectè à quibusdam de ratione explicatum;

> Lex bona dicendi, lex sum quoq; dura tacendi,
> Jus avidæ linguæ, finis sine fine loquendi,
> Ipsa fluens, dum verba fluunt, ut lingua quiescat.

Narrat *Saccus hist. Ticin. l. 7.* in Historia Ticinensi, *Severinum Boëthium* primum fuisse, qui Horologia libratis ponderibus Romæ componi curavit. *Cassiodor. lib. 1. var. epis. 45. 46.* duo Horologia mirabilis structuræ describit, unum, ait, in quo humana solertia videtur colligi, quod totius cæli noscitur spatia pervagari. Alterum, ubi solis meatus sine sole cognoscitur, & aquis guttantibus horarum spatia terminantur. Alexis Poëta *apud Athenæum. l. 2. c. 18.* in quodam convivio patinam superbam advectam dicit, quæ horas redoleret, & tempora; quæ scilicet cæli cursum, & signa ostenderet: quale apud *Petronium Arbitrum* Trimalcionis repositorium describitur, quod habebat 12. signa Zodiaci in or-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

bem disposita, & super illa convenientem materiæ cibum. Simile fuit tentorium, quod à *Sultano Babyloniæ, Friderico secundo* Imperatori dono datum refert *Spondanus.an.*1232. in quo Sol & Luna cursum suum debitis spatiis observabant: & horæ diei & noctis citra errorem indicabantur. *Chromatius quoque Præfectus in actis. S. Sebastiani*; Habeo, *inqvit*, cubiculum ex toto vitreum, in qvo omnis disciplina stellarum ac mathesis, mechanicâ est arte constructa, in qvo mensium, & annorum cursus certo numero per horarum spatia distinguuntur; & lunaris globi plenitudo , vel diminutio digitorum motu, rationis ministerio, & calculi supputatione prævidentur. *Verba Dionys. Petav. in Synesium* à Cardinale Bona allegata *sic habent: pag 21.* Clepsydram vas quoddam ad judiciorum usum fuisse, nemo est, qvin audierit ; illud verò haud æquè protritum est, quæ ejus forma fuerit, nec accuratè ab ullo, quod sciam, hactenus observatum. Frustra enim literatorum vulgo persvasum est, huic nostro simile fuisse, qvo horarum intervalla partimur. Nam neq; duobus ex vasculis veterum Clepsydra constabat, sed uno tantùm ; eoq; aqva non perpetua sed qvæ infusa identidem transmitteretur, subjecto, ut opinor, vase recepta, aut certè qvæ singulis caussis nova, atq; aspersa transfunderetur. Fuit verò una exparte tenue, & angustum foramen, qva parte scilicet orificium erat in vicem coli graciliter fistulatum, per qvod guttatim aqua deflueret, *Author Apul. 3. Metamorph.* Altera vero parte non unum foramen erat, sed plurima, per quæ aqua infundebatur. Unde translata, ut arbitror, Clepsydræ appellatio ad ea vasa, quibus ad perpluendas hortorum areolas utimur, qvorum æquè in orificio unicum foramen est, in fundo pluribus aqva defluit.

XIV. Manes elicere Ψυχοπομπεία.

N*iceph. Gregoras Patriarcha Constantinopolit Scholiis in Synesi. lib. de Insom. p.* 410. *edit. Paris.* 1612. ex versione Antonii Pichonii hac de re sic scribit: *Manium educendorum ars, evocandarum animarum scientia, & mortuorum evocatio idem sonant.* Sic porro effertur una eademq; res multis nominibus apud Græcos, quemadmodum ex aliis non pauca. Quod autem significatur tale est: nonnulli quibusdam imposturis & incantationibus utentes, etiam alia monstrosa & prodigiosa faciunt, contenduntq; defunctorum, quorumcunque voluerint, animas educere: itaq; videntur per magica carmina, & quasdam abjurationes animas adigere. Apparent enim , & ad interrogata respondent, sed ea quæ in conspectum veniunt, non sunt defunctorum animæ; at dæmonia quædam, quæ certè priùs erant agmina angelica & lucida, deinde pro-

pter

pter tumorem, fastum, elevationem, superbiam & nequitiam in perpetuum disjecta ex illo cælesti & divino choro cætuq; , circa hunc terræ adjacentem tractum fallunt, hominesq; seducunt; splendorem, lucem ac subtilitatem illam, cùm semel repudiarint, eam cum obscuritate ac ignobilitate, & cum dissentienti crassitudine, nec non versatili astutaq; spissitate commutarunt. Ergo asserunt Græcorum & Chaldæorum sapientes, ex ipsis nonnulla aëria esse, alia, aquea & marina, alia terrena, alia subterranea: quædam eorum nidore ac sacrificiorum ustura fumoq; delectari, alia sangvine fuso, alia fæditate & quibusdam inquinamentis, alia deniq; aliis ac talibus magis. Nam eam ob causam fatidicus Apollo jubet, ut si ad mortuorum evocationem accedunt, aliis sacrificiis utantur, aliis verò qui ex aqua artes magicas exercent, aliis denique qui aëris vaticinandi artificium adhibent, & alii aliis superstitionibus utantur. Nos quidem certò ista & per multa alia missa facientes, ad sermones nos conferamus, eorum duntaxat veneficorum, qui animas defunctorum eliciunt. Illi siquidem magica divinandi arte circa mortuorum cadavera utuntur, Et hos quidem sortilegos Apollo exhortatur ista peragere: victimas, *inqvit*, occidens inferorum gratia defodito, & in scrobem sangvinem immittito. Funde mel nymphis ac Dionysii munera, qualia jubet Homerica Circe Ulyssem facere, nimirum ad inferos descendentem.

Cumq; huc appuleris, tunc heros siste carinam, *& pag. 412.* Nihilominus qui manes eliciunt, & mortuorum animas ab inferis excitant, à nobis enumeratis veneficiis & evocationibus utentes, quasi internuncios quosdam adducunt & alliciunt hujusmodi dæmonas ad retrahendas quorundam mortuorum animas, quas voluerint: sed cùm non valeant animas adducere ex necessitate, reliquum est, ut in illorum defunctorum formas transmutentur tales dæmones, & cernantur agnoscanturq; ab amicis & interrogata respondeant, & jussa exequantur. In jacturam enim ac dispendium quorundam sæpe numerò impetum facere jubentur, ac sese morigeros præbent. Tale profectò incommodum, circumspectus ille Synesius, dum aliquando pati periclitaretur à quibusdam inimicis præstigiatoribus, mortuorum animas elicientibus, prævidit inter somniandum & illinc periculum statim evitavit. *Hæc Nicephorus.*

XV. Calvitii encomium Synesii Episcopi Cyrensis.

DE hoc scripto cape judicium *doctissimi Petavii in Not. ad encomium Calvitii* Seqvitur Calvitii encomium: *inquit*, ludicrum qvidem opus sed cui nullum ex seriis sive elegantiæ nitore, sive rerum subtilitate, sive ratio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

rationum, argumentorumq; varietate prætuleris; ut mirum sit, locum in tam exigua re tantam eruditionem, ac facultatem habuisse. Sed nimirum uti egregii illi artifices in formandis animalculis, atque exilibus id genus operis, artem suam atqve industriam clarius, quàm in operosa aliqua mole, ac difficili probant: Sic ludibundus noster invilissimæ rei præconio immensam quandam ingenii vim atque ubertatem declarat. *Ead. pagin. Petavius*: Multa, *inquit*, in conviviis ac compotationibus in calvos dicteria jaciebantur. Quò spectat elegans illa Carini, sive, ut nos emendavimus, Probi historia ἐν τῷ περὶ βασιλ. qui cùm humi accubans, pulmentoq; apposito â Parthorum legatis inventus esset, detracto pileo, caput qvod ei calvum erat, aperiens interminatus est, sese, ni saniora consilia capesserent, agrum eorum omnem *capito suo* glabriorem redditurum. Petronius. *Jam Tryphæna Gytona extrema parte potionis spargebat, cùm Eumolpus & ipse vino solutus dicta voluit in calvos stigmososq; jaculari.* Petav. ib. p 25.

XVI. Villosum Pectus.

Villosum pectus fortitudinis, ac prudentiæ argumentum est passim apud Hom. contrà; quem fatuum ac insulsum aut nequam significabant, vulsa mente esse dicebant Martial. l. 2.

Nunc tibi crura pilis, & sunt tibi pectora setis
Horrida: sed mens est, Pannice, vulsa tibi. Dion. Petav. l. c. p. 26.

XVII. De Museorum imaginibus.

D*ionys. Petavius Not. ad encom. Calvit. p. 27.* ad notat: *qvinq;* præsertim in locis invenio collocatas fuisse ab antiqvis imagines. *Atrio, Limine, Cubiculo, Pinacotheca, Bibliotheca.* Nec eædem erant in omnibus. In *Atrio* Gentilitiæ imagines, & avorum ex cera expressi vultus ordine stabant. *Foris verò, & in Limine* eorum imagines ponebantur ex ære solidàve alia materia, qui præ cæteris illustres atq; insignes extiterant. De utrisq; *Plin. l. 34. c. 2.* In *Cubiculis* Lares erant, & in totum quas Cubilares appellabant, ut eorum quos charissimos haberent. In *Pinacothecis* temerè, neque ad vivum expressas imagines, aut Deorum, atq; Heroum sive fabulas aliquas atq; historias depictas habebant. Plinius, *Pinacothecas veteribus tabulis consuunt* (fortè construunt) *alienasq; effigies colunt*, &c. Petronius

nius, *In Pinacothecam perveni vario genere tabularum mirabilem. Nam & Zeuxidis manus vidi, nondum vetustatis injuriâ victas, & Protogenis rudimenta* &c. Viri docti Pinacothecam qvà idem esse cum Tablino, qvà promiscuè saltem usurpari autumant: Itaq; *Scaliger Comm. ad Festum.* A qvibus facile dissentio. Tametsi enim πίναξ Tabulam significet, Latini tamen *Tablinum à Tabulis* non pictis, sed quibus Acta, ac rerum gestarum Commentarii perscriberentur, appellarunt: Plinius quoq; manifestè Tablinum à Pinacotheca, separat, & *Vitruvius lib. 6. c. 4. & 5.* licet eruditus interpres, ubi de Tablino agit, cap. 3. his verbis, *Tablinum, si latitudo atrii erit pedum viginti, &c.* Tablinum ab eo pro Pinacotheca positum dicas; parum attentè, ut quidem opinor, cùm sequenti capite de Pinacothecarum structura privatim disputet. Sequitur *eodem capite apud Vitruv.* Imagines *item altè cum suis ornamentis ad latitudinem alarum sint constitutæ:* quæ verba ad Tablinum idem ille interpres retulisse videtur, cùm de ipso Atrio prorsus capienda sint. Sed uti de Atriorum structura, atq; imaginum collocatione non pænitendum fortasse quidpiam attexamus, Vitruvii locum illum cursim, & quasi prætereuntes attingemus. Dixerat antea; Alis dextra ac sinistra, latitudinem, cum sit Atrii longitudo ab XXX pedibus ad pedes XL. ex tertia parte ejus constituendam. Unde ego eam istiusmodi Atriorum structuram fuisse conjicio, ut longitudo, quæ latitudinem superabat, in transversum dextra, ac sinistra ingredientibus porrigeretur. Alas verò, sive duas Peristylii porticus appellari puto, quæ utrinq; ab impluvio & hypæthro, spatio Atrii latitudinem adæquant, sive parietes ipsos, secundùm atrii latitudinem porrectos. Id enim πλερὰ sive πλερώματα significant; Jam utraq; in Peristylii parte secundum latitudinem gentilitia stemmata suis disponebantur armariis: eratque locus is laquearibus supernè contectus, hinc laqueata Atria ab Ausonio propriè etiam dicta; nec solùm quia pro ædibus ipsis usurpentur, ut vir doctus existimat: Ac utrinque Bibliothecas, Pinacothecas, Tablina atq; exhedras construebant. Qvo fit, ut alarum nomine totum illud spatium comprehendatur. Glossæ vet. Ala εἴλημα χολὴ ἐξέδρα. Corr. ἴλη, μασχάλη. Nam ἴλη Græcè ala dicitur, etsi turmam potius esse Lipsius existimet. In voce ἐξέδρα, quæ nonnullos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

los torqvet, nihil immuto. Dixi de qvatuor imaginum sedibus: Superest *Bibliotheca*: inqua eruditorum hominum, ut Philosophorum, Oratorum, Poëtarum imagines positæ, partim expressæ ad vivum, partim confictæ. *Plin. loco citato*, aliiq; sexcenti. *Petav. l. c.*

XLIX. Deorum gentilium gradus ex Synes. Libr. de providentia.

TRes uti opinor *notat. ad h. l.* Petav. *ad Synes. de* Provid. *p. 37.* Deorum gradus indicat. *Infimus* est eorum, qui inferioris mundi ministeriis sunt attributi, quiq; duplici functione censentur, una quidem actuosa, ac negotiosa, cùm administrando huic orbi vacant; felici, tranquillaq; alterâ, cùm se ad sublimioris numinis contemplationem erigunt; *Secundus gradus Medioxumos* continet, qvos per γένος θεῶν ὑπερκόσμιον intelligo, qui ab rerum infimarum moderatione feriati alium supra se, eumq; *tertium* habent Deum, quem πηγὴν appellat, ut Divinitatis fontem.

XLX. Varii ritus Ecclesiarum.

DE ritu Romano *Cardinal. Johann. Bona* de *Psalmodiâ. cap. 18.* §. 2. *& de rebus Liturgic.* Durantus, *Barthol. Gavantus* Sacror. rituum. *Pontificale Roman.* rubronigr. Antverp. 1627 fol. *Ceremoniale Pontiff. Corcyræi. Ceremoniale Episcoporū.* &c. vid. *Tom. X. Bibliothec. PP. Margarin de la* Bigne Paris. 1633. per tot. De ritu Benedictinorum *Bona.* c. 1. c. 18. §. 3 De ritu Cisterciensium Bona § 4. Carthusianorum *Idem* § 5. Præmonstratensium §. 6. Prædicatorum §. 7. Carmelitarum §. 8. Lugdunensis Ecclesiæ. Idem §. 9. Ambrosian. §. 10. Mozarabico. *Bona.* p. 459 Moscovitarum Bona p. 445. Græcorum Bona p. 463. *Jacob Goar.* εὐχολόγ. Græcorum *Arcudius, Angelus.* De ritu Græcor. Monachorum Cryptæ ferratæ Ordinis S. Basilii. Bona §. 14. Armenorum § *15.* Maronitarum §. *16. & Franc. Quaresimis. Tom. 2. Elucid. Terr. Sanct. p 98.* qvi postremus etiam monet Maronitas *idiomate Chaldaico* persolvere officia, qvi etiam prolixè de Maronitis, ibidem. De ritibus Maronitarum Gabriel Sionita ap. Allatium συμμικ p 295. vid. Brerevod Scrutin. Religion. De ritu Illyricorum, Æthiopum seu Abyssinorum, & Cophtorum *Bona.* p. 17. 18. Rituale Cophtorum ex translatione Athanas. Kircher. habes apud Allat. συμμικ p. 239. s. In genere de variis ritibus variorum scripsit *Alexand. Ross. in libell.* Von der Welt unterschiedlichen Gottesdienst, 8°,

XX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

XX. De formulis: Dominus vobiscum: & cum spiritu tuo.

ORiginem has formulas trahere putat *Cardinalis Bona* c.16.de Psalmod. §17.p.394. & *Severinus Binius ad* Concil. Braccarense. I. provinciale celebr. ann.563.p. 424. Tom. IV. Concil. ab *Apostolorum temporibus*, citante *Dionys. Areopagitæ* authoritatem *de hierarch. Ecclesiæ*. Verùm scriptum hoc Dionysii supposititium esse, ostendit nuper multis *Johann. Dallæus pecul. tractat. de scriptis, qvæ sub Dionysii Areopagitæ & Ignatii Antiochen.* nominibus circumferuntur. Genev. 1666. 4°. *Robert. Coci Censur de script. veter. p 92. Rivetus Crit. S. l.* 1.9. 10. 11. Hierarchiam Dionys. in Græcum sermonem transtulit *Johannes Scotus Erigena*, qvod testatur *Carnereus* ad Carolum Calvum, inter epp. Hibernic. *Usserii*. n.22. & seqq. ubi Usserius sic commentatur p. 40. Paris. 1665. 4°. De hoc, *Gvilhelmus Malmesburgens l. 2. de gest. Regum Anglor.* Hoc tempore creditur fuisse Joannes Scotus, vir perspicacis ingenii & multæ facundiæ, qui dudum concrepantibus undiq; bellorum fragoribus in Franciam ad Carolum Calvum transierat, cujus *rogatu Hierarchiam Dionysii Areopagitæ in Latinum de Græco, verbum è verbo transtulit. & Nicolaus. I.* in Epistola ad ipsum Carolum: *relatum est Apostolatui nostro*, qvòd Opus B. Dionysii Areopagitæ, qvod de Divinis nominibus, vel Cælestibus ordinibus, Græco descripsit eloquio, quidam vir Johannes, genere Scotus, nuper Latinum transtulerit. Huic verò translationi præmissum est hoc ad Regem Carolum Carmen: cujus primum distichon (qvod tituli vice reliqvis versibus super scriptum fuisse videtur) vir doctus ita legendum censuit:

Hunc librum, sacro Græcorum nectare fartum
Advena Joannes pando (vel mando) meo Carolo. & paulò post:
Parcite Cecropidis; Attica vela seqvor. Et pag. 44. Usserius. *Hæc etiam Epistola, n.23 præmissa est libris 5. Dionysii Areopagitæ, qvos Johannes Erigena transtulit de Græco* in Latinum, jubente ac postulante gloriosissimo rege, Carolo, Ludovici Imperatoris filio. *Ut habetur in libro Manuscript. qvo hic sum usus, Collegii S. Trinitatis Cantabrigiæ. Johannis qvoq; nostri putantur esse Excerpta illa,* quæ inter Macrobii scripta feruntur: De differentiis & societatibus Græci Latiniq; verbi; *hæc ad finem notatione adjecta*: Explicit defloratio de libro Ambrosii; Macrobii, Theodosii, quam Johannes carpserat, ad discendas Græcorum verborum regulas. Atque ita etiam censuit. *P. Pithæus V. C L.* esse hunc Johannem Scotum, virum illum Græcæ Latinæq; lingvæ peritissimum, qui Carolo

Imperatori coætaneus & Dionysii libros Latinos fecit: *qvemadmodum in suis*
ad hunc libellum notulis monuit Johannes Opsopæus. Refert Jo. Balæus (Centur. 2,
scriptor. Britann. cap. 24.) & secuti eum alii; transtulisse eum in tres lingvas, scili-
cet Chaldaicam, Arabicam & Latinam, Aristotelis Moralia de secretis secreto-
rum, seu recto regimine Principum. *Latini scripti duo penes me sunt Manuscript.*
exemplaria: qvod posterioris alicujus Johannis opus esse, mihi non est dubium. *Et*
pag. 47. Idem hic de Johannis Scoti translatione: ab Anastasio fertur judicium,
qvod postea à Rogero Hovedeno latum est, in priore parte Annalium. Caroli
rogatu Hierarchiam Dionysii Areopagitæ in Latinum de Græco, verbum è ver-
bo transtulit; quo fit, ut vix intelligatur Latina litera, qvæ volubilitate magis
Græca, quam positione construitur nostrâ. Ex hac autem Epistolâ intelligimus,
Græca in Dionysium, quæ Maximo tribuuntur Scholia, non illius esse omnia,
sed Johannis Sycopolitani episcopi παρεμβέσεις habere admixtas. Unde &
Prologo in Græca editione Morellianâ titulum, hunc præfixum videmus:
πρόλογος τοῦ ἁγίου μαξίμου, ἢ κατά τινας τοῦ Συκοπολίτου: Prologus Sancti Maximi,
vel secundùm quosdam, Sycopolitani. Hæc *Usserius*. Extat Canon. *Concil. l. Pro-*
vincialis Bracarensis 21. Placuit, ut non aliter Episcopi, & aliter Presbyteri populum
sed uno modo salutent dicentes: Dominus vobiscũ, sicut in lib. Ruth. legitur. Et ut respõ-
deatur à populo: Et cum spiritu tuo; sicut ab ipsis Apostolis traditũ omnis retinet Oriens,
& nõ, sicut Priscilliana pravitas permutavit. Vide huc notas Binii p. 424. Eadem u-
titur salutatione *Sanctus Ignatius, Martyr*, in fine Epistolæ ad Tharsenses, pergit
Bona 394. *Maximus qvoq; Martyr de ea sic scribit, in Ecclesiastica Mystagogia;*
Spiritualis salutatio, quæ Latinis est; *Dominus vobiscum*, Græcis εἰρήνη πᾶσιν. Pax
omnibus; bonorum omnium consensum, & concordiam, & rationalem qvo-
dammodo identitatem per fidem, & dilectionem præfigurat. Respondet popu-
lus: *Et cum Spiritu tuo*, qvæ verba, teste *Chrysostomo*, nihil aliud significantis
qvàm communem esse orationem plebis, & Sacerdotis; Unum enim corpus sumus.
Nihil autem melius invenit Ecclesia, ut observat *Florus Magister*, quod optaret
Sacerdoti, nisi qvod sacerdos optat Ecclesiæ, ut idem Dominus, qui dignatur
esse cum Ecclesiâ, dignetur etiam esse cum Spiritu Sacerdotis. Et bene:
Dominus cum spiritu hominis esse optatur, qvia in spiritu, & mente rationali cre-
atus est homo ad imaginem, & similitudinem DEI. Aliter explicat hanc re-
sponsionem *Isidorus Pelusiota lib. 1. epp.* Illud autem, qvod à plebe responde-
tur; *Et cum Spiritu tuo*, hanc habet sententiam: Pacem quidem nobis præbui-
sti Domine, hoc est mutuam inter nos concordiam; Pacem autem nobis da, hoc
est

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

eſt hujusmodi tecum conjunctionem, quæ nullo modo divelli poſſit, ut cum Spiritu tuo pacati, qvem nobis in creationis initio indidiſti, à tua charitate diſtrahi neqveamus: Scripſit verò de hac ſalutatione elegantisſimum opuſculum *Petrus Damianus*, quod omninò legendum eſt, à ſtudioſo rerum Eccleſiaſticarum Lectore. Ego pauca delibo, & in guſtum de hoc nectare propino. Id quod dicitur; *Dominus vobiſcum*, Sacerdotis, *inqvit*, ad populum eſt ſalutatio. Orat enim, ut Dominus ſit cum eis, ſicut dignatur dicere per Prophetam; *Inhabitabo in illis*; & Salvator diſcipulis ſuis, cunctisq; fidelibus; Ecce, *inqvit*, ego vobiſcum ſum. Qvi nimirum ſalutationis ſermo non moderno humanæ adinventionis arbitrio conſtitutus, ſed ex antiqua ſacri eloquii auctoritate probatur aſſumptus. Ubi ſi diligenter inquiritur, ſæpius ſingulariter & pluraliter appoſitus invenitur. *Singulariter* ſicut ad B. DEI Genitricem Angelus dicit; *Ave gratia plena, Dominus tecum*; ad Gedeonem qvoq; ait, ſalutando, *Dominus tecum, virorum fortisſime. Pluraliter* autem, ut libro Ruth, Booz ſalutando meſſoribus ſuis ait; *Dominus vobiſcum.* Et ſicut Propheta à DEO miſſus invenitur ſalutaſſe Aſa, Regem Juda, cum exercitu ſuo victorem, de prælio revertentem, dicendo, *Dominus vobiſcum, qvia fuiſtis cum eo.* Eccleſia ergo ſalubri ſalutatione accepta Sacerdotis, & ipſa reſalutando orat, & orando reſalutat, poſtulans, ut ſicut ille Dominũ eſſe cum ipſis optavit, ita & cum eo eſſe dignetur dicens; *Et cum ſpiritu tuo.* id eſt, cum anima tua, ut eum dignè pro noſtrâ ſalute poſſit orare. Et notandum quòd non dicit; *tecum*, ſed: *cum ſpiritu tuo.* ut totum, quod in officiis Eccleſiaſticis geritur, ſpiritualiter fieri perpendatur. *Bona. Pſalmod. p. 394. de reb. Liturg.* l. 2. c. 5.

XXI. De hymno: Gloria Patri & Filio &c.

SCripſit de hoc hymno, tractatum anagogicum *Johannes Gerſon Cancellarius Pariſiens.* myſticæ Theologiæ Profeſſoribus maximè utilem. Illud autem certiſſimum eſt, hymnum glorificationis ab Apoſtolis compoſitum, â Patribus Nicænis auctum, ab univerſa Eccleſiâ receptum omni reverentiâ cantandum eſſe. Qui enim irreverenter & nimis feſtinanter eum pronunciant, non Deum glorificare, ſed blaſphemare dicuntur; de qva re notabilis viſio S. Annonis. Colonienſis Archi-Epiſcopi, refertur in ejus vita [illegible] apud Surium d. 4. Decembris. *Bona de Pſalmod*: C. *XVI. p.* 340. *De Hymno, Gloria in excelſis Deo.* Bona de *Reb. Liturg. l. 3. c. 4. p. 340.*

XXII. Jugis Pſalmodia qvarundam Eccleſiarum.

IN regione Bythiniorum Johannes ex citavit monaſterium *ἀκοιμήτων*, id eſt, non dormientium. Johanni ſucceſſit Marcellus, qvi in plura cænobia idem ſtudium invexit. In regia autem urbe Conſtantinopoli ſimile Monaſterium conſtructum fuiſſe, ſcribit Nicephorus, in qvo perpetuis carminibus nunqvam non hymni Deo canebantur, ſodalitate monachorum eam ob rem in tres cætus diviſa. Nec caruit Occidens hoc inſtituto. *Bernardus enim in vitâ Sancti Malachiæ*, poſtquam de multitudine Monaſteriorum Hyberniæ, & Scotiæ locutus eſt, Ex quibus, *inquit*, ad has noſtras Gallicanas partes S. Columbanus aſcendens Luxovienſe conſtruxit Monaſteriũ, factus ibi in gentem magnã. Ajunt tam magnã fuiſſe, ut ſuccedentibꝰ ſibi viciſſim choris continuarentur ſolemnia divinorum, ita ut ne momentum qvidem diei, ac noctis vacaret à laudibus. Diu etiam viguit in *Monaſterio Agonenſi*, Thebæis Martyribꝰ Sacro, hæc in ceſſabilis pſalmodiæ ratio, â ſancto *Sigismundo Rege* & Martyre inſtituta, ut in hiſtoria Francorũ Gregorius Turonenſis teſtatur; Libro qvoq; de gloria Martyrum, aſſiduum, & qvotidianũ pſallentium à prædicto Rege ibidem inſtitutum affirmans. Ab *Agauno* verò hæc pſallendi regula in alias partes diffuſa eſt, nã ut refert *Aimonius* libro tertio de geſtis Francorũ, Guntramꝰ *Rex* Baſilicã ædificavit, in qua Monachi jugiter pſallerent, prout Rex Sigiſmundꝰ in Agauno inſtituerat. Qui videlicet pſallendi ordo, ait ille, etiam *ad ſepulchrum S. Martini* antiqvitus celebratur: & à B. Germano *in Monaſterio* S. *Vincentii* ſervari juſſus, nec non in *Monaſterio* S. *Dionyſii à Dagoberto Rege* agi præceptus eſt. Quo Dagoberto regnante S. Amatus, Abbas, *Monaſterium Virginum* conſtruxit, quas in ſeptem turmas diſtributas noctu diuq; per vices ſine intermiſſione pſallere voluit, ita ut ſemper *duodecim Virgines* in unaqvaq; turma eſſent. Teſte item Fulberto apud *Surium*, ſub diſciplina Sancti Aichardi Abbatis vivebant in uno cœnobio *nongenti monachi*, divinis laudibus jugiter incumbentes: Ex his una die *obierunt qvadringenti qvinqvaginta* à DEO præmoniti, quorum una pars hora tertia, pars altera hora ſexta, pars tertia hora nona, pars qvarta hora veſpertina deceſſit. Narrat *Hieronymus Emſer* in proæmio vitæ S. Bennonis Epi-

ſcopi,

ſcopi, *Clericos Eccleſiæ Miſenenſis* in varias claſſes diſtributos jugiter pſallere conſveviſſe, die, ac nocte; quam perennem laudationem *Erneſtus & Albertus* fratres, Saxoniæ Principes, & Miſniæ Marchiones fundarunt. Sunt & aliæ multæ ejusmodi Eccleſiæ, in quibus olim jugis pſalmodia exercebatur: nam, ut in Orientem regrediar, *monaſterium S. Publii* deſcribit Theodoretus in Philoteo, in quo hymnos matutinos, & veſpertinos decantabant monachi, primò Græci, deinde Syri, utriq; propria lingva ſibi ſuccedentes. Deſcribens quoq; *monaſterium Zozimæ* Sophronius Epiſcopus in vita S. Mariæ Ægyptiacæ, Pſallentia, *inqvit*, ibi erat inceſſabiles totius noctis habens ſtabilitates. Tum *Oxyrynchus* dicta eſt civitas in Thebäide, in qva per omnem partem die, ac nocte, hymnos, & laudes DEO referebant *viginti millia virginum, & decem millia monachorum*. Etiam in ordine noſtro *Ciſtercienſi* quædam cænobia fuiſſe legi, quibus ex hac inſtitutione nomen inditum fuit, nam *laus perennis, & jugis laus* vocabantur, quod in eis perenni ſucceſſione divinæ laudes celebrarentur. *Bona de Pſalmod. c. 1. p. 74.* Pſalmodiam *refert Jocobus* Boldueus *Capuccinus de Oggio Chriſtiano lib. 1. c. 5.* primò ab *Adam* fuiſſe inſtitutam, primum qvoq; ſacrificium oblatum ex terræ frugibus: ad qvod exercendum primogenitum ſuum Cain inſtituit Sacerdotem: cujus Sectatores poſteà fuerunt *Corybantes*, etiam in fratricidio inter Orgiorum ſolennia. Sint hæc ſuo loco.

XXIII. *Veſtimenta & vaſa ad cultum Romanæ Eccleſiæ in ſerv.*

MUltis de his agit *Bona* de rebus Liturg. c. 24. 25. qvem vide. Confer. *Laur. Bank. Tax. Cancell. & Rom. triumphant.*

XXIV. *Miſſa ſicca, ſive nautica biſaciata.*

MIſſa ſicca ab indiſcreta, *ſcrib. Bona de reb. Liturg. l. 1. c. 15. p. 118.* & privata quorundam devotione duxit originem, cui nimium indulgentes fuerunt Sacerdotes. Larva eſt & ſimulatio qvædam veræ Miſſæ, *ſicca* procul dubio & jejuna, utpotè carens non ſolùm conſecratione, ſed etiam ſumptione corporis Chriſti, ſimilis *cænæ ligneæ & lapideæ*, quam *Lampridius* & alii referunt, ſæpè convivis ſuis *Heliogabalum* exhibuiſſe. Invaluit tamen adeò, ut aliquando viris ſanctis, & doctis non diſplicuerit. *Gvilelmus de Nangiaco Monachus in*

libro gestorum S. Ludovici narrat, Religiosissimum Regem, cúm è transmarinis partibus rediret in Galliam, corpus Christi in navi decentissime collocari, atq; ibi officia Divina & Missam excepto Canone qvotidie celebrari fecisse. Eandem commendat *Genebrardus lib. de Liturgia Apostolic. cap. 30.* pro his, qui manè integræ Missæ interesse non possunt, pro navigantibus, pro infirmis, & quando defuncti post meridiem sepeliendi sunt; pro qvâ re in usu fuisse suis temporibus testatur, seq; Taurini An. 1587. in exequiis viri nobilis, qui vespere sepeliebatur, hujusmodi Missæ cum Diacono & subdiacono cantatæ interfuisse. Modum eum celebrandi, sic describit *Durandus in Rationali lib. 4. c. 1.* Sacerdos *si ex devotione, non ex superstitione velis totum officium Missæ sine sacrificio dicere, accipiat omnes vestes Sacerdotales, & Missam suo ordine celebret, usque ad finem offerendæ, dimittens Secreta quæ ad sacrificium pertinent. Præfationem verò dicere potest, licet in eâdem videantur Angeli invocari ad consecrationem corporis & sangvinis Christi. De canone verò nihil dicat, sed orationem Dominicam non prætermittat, & quæ ibi sequuntur sub silentio dicenda, non dicat: calicem vel hostiam non habeat, nec de his, qvæ super calicem seu Eucharistiam dicuntur vel fiunt, aliqvid dicat vel faciat. Potest etiam dicere: Pax* Domini sit semper vobiscum: *& exindè Missæ officium suo ordine peragat.* Melius *est tamen alia omittere.* Hæc autem missa nautica dicitur, ut ait *Durantus lib. 2. de ritibus Ecclesiæ cap. 4.* ex libro sacerdotali, quia in mari & fluminibus celebrari solebat; in quibus propter motum & agitationem fluctuum vix potest sacrificium offerri sine periculo effusionis. Declamant acriter adversus eam *Gvil. Estius orat. 13. Theologica, & Laur: Laudmeter. l. 2. de veteri Clerico &* Monacho *cap. 84.* qvi ambo existimant, paulò ante *Guidonem de monte Rocherii* cæpisse, à quo laudatur & approbatur *tract. 4. cap. 7. Manipuli Curatorum, quem scripsit anno 1333.* Sed errant, quia, ut vidimus, jam in usu erat vivente S. Ludovico Rege, qui obiit anno 1270. eamq; descripsit *Durantus*, qui eodem tempore vixit, & *Petrus Cantor*, qui floruit anno 1200. ejusdem meminit *in verbo abbreviato cap. 29. ubi ait*: Missam siccam esse sine gratia & humore confectionis Eucharistiæ, & nihil Fidelibus prodesse. Nunc providâ Episcoporum curâ ubiq; gentium, utputo, obliterata & abrogata est.

Cæterum præter *Missam siccam* irrepserat & alius detestabilis abusus, quem *Petrus Cantor* locô citatò accerrimè perstringit. Solebant enim eo tempore nonnulli Sacerdotes *plures Missas in unum congerere*, celebran-

celebrantes Missam diei, vel aliam præcipuam, suo ordine, usq; ad Offertorium; tum aliam incipientes, usqve ad eundem locum, deinde tertiam & quartam eodem modo. Postea tot secretas orationes dicebant, quot Missas inceperant. Demum sub uno canone sacrum perficiebant, totidem additis in fine Collectis, quot initio recitaverant. *Originem hujus abusus* adscribit Petrus Sacerdotum cupiditati, qui cùm illicitum esse scirent, pluries in die celebrare, has plurium Missarum insitiones invenerunt, ut devotioni multorum petentium pro se offerri sacrificium, unica celebratione satisfacientes, plura pro uno sacrificio stipendia acciperent. Has autem Missas barbaro vocabulo *Bifaciatas, trifaciatas* nuncupat, quia duplicem vel triplicem habeant faciem: qvas veluti monstruosas & contrarias institutioni & consvetudini Ecclesiæ improbat, & detestatur.

Tractat hoc multis *Angelus Maria Verricellus, de Apostolicis Missionibus,* excusus Venetiis, anno 1630. fol. tit. 8. 9. 133. *de Eucharist. & Missâ,* & quidem *affirmativè* ex mente Academiæ *Salmanticensis, Complutensis, Conimbricensis, Eborensis,* accedente *Summi Pontificis consensu,* ex mente item *Duvandi, Laymanni, Dianæ, Hurtado,* adducens præteralios *Franciscum Lugo de sacram: l. 5. c. 6. n. 9.* qui de se testatur, *se singulis diebus celebrasse in navigatione Indica, ac tres vel alias qvatuor Missas audivisse.*

XXV. ALPHABETUM cœleste Jacobi Gaffarelli.

J*Acobus Gaffarellus cap. 13. Curiosites Inovyes p. 582. s. Curiositat: Inauditar.* tale *Alphabet. Cœleste* comminiscitur, cujus verba Gallica Latinè reddita invenies ap. *Thomam Bangium Cal: Orient.* p. 176. Quod si Cælum in divinis monumentis, à Spiritu sancto Liber sit nuncupatum, procul omni dubio concludere licet, in illo Libro literas & characteres fore, qui à nonnullis intelligi possunt. Ceterùm appellatum fuisse Librum, videmus in Propheta Esaia, qvi de Extremo die, qvo omnia qviescent, loqvutus sic ait c. 34. v. 4. *Complicabuntur sicut LIBER cæli,* ubi כ Caph Hebræum, quod Latini *sicut* reddiderunt, significat in originali QVIA &c. Qvi in sacris literis versati sunt, bene nôrunt, illud vocabulum non semper similitudinibus adhiberi: *Facti sumus sicut consolati*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

ſolati. Hocne eſt, illos verè nòn fuiſſe conſolatos? Minime. Iſtud autem vocabulum *Comme*, ſicut eſt, ac ſi non adfuiſſet, adhibuit. Idem dictum eſto de illis: *Tranſivimus ſicut per ignem*, & de pluribus aliis. Qvare complicabuntur cæli? qvia Liber ſunt. Sin iterum inſtes: qvòd, qvamvis כ Caph interdum, *ſicut* ſignificet, cõvenienter originali textui Hebræo, non major ſuppetat cauſa interpretandi QVIA qvàm SICUT, & conſeqventer verum erit, Cælos non eſſe Librum, ſed inſtar Libri. Huic reſponderi poteſt, Sacram ſcripturam perfectè decidere hanc controverſiam; qvia alibi de cælo loqvens, linearum, & Literarum meminit, quæ verba propriè Libro conveniunt, non conſideratâ dictione SICUT, quod certo indicio eſt, hæc verba in ſeqvente hac parabola, non eſſe inſtar ſimilitudinum: *Complicabuntur ſicut Liber cæli.*

Totus in eo eſt, ut oſtendat כ Hebræorum in loco Eſaiano non tam SICUT qvam *QVIA* ſignificare. Cui oſtendit jam laudatus Bangius, hunc uſum Sac. Script. reſpuere, oſtendens p. 178. כ Hebræorum ſignificare. 1. ὁμόιωσιν *ſimplicem* Geneſ. 3. 5. eritis כאלהים Pſ. 1. 3. Daniel. 12. 3. Eph. 5. 21. 2. *comparatam*, cùm denotat collocationem inter res *æqvales*, quæ ſibi æqvi parantur. Geneſ. 18. 15. Inæqvales, & uſurpatur 1. ἀξιωματικῶς & eſt α. βεβαιωτικὸν ad ſententiam confirmandam. Eſt Caph veritatis, vide Glaſſ. Phil. Sac. l. 3. tract. 5. c. 28. β. προσδιοριστικὸν & notat quantitatem, *ſecundùm menſuram* Exod. 16. 21. collegerunt manna ſecundùm cibum ſuum, vel *tempus* Geneſ. 19. 17. qualitatem 1. Sam. 13. 14. כלבבו ſecundum cor ſuum. Pſ. 51. 1. ſecund. miſ. t. i. e. ut ſoles miſereri. 2. εἰκαστικῶς, cum ſervit conjecturæ exprimendæ, ut circa numeros, tempus, vel menſuram, *Joſu*: 4. 13. Græcis ὡσεὶ Matth. 14. 21. Latinis *quaſi*, *fermè ferè*. Concludit deniqve *Bangius* uſum Gaffarelli non apparere in tabella, & quidem benè. Ad locum Jerem. 38. 2. reſpondet Bangins ex *Sixtin. Amam Antibarb* Bibl. l. 3. p. 27. Sup. Pſalm. 40. 1. Confundi ταυτότητα cum ἰσότητα, neque enim *inſtar voluminis* eſt *ipſum volumen*. 2. Similitudo, *inqvit*, non ſita eſt in libro, quâ ſcriptilis exiſtit, ut cum Ammiano Macellino loqvamur, ſed in libro, quatenus eſt *volumen*, h. e. qvatenus volvi & revolvi comparatus. Etenim veluti Convolutus liber nemini fructuoſæ lectionis uſum præbet; Sic cœlum ad inſtar voluminis

luminis clausum, divina vindicta virtutes suas sublunaribus (inter quæ eminet *ἀπαρχὴ τῶν κτισμάτων Jacob. 1.18.*) subministrare recusabit: è diverso quam diu cœlum est הרקיע retinens primigenii extenti naturam, vivificas hominibus & animantibus vires ingenerat. Nec illud inobservatum nobis erit: Dicti Idumæi exercitui cœlorum cultum indebitum deferendo peccàrunt; atqve benignissimi numinis oculos à se averterunt, Ideò per cœlorum & astrorum negata officia puniri debuerunt, quæ prius fuerant ascita instrumenta peccandi.

Per quod quis peccat, per idem punitur & ipse.

Pag. 183. pergit ostendere *Bangi9*, Mosaicum illud לאתת *Gen. 1. 14.* nil facere pro literis cœlestibus Gaffarelli. Gaffarelli verba ex Gallico sic habent: *Qvod autē sacra scriptura de cœlo dicens, expressā faciat mentionē Literarū*, id in 1 vers. in originali Hebræo videri potest; nimir. בראשית ברא אלהים את ואת *id est in principio creavit* DEUS *literas vel characteres. Illa enim comprehēdit vocula* את *ET aut* את *aut qvæ literas significat.* Ad qvem discursum reponit Bangius 83. oraculis Sacræ S. usum Gaffarelianum non reperiri in Sacro Codice, cùm Hebræorum אות libb. Canonicis sit 1. *μνημονευτικὸν* in memoriam aliqvid revocans Exod. 13. v. 9 16, de celebratione Paschat. c. 31. *13. 17.* Num. *16. 38.* Psalm. 64. vers. *4. 9.* 2. *θαυμαστικὸν* cùm DEI miracula vel plagæ significantur Exod. *3. 12.* c. 4 8. *9. 17.* Num. *14. 11.* Daniel. 3. v. *33.* 3. *προφητικὸν* Genes. *1. 14. 1. Sam. 2. 34.* 4. *χαρακτηριστικὸν* ubi certa res vel persona dignoscitur Genes. 4. *15.* Esai 66. *19.* 5. *μυστικὸν* Es. 8, 18. 6. pro simulacris & idolis Psalm. 74. 4. 7. Fœderale. Josuæ 2, *12.* Ps. 86, *17.* Concludit deniq; p. *185. Bangius*: Constanter negamus אותות in historiæ Mosaicæ cap. *1.* vers. 14. denotare propriè *characteres in cœlo, ministerio Angelorum dispositos*, ut Lectorem eorum, curiosos Astrologos, futurorum eventuum plausibili scientiæ inhiantes, edoceant investigatu impossibilia prognostica. *Primo* enim serio interdicta sunt in sacrorum monumentorum volumnibus omnia vana prædictionis genera qvæ *τὰ περιεργοῦντα* ingenia de stellarum in cœlo asteristica & Angelica dispositione sibi fingere præsumunt. vid. Devt. *18. 10.* *Secundo* authoritati R. Aben *Esræ* opponit.

R. D. Kmichii & Jarchi. Vid. eundem si lubet pluribus.

XXVI. Baculi & arma deponebantur in Ecclesia.

ANtiquo ritu statim ac Diaconus incipiebat Evangelium, *omnes baculos deponebant*: cujus rei plures caussas sed symbolicas afferunt *Amalarius l. 3 cap. 18. Honorius l. 1. Gemmæ cap. 24. Durand: l. 4. Rationalis c. 24.* & alii recentiores. Veram autem & literalem eam esse arbitror, quam insinuat Amalarius his verbis. *Usq; ad istud officium baculis sustentabamur, modò ut oportet servos ante Dominum stare, humiliter stamus deponentes baculos è manibus. Consonat Hugo in speculo Ecclesiæ c. 7. dicens. Nunc considera, quòd plebs hic baculos deponit, reclinatoria relinquit, caput detegit, stans audit.* Quæ omnia uno versiculo comprehendit Hildebertus lib. de mysteriis Missæ: *Plebs baculos ponit, stat, retegitq; caput.* Qua igitur ratione à Sanctis Patribus sancitum fuit, ut ad Evangelium omnes adstantes surgerent, & recti starent; eâdem introductum fuit, ut baculos deponerent, quibus ad sustentandum corpus homines uti solent. Baculos item depositos eandem ob causam à pœnitentibus, cum ad confessionem accedebant, antiqvus Ordo Romanus docet *apud Morinum lib. 4. cap. 18.* Omnes autem assurgere & stare, dum legitur Evangelium, ritus antiquissimus est, ut tanquã Servi ante Dominum se promptos & paratos ostendant, ad exequenda mandata DEI, quæ in Evangelio promulgantur. Cumqve in aliquibus ecclesiis irrepsisset abusus sedendi, Anastasius Papa, teste Anastasio in *ejus vita*, constituit, ut quotiescunque Sancta Evangelia recitarentur, Sacerdotes nõ sederent, sed curvi starent in signum reverentiæ. Damnat Nicephorus Callistus *l. 12. hist. cap. 34.* morem Ecclesiæ Alexandrinæ, in qua Episcopus non assurgebat, cum Evangelium legeretur. *Id verò* inqvit, *in ulla plane Ecclesiâ antiquitus factum esse nemo vel vidit, vel audivit.* Et sup. *l. 9. cap. 18.* à Theophilo, qui cognominatus est Indus, multa *refert* apud Indos correcta fuisse, quæ non rite agebantur, præsertim quod sedendo Evangelium audirent contra placitum Ecclesiæ. Hoc de Theophilo narrat Philostorgius *l. 3. hist. eccl. cap. 5.* ipsum summis laudibus efferens, utpotè ejusdem cum illo sectæ Arianæ, quod non satis advertit Nicephorus, qui tacito ipsius nomine historiam ejus exscripsit, & suæ inseruit. Optimè de hoc ritu. Isidorus

Pelusiota *lib.1.Epist.136.* „Cum verus Pastor per adorandorum Evan-"
geliorum apertionem accedit, tum demum Episcopus assurgit, atq; "
initiationis habitum deponit, hinc nimirum Dominum ipsum pasto-"
ralis artis ducem ac DEum & herum adesse significans. Apud Græ-"
cos enim non solùm surgit Episcopus ad Evangelium, sed etiam Omophorium deponit, servitutem & subjectionem suam erga Dominum demonstrans, ut explicat Simeon Thessalonicensis. Ritus autem *deponendi baculos diu* mansit in Ecclesiâ, nam Nicolaus du Plove Presbyter Posnoniensis, qui claruit ann. 1434 in expositione Missæ ait: *Cum legitur Evangelium, arma vel baculi deponuntur, in signum qvod juxta doctrinam Evangelicam parati sunt fideles non armis sed patientia se defendere.* Nunc milites religiosi & equestris ordinis viri ensi manum admovent, vel educunt de vaginâ, cum recitatur Evangelium, ut eo gestû testentur, se paratos esse pro Evangelii defensione viriliter pugnare & sangvinem effundere. Commendant in Polonis hanc consvetudinem Matthias de Michovia Chronicorum Polonic. *l.2.c.1.* Alex: Gvagvinus in Miecislao Rege, qui fidem Christi primus suscepit annò 965. & eum morem introduxit, & alii, qui gentis illius historiam scripserunt. *Bona Rer. Liturgicar. p.376.*

XXVII. Qvid Rogus DEI.

CArdinalis *Bona l.2.c.5.p.356. de rebus Liturgicis*, adducit Magistrum quendam, qui regula cap. 33.35.37. peculiari ac planè pro Barbaro vocabulo utitur Rogus DEI. Sic enim ille: *cap.33. Extra lectione, versum, & rogus DEI. cap.35. Psalmi matutini dici debent omni tempore sex, responsorium unum, versum, lectionem Apostoli, & Evangelii, quam semper dicit Abbas, & rogus DEI.* Et infra. *Post ipsam rogus DEI. Cap.37. Psalmi completorii tres dici debent, responsorium, lectionem Apostoli, lectionem Evangeliorum post qvam semper præsens Abbas dicat rogus Dei, & versum clusorem* Glossator hujus regulæ putat *rogus Dei* esse *Kyrie eleyson*, sed procul dubio Collecta est, ut ex ipsa officii serie, & ex communi usu Monachorum manifestum fit. Credo autem sic dictam, quia per illam rogatur Deus.

XXVIII. Divortia in Anglia olim familiaria.

LAnfrancus ad Terdelvacum Hiberniæ Regem, *epistol.27. Hibernicar.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

,, *Jacob. Uſſer. Veter.* acriter invehitur his : ,,Relata nobis ſunt, qvæ-
,, dam quæ diſplicent: Videlic. quòd in regno veſtro quisq; pro arbitrio ſuo
,, legitimè ſibi Copulatam uxorem, nulla canonica cauſa interveniente relin-
,, quit, & aliam quamlibet, ſeu ſibi, vel relictæ uxori conſangvinitate propin-
,, quam, ſive qvam alius ſimili improbitate deſeruit, maritali, ſeu fornicaria
,, lege, punienda ſibi temeritate conjungit. Quod Epiſcopi ab uno Epiſcopo
,,conſecrantur. Qvod infantes baptiſmo ſine chriſmate cõſecrato baptizantur.
,,Qvod ſacri ordines per pecuniam ab Epiſcopis dantur. Hæc omnia & ſi qvæ
,,ſunt ſimilia, contra Evangelicam & Apoſtolicam authoritatem, contra San-
,, ctorum Canonum prohibitionem, contra omnium Orthodoxorum Pa-
,,trum, qui nos præceſſerunt, fieri inſtitutionem, nullus qui ſacras literas vel
,, mediocriter legit, ignorat. Qvæ quantò in conſpectu DEI ſanctorumq;
,,ejus amplius ſunt horrenda, tantò ſtudioſius veſtris ſunt ſine aliqva dilatione
,, juſſionibus prohibenda. Nullum enim DEO vel majus, vel gratius munus
,, offerre poteſtis &c. Memores igitur divini judicii, quo de commiſſo vobis
,,Regno rationem reddituri eſtis DEO, Epiſcopos, & religioſos quosqve vi-
,, ros in unum convenire jubete, ſacro eorum conventui præſentiam veſtram,
,,cum optimatibus exhibete, has pravas conſvetudines, omnesq; alias, quæ à ſa-
cris legibus improbantur à regno veſtro exterminare ſtudete &c. ,,Hanc &
præcedentem epiſtol. dicit Uſſerius h. l. p. 51. ex Cottoniano optimæ notæ
,, MSC emendatiorem ſe his dediſſe. Addens : ,, De barbara autem iſta (quæ
,,non ſolum in Hibernia ſed etiam apud Angloſaxones & Scotos in Brittan-
,,nia invaluerat) legitimas uxores deſerendi conſvetudine, videndus Cambde-
,,nus in Hibernia, p 765. & Johannes Piccardus in not. ad Anſelm. l. 3. ep. 147.
ubi tamen *Terdelvacum*, Gothrici Succeſſorem perperam conſtituit ! cum
eodem tempore Gothricus Dubliniæ Regulus, & Terdelvacus (quem noſtri
toinidealba chO driain nuncupant) ſummus Hiberniæ Rex fuerit : *Hæc Uſſe-
rius l. c.*

XXIX. *Cum Cane ſepeliri ignominioſum.*

M*Urchardus, vel Muriartach, ſive* M*auritius pater Dermitii* illius, qui Anglos ad debellandam Hiberniam primus ſollicitavit, paternæ memor injuriæ, ſummo Dublinenſes proſecutus eſt odio. In medio enim cujusdam grandis Theo Tolſeale, ubi tanqvam in foco pro roſtris ſedere conſveverant, patrem ipſius interemptum, damno dedecus annectentes, cum cane cives tumulaverant, ut in *libr. 1. expugn. Hiberniæ* c. 17. *refert. Giraldus Cambrenſis.* Perpetratum hoc facinus ann. 1120. ad quem in Brittannico Codice annotat *Cara-*

docus

docus Lhancarvanensis, decessisse Murcartum dignissimum & maximum totius Hiberniæ Principem:& Thaddæus Doulingus, Leghlinensis Ecclesiæ nuper Cancellarius in Hibernicis suis annalibus: Murchardus Serenissimus Laginiæ in Hiberniâ Princeps, fidus amicis, terribilis inimicis, alienis liberalis, a subditis, propter ejus benemeritam pietatem & justitiam præ cæteris amandus obiit, & apud Fernes sepelitur. Ad hunc quoque spectat illa Giraldi in Itinerarii Cambriæ l.2.c.1. narratio, Gulielmus Guilielmi Regis Bastardi filius & Normannorum in Anglia Rex secundus, qui Rufus est agnominatus, Cambriam suo in tempore animosè penetrans, & circumdans, cum à rupibꝰ forte prospiceret, dixisse memoratur: *Ad terram istam expugnandam ex navibus regni mei huc convocatis, pontem adhuc faciam.* Qvo verbo ad Murchardum Lageniæ tunc Principem in Hiberniam forte translato, cum aliquamdiu propensius inde cogitasset, fertur respondisse: Numqvid tanto Comminationis verbo Rex ille, *si Deo placuerit* adjecit? Audito verò quod nullam prorsus Dei mentionem in hoc suo Rex sermone fecisset, tanqvam prognostico pandens certissimo; Quoniam, inqvit, homo iste de humana tantum confidit potentia, non divina, ejus adventum non reformido. Jac. Usser. Syllog Epistol. Hibernic. p. 66. Obiter adjicimus ex *Isaaci Casaubon. not. in Aeneam Polybii* p. 1755. edit Amstelod. 1670. T. 2. Canum in bellis multum fuisse usum, interdum *ad* dimicandū, ut de Colophoniis & aliis notat Solinus c. 20. Aliqvando *ad* conquirendum hostem, ut de Philippo observat Polyænus. l. 4. sæpissime *ad* custodiam urbis & arcis, *ad* nuntios deferendos cap. 31. Polyb. Æn. *ad* transfugas deprehendendos Casau. d. l. Sic *eqvum adimere ignominosum erat.* Festus ait: *eqvitare antiqvi dicebant eqvo* publico mereri. Romanis equidem primum eqvus publicus datus A.V.C. CCCLI. qui teste Livio. l. 5. clarus fuit ob devictos Vejos: *Et eqvis certus numerus æris est adsignatus. Tum primum eqvis merere eqvites cœperunt.* Eqvus publicus à Censoribus assignabatur, ut ex Livio cognoscitur. l. 39. *ut ad plebem primo qvoq; tempore ferrent, ut P. Ebutio emerita stipendia essent, ne invitus militaret*, neve Censor ei eqvum publicum adsignaret. Verùm sicut Censoribus eqvum publicum adsignare licebat, ita etiam ob aliqvod flagitium, quod maximè ignominiæ eqvitibus erat, *eqvum adimere* concessum erat. Idem Livius de Censoribus, qui citarunt equites post Cannensem cladem servatos. l. 24. *His superioribus illis eqvi adempti, qvi publicum eqvum habebant tribuq; moti ærarii omnes facti.* Et Gellius l. 7. c. 22. N. A. scribit: *Nimis pingvi homini & corpulento, Censores eqvum adimere* solitos scilicet minus

 ido-

idoneos ratos esse cum tanti corporis pondere ad faciendum equitis munus. His eqvitibus magna suorum eqvorum cura incumbebat. *Nam si eqves Romanus eqvum habere gracilentum, aut parum nitidum visus erat, impolitiæ notabatur*, ejusdem Gellii fide l. 4. c. 12. *Sertor. Ursat. Eqv. Monument. Patavin.* p. 230.

XXX. *Glottocomum vel glottocomium.*

EST theca, in qva tibicines lingulas tibiarum reponebant, ne attritu læderentur Hesychius h. v. qui etiam dixit sumi pro arcula γλωττόκομον, θήκη, σωρὸς ξυλίνη. Emenda σορὸς i. e. arca nam σωρὸς, ὁ, acervum significat, In hac significatione sumit Longinus, cum de nanis & pumilionibus loquitur, quos vulgo pygmæos vocabant. Nam in eam arculam tenera adhuc corpora condebantur, quo ne crescerent; itidem ferè, ut catelli intra arctissimam caveam clauduntur, neq; inde educuntur nisi post 7. menses ab ortu. Tamen mihi valde verisimile fit, δεσμὸν seu vinculum illud quod Corpori (legendum enim est σώμαλι non σώμασι,) circundabatur, fuisse thoracem, seu potius sacculum è duriore corio, qui à pedibus ad caput pertingeret relictis tantum rimulis, queis *ad* necessaria & cibum capiendum opus esset. *Tanaqvil. Faber. not. in Dionys. Longin.* p. 384.

XXXI. *Ferinæ Galeæ.*

NOn desunt gentes, qvibus sunt περικεφαλαθήρεια ac si dicas *ferinæ galeæ*. Id qvod Strabo de Iberibus memorat & contermina his gente Albanis, tum Amazonibus. Tradit Plutarchus, Pyrrhi galeam fuisse insignem cornibus. Idem Plutarchus author est, Cimbros ante illud prælium, qvod haud longe à Vercellis cum Mario commiserunt, fuisse insignitos talibus ferarum terriculamentis, quæ altius extulerant super galeis, ut viderentur altiores & proceriores. Qvin non soli milites, aut duces, sed & *ipsa numina* interdum voluerunt aspici vultu ferino. Athenis ἐπὶ λύκῳ in Lyco ipsa Juno habuit formam feræ. Saturnus effigiatur *nunc facie draconis*, nunc rictu *Leonis*, *nunc cristatus cum dentibus aprinis*. Quid quod effigiati serpentes quandoque cassidi hæserunt? Statius de duobus fratribus pugnantibus de regno Thebanorum,

> *Fræna tenent ipsæ; phalerasq́ & lucida comunt*
> *Arma manu, mixtisq; jubas serpentibus augent*

Idem alibi tales jubas vocat terribiles lib. 10. Theb.

Terribilesq; jubas & frontem cassidis horrens. Silius Italicus l. 14. *Dum cristam galeæ trucis, exuviasq; precatur.* Galeam *Ulyssis* Homerus donat dentibus suis. *Vid. Carol. Paschal. de Coronis l. 10. c. 17. p. 716. edit. Lugdun. 1671.* Euripides galeæ *Achillis*, imponit Sphynges monstrum uncinatum, prædam unguibus iuncatam auferentes, & leænam ignivomam. Virgilius l. 7. Æneid. in galea *Turni* collocat chimæram. Valerius Flaccus tigrides, qvæ bellatoris caput, & superiorem capitis partem horrificabant. Cæterùm etsi ars opificis, tales galeæ cristas repræsentabat truces, & horribiles, tamen animata virtus militis eas facit horribiliores, ac terribiliores. *Statius:* comunt furor iraq; cristas. *C. Pascal.* l. c. p. 717. f. *De galeis* prolixè jam laudatus author per aliqvot cap.

XXXII. *Pilæ vitreæ, in balneis lusus.*

Marc. Welserus in Monument. Augustan. Vindel. p. 243. hac de re sic: Corollarii vicem Sermoni, qui â thermis cæpit, non negabo, versus aliquot concinnos, festivos, scitos totos, inscriptos marmori, ante annum unum aut alterum Romæ ad D. Petri effosso, qui inprimis lucem inferent balneari exercitationi, â paucis scriptorum memoratæ, â nullo lectorum ante hac intellectæ: Indicium Ab. Ortelio debeo.

VRSVS TOGATVS VITREA QVI PRIMVS PILA
LVSI DECENTER CVM MEIS LVSORIBVS
LAVDANTE POPVLO MAXIMIS CLAMORIBVS
THERMIS TRAIANI THERMIS AGRIPPAE ET TITI
MVLTVM ET NERONIS SI TAMEN MIHI CREDITIS
EGO SVM OVANTES CONVENITE PILICREPI
STATVAMQVE AMICI FLORIBVS VIOLIS ROSIS
FOLIOQVE MVLTO ADQVE VNGVENTO MARCIDO
ONERATE AMANTES ET MERVM PROFVNDITE
NIGRVM FALERNVM AVT SETINVM AVT CÆCVBVM
VIVO AC VOLENTI DE APOTHECA DOMINICA
VRSVMQVE CANITE VOCE CONCORDI SENEM
HILAREM IOCOSVM PILICREPVM SCHOLASTICVM
QVI VICIT OMNES ANTECESSORES SVOS
SENSV DECORE ADQVE ARTE SVPTILISSIMA
NVNC VERA VERSV VERBA DICAMVS SENES
SVM VICTVS IPSE FATEOR A TER CONSVLE

TERO

VERO PATRONO NEC SEMEL SED SÆPIVS CVIVS NVNC LIBENTER DICOR EXORDIARIVS.

Jam nihil planius Senecæ Ep. 56. verbis, qvæ hactenus varias mangonum artes frustra experta, *si verò pilicrepus supervenerit, & numerare cœperit pilas*, qvotqvot excidissent crepitassentq; scilicet. item Statii, *Sylv. lib.* 1.

> *Quid nunc strata solo referam tabulata, crepantes*
> *Auditura pilas.* —— ——

Seqvitur *hypocausti descriptio*, exercitationis locus, qvod scio quam levè accipere soliti interpretes, neq; miror aut indignor, sine enim lapide Romano fuisset, cui in mentem pila vitrea venisset unqvam? *Vide huc Lipsium qvi sic*: Ergo ad pilas lusorias hoc referendum: non cum Cælio, aliisq; ad pilas fornacarias, id est glomos qvosdam pice illitos, qvos in hypocausta conjiciebant, igni alendo. Certum autem, pilas crepare ac sonitum edere, cum datatim luditur, & decidunt: maxime in tabulatis, quibus tunc ludebant. Statius:

> *Quid nunc strata solo referam tabulata, crepantes*
> *Auditura pilas? ubi lanquidus ignis inerrat*
> *Ædibus, & tenuem volvunt hypocausta vaporem.*

Neq; enim ad pilas illas fornacarias hæc eunt. Sed tantum ostendit, ubi tabulata illa fuerint, nempe adsita hypocausto. Plinius lib. 5. in sua villa, *Apodyterio superponit sphæristerium.* At bella etiam interpretatio (qvid aliter ab optimo, & doctissimo, elegantissimo viro? quem ego inter amicos unice amo æstimoq;) Marci Velseri, qui ex lapide jam dicto observat, *pila vitrea* Romanos lusitasse: quæ certe lapsæ crepabant, & dissiliebant. initium lapidis:

VRSVS TOGATVS VITREA &c.

Sed an ad Senecam nunc ista, hæreo: quia Ursus *primum* se lusisse dicit: & quidem in Thermis Trajani. Ergo post Senecæ ævum hæc inventio, & inter novitias fuit. Observa tamen inibi, thermis & balneis (ut hic) lusisse.

XXXIII.

XXXIII. Inscriptio deliciosa.

M*Arcus Welser*. l. c. *p.* 258. hanc notabilem habet inscriptionem, subjungens ἐπίκρισιν.

D. M.
PORTITORI. PLVTO
NI. ET. PROSERPIN
HAVE. IVLIA. C. FIL
MAXIMA. FELIX. DOM.
TROMENT. SALON
ANIMVLA. DVLCIS
ANIMVLA. SVAVIS
ANIMVLA. IND EORVM
NVMERVM. RECEPTA
VNDE. TALE. QVANDO
TALE. ET. CVI. TALEM
V. A. LIX. MEN. VI. D. XII
HOR. NOC. IX. T. SCRI
BONIVS. BARBVLA
CONIVGI. INCON
PARABILI. B. M. P. C.
ET. INFRASCRIPTIS
VV. C. ARRIO. MARIN

Inscriptio tota nectarea, sed mollissimæ deliciæ ridiculè in animulam sexagenariam impensæ. *Unde tale, quando tale* quidquam unquam ortum, & *cui talem* conjugem habere contigit? Horatium de Augusto in memoriam revocat. *lib. 2. ep. 1.*

Nil oriturum alias, nil ortum tale

Scribonia gens, Romæ plebeja, imaginibus illustris, ex quâ Augusto aliquando uxor.

XXXIV. Romanæ Ecclesiæ sacra gentilium dogmatis conformata.

Deducit hos multis *Polydorus Vergil. libb. de Invent.* & *noster D. Nicol. Hunn. Apostas. Romanæ Ecclesiæ.* Nec (ut alios taceam) diffitetur hoc *Jacobus Hugo Can. Theol. Belg. Insul. in Historia sua Romana Romæ 1657.* cujus assertio

in promulside ad lectorem p. 1. est: *Prophanis gentilium dogmatis, sacra mysteria confirmanda esse*, idq; probare præsumit ex Testimoniis quorundam, Pp. *Sed* ex inspectione patebit, Pp. statuere: Ethnicos multa è scripturis Sacris hausisse, & plagiarios hos ineptè nugis suis accommodasse, quare vindicanda. Verùm Pp. docuisse, ex sacris gentilium confirmanda esse Christiana dogmata, ne Argus quidem inveniat. Laboriosus nihilominus est Hugo *cap.12.* Janum primum Italiæ colonum præfigurasse Pontificem R. Jani nomen, mensis. festivitas, nævi, geminum caput, baculus, claves, officium, Janiculum, Regia in Vaticano loca Romę Jano dedicata, Janitoris cœli in urbem adventum, primatū & Cathedram fundandam Romæ prædicebant. Ab hoc templa consecrata, altaria erecta, sacrificia instituta, Magistratuum sacra ordinatio, Patria, Apotheosis, aqua sulphurea idem demonstrabant *Cap. 13.* Æneam Troja profugum D. Petrum esse (asserit idem Hugo.) Æneæ genus atqve prosapia Petro accommodatur *cap. 14.* Per Ilium S. Trojam sacram, Solimæ urbem describi, Æliam quasi Ilium. *cap. 15.* Tota Ilias Homeri & fabulæ de Bello Trojano ordine temporis de Solyma narrantur; Iliados fabulas, Evangelium Christi, vitam, ac mortem, & quæ hanc secuta exponi. *cap. 16.* Acta Apostolorum eadem Iliade Homeri atque Historia de bello Trojano, plenius contineri *cap. 17.* Bellum Judaicum, cum supremo excidio Solymæ à Josepho relatum, iisdem fabulis de Ilio & Troja esse comprehensum. *cap. 18.* Navigatione Æneæ, Cathedram Antiochenam, nec non iter Petri in Latium, & Romam clarissimè prædici. *cap. 19.* Æneide rursum & Navigatione Æneæ, sicut Odyssea, cursum navis Petri (Ecclesiæ,) describi. *cap. 20.* Adversos casus navis Ecclesiæ, eadem Æneide, atque Odyssea esse præmonstratos *cap. 20.* Æneæ in Latium adventus multifariam prædictus nec non longa bella ob Laviniæ nuptias, eundem Æneam Petrum esse clamitant. *cap. 22.* Trojani ad extremum cum Latinis in Latio permixti & Æneæ pietas, templa, sacra, ritus, mors, apotheosis, Petrum esse Æneam apertè confirmant, *cap. 23.* Historiam Lauretanæ Domus, à dictis fabulis ante Christum natum prædictam monstratur *cap. 24.* Per Romulum & Remum Urbis Conditores, *Apostolos* Petrum atq; Paulum,

Romanæ Ecclesiæ (non Urbis,)authores prædictos, &c. Si hæc omnia prævidit Gentilitas, quis non dicat fuisse Prophetas! *Cap.24.* Hugo nil nisi portenta. Per Virbium ab inferis excitatum, Christum intelligit. *Virbium nemo non Christum dixerit*, qui quod à morte olim redivivus, *bis vir seu Virbius* hic agnominetur. Illum enim Virbium sic latentem JESUS, " antiquorum Theseus, tanquam Pater quidam progenuit, quando " Eucharistiam sacram instituit. Quod verò illum *Apostoli* tanquam " equi quidam à Neptuno seu Pneptuno Spiritus S. incitati sacrificiis " suis in varias orbis partes distraxerint, & in plures hostias, sive hosti- " arum etiam particulas solutus Hyppolytus dicitur. Per *Dianam* Trinitatem significari p.265. *Per Curtium eqvitem in lacu absorptum*, Mariam Virginem, cujus Templum inforo Romano ibidem visitur, cum inscriptione: *D. Virginis Templum à pœnis inferni liberantis.* Addit Hugo: *Isthic Draco innumeros cives adhuc idololatras, pestifero halitu enecavit: ob eum placandum Vestales Virgines in ejus specum cibos conjiciebant & de sacrificio insuper illi offerendo deliberatum est. Qvam superstitionem non ferens Sylvester Pap. ad Draconis antrum & foveam cum clero descendens eidem fauces obligavit, & foveam illam pestiferam obstruxit.* Per *Cæculum* intelligit Hugo, Petrum. *Perseum*, qvi tot mortales in petram commutavit, Christum esse dicit p. 273. *Vide eundem ibid. pluribus. Sic Volcanalium dies*, ubi populus pro se in ignem animal mittebant, & celebrabantur 23. August. per octiduum. *Varro* l.5. de L.L. occasionem dedisse Octavis in Papatu, usitatis, fatetur *Sertorius Ursatus Eqves, de not. Romanis Comment, p. 445. Gisbert. Cuper l. 2. observat c.5.* in X. Kalend. Sept. rejicit.

XXXV. *Fontes præ foribus Ecclesiæ.*

Fontes præ foribus Ecclesiæ exstrui solitos, in qvibus ingressuri Fideles faciem, manusq; abluerent, asserit *Clemens l.8. constit. c. 58. Tertullian. de oration. c.11. Euseb. HE. l.10. c.4. Paulinus ep.12. ad Severum. Crysostom. homil. 72. in Joh.* Opportuni erant illi præ foribus Ecclesiarum constituti fontes, præsertim viris communicaturis, ut manus lavarent, qvibus Sacramentum excepturi erant. Ideò etiam admonet *Augustin. Serm.* 152. de Tempore. ut viri manus abluant priusquam ad Sacram Cœnam accedunt. Jllam enim fœminæ non nuda manu, sed linteo, quod *Dominicale* dicebatur, excipiebant. ideoq; non erat eis neces-

se manus abluere *Johann Cabassut. Notit. Concil. Eccles. p. 361.* succedentibus seculis usibus erant illis, qui Missarum solennia celebrarent, ut scilicet manus abluerent. Insignem certè efficaciam & virtutem huic aqvæ attribuit Victor III. Papa, qvi lib. I. Dialog. p. 12. Paris. 1666. de Alexandro II. Papa refert: *Cum quodam tempore Pontifex hic febre correptus graviter ægrotasset, & qvotidie langvore crescente vehemenius fatigaretur, repentè ei ad memoriam rediit, qvod fama vulgante de prædicto servo DEI sæpius audierat* (intellige Johann. Presbyter. Casinens.) *qvod videlicet qvicunq; febre detentus*, hausisset ex aqva, qvæ de manibus ipsius defluebat, dum post Missarum solennia ablueretur, mox recepta sanitate liberaretur. *Latenter igitur misit, qvi sibi ex illa aqva aliqvantulum afferre debuissent; Cumq; hi qvi missi fuerant, aqvam qvam postulaverat, attulissent, mox ebibit*, atq; ita repente sanitati pristinæ restitutus est, *ut nulla in eo langvoris illius indicia remanerent.* In qvæ verba *Johann. Baptista Marus Romanus*:
,,Referrur etiam hoc miraculum à Leone Ostiens. l. 2. c. 92. & à Baron. ann. 270.
,,n. 22. In Græca etiam natione elucet ista pietas bibendi aqvam, qva sacerdos
,,post Missarum solemnia manus suas abluit, ad varias ægritudines repellendas,
,, testatur eruditissimus Leo Allatius l. de quorundam Græcor. opinat. n. 6.
Verùm inqvirenti, nil tale apparet *in Jacob. Goar. Eucholog. Græcorũ*, qui tamen *αὐτόπτης* fuit rerum Græcanicarum. Nil tale *in Petri Arcudii libb. 7. de Concordia Ecclesiæ Occidental. & Oriental.* Nil tale in *Chrstophori Angeli stat. & rit. Eccles. Græc.* Scatent libb. III. Dialogor. Victor. III. ejusmodi miraculis. *Agundia* Sanctimonialis animam Stephani Venetici instar columnæ igneæ cœlum petere videt. p. 48. *Angeli* cantant ante consecrationem Leonis X. p. 86. *S. Benedictus* multos à dæmonibus liberat. p. 58. *Atto Comes* ad sepulchrum Rayneri Monachi profectus valetudinem recipit p. 74. *SS. Frontosius*, & socii Martyres super aqvas præcisa capp. gestantes, gradiuntur. p. 5. *S. Hyacinthus* expanso super aqvas pallio flumen trajicit. p. 5. mutus ad sepulchrum S. Leonis IX. orans lingvæ usum obtinet. p. 93. *Ursus* Johanni Abbati cum eremitâ mensæ accumbenti favum mellis in prandium affert. 40.

XXXVI. Evocati qvid? ubi etiam de Notis Romanorum.

EVocati ut notum ex *Dione*, erant milites, scilicet honoratioris loci, qui confectis jam stipendiis dimissi, ad militiam evocabantur à Principe. Horum mentio, fit in vetustis inscriptionibus, EVOK. AUG. id est *Evocatus Augusti. Vales. A. E. p. 50.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

De Notis Romanorum scripserunt *Valer. Probus Grammaticus*, quem *Sertorius Ursatus* putat fuisse Christianum, aut certè Christianorum monumenta perlustrasse *Comment. de Not. Roman. p. 22. b.* Scripserunt præterea de hac materia, & *Terentius Scaurus, Velius Longus & Petrus Diaconus* sub Conrado I. Imperatore. *Barnab. Brissonius.* Laudabilem verò operam nuper navavit *Sertorius Ursatus Commentar. in Not. R. prodit Patav. 1672.* ex qvo hæc pro nunc cape.

AN Θ XVI. *Anno defunctus sextodecimo.* Ita in sepulchralibus aliquando. Θ Theta nigra litera ab antiqvis vocabatur, aut pro signo mortis, defuncti militis nomini apponebatur, ut & illis etiam, qui ad mortem damnati: *Vetus Scholiastes* ad illud Persii Sat. 4.

Et potis es nigrum vitio præfigere Theta, habet: *Judices literam Theta apponunt ad eorum* nomina, qvos supplicio afficiunt. Meritò θῆτα ἀπὸ τοῦ θανάτου, eo quod quasi habeat telum suum, ideoq; triste intelligitur, vel mortis signum: unde qvidam ait:

O multum ante alias infelix litera Theta. *Vide Meisner. de Stigmat.*

Q. V. A. III. M. II. Qvi vixit Annos tres, menses duos. Annorum, mensium, dierum, imò & horarum spatia sæpissimè in defunctorum puerorum saxis sculpserunt antiqui, ut quò immaturius decessissent, eò pietatem, juxta, ac mœrorem in prætereuntium animis excitarent *Ursat. p. 390. l. c.*

Q. ST. D. F. Qvando Stercus Delatum Fas. Dies qui vocatur, qvando stercus Delatum Fas, ab eo appellatus, qvod eo die, ex æde Vestæ stercus everritur, & per Capitolinum Clivum in lacum defertur certum. Ita Varro LL l. 5. *hoc est in Tyberim.* Fœtidæ hujus solennitatis dies qvalis fuerit, indicat Festus his verbis: *Stercus ex æde Vestæ XVII. Kalend. Jul. defertur in angiportum, qvi locus clauditur porta stercoraria; tantæ sanctitatis majores nostri esse* indicârunt. *S Ursat. p. 389.*

NUMERARIUS MILES erat, cujus munus, in libros referre, qui singulis diebus excubassent, vel alia munia obiissent, ut scirent, qvi debebant succedere *Ursat p 329.*

HASTA PVR. II. Hastis Puris Duabus. Hastæ donabantur à Romanis Impp. illis, qui hostem percusserant; neq; tamen in legitima, & tantum communi pugna; sed si qvis extra ordinem aut in singulari pugna ejusmodi facinus patrasset, ut ex *Polybio l 6. Megal. cap. 37. p. 672. edit Amstelod. notat Lips de milit. Roman. l. 4. Dial. 17.* Puræ hastæ dicebantur; quia sine ferro. Virgil. Æneid.

Ille, vides, pura iuvenis, qui nititur hasta.

Servius notat, hæc inter militaria præmia non postrema fuere; ideò monumentis militum, quot puras hastas meruissent, insculptum frequenter. *Ursat. in not. Rom. p. 203. Confer. Francisci Boselli. Amaltheum Medico-Politicum Patav. excus. 1665. p. 651.*

NON LIQVET. In ferendis judiciis Romani 3. tabulas in usu habebant. 1. A insculpt. absolutionem denotabat, altera C signata damnationis sententiam ferebat, tertia quæ N.L. scilicet *Non liqvet*, protrahendi judicium erat, quia *Non liqvet*, nec absolvendi, nec cōdemnandi, sed ampliandi signum erat. *Asconius in Verrinam. Ursat. l. c. p. 333.*

PRI. STIP. H.S.E. Primo Stipendio His Situs Est. In militaribus cippis qua dicendi formula dicebatur, militem primo militiæ anno defecisse. *Ursat. c. l p. 370.*

SILENTIUM *Ursatus ex Pierio hæc notat.* Jam apud Romanos Silentii nota fuit S. prima ejus nominis litera, quæ tricliniis, & diætarum foribus superponi consveverat, ut inde silentium Conviviis indiceretur, qvando multa inter bibendum dici soleant licentius, atq; liberius, qvæ palam efferre nefas. p. 401. Ipso *Concionum initio* manu silentium olim factum à Concionatoribus, docet *Franc. Bernard. Ferrarius de Concion. Sacris l. 1. c. 13. 14.*

R.R.R. T. S. D.D. R.R.R. F.F.E.F. Romulo Regnante, Roma Triumphante Sibylla Delphica Dixit Regnum Romæ Ruet, Ferræ Flamma Fame Frigore *Ursat. Comment. in Not. Roman*: ex Probo & Manutio.

XXXVII. Formula proponatur.

SOlebant Imperatores, qvoties aliqvam Constitutionem ad omnium notitiam pervenire vellent, sua manu adscribere *proponatur*; ut discimus ex Novellis aliqvot Valentiniani & Majoriani, & ex Epistola 51. Juliani Aug. ad Alexandrinos, in cujus calce scriptum est: προτεθήτω τοῖς ἡμετέροις πολίταις Ἀλεξανδρεῦσι, *Vales. A. E.* p. 67. a. Præstare id non poterat *Justinus* in Oriente Imperator, qui ne nomen scribere noverat. Itaq; ut sanctionibꝰ subscriberet, hoc ex cogitatum est. Tabellæ ligneæ forma quatuor literarū JUST. incisæ sunt, per quas calamum encausto tinctum Justinus, ministro manum regente ducebat, ut ait Procopius in Anc. qvi idem etiam docet *Theodericum* ἀγράμματον fuisse lib. 1. Goth. *Vid. Vales. Not in excerpt Author. ignot. p. 52.* Conf. *Petr. Maria Canaparius de atramentis. Londini 1660. p. 254 seq.*

XXXVIII. Formula ἐπιγινώσκετε ἀλλήλους.

OLim in Ecclesia fidelibus ad sacram Mensam accedentibus Diaconus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

nus sæpius hac formula inclamare solebat, ne qvis scilicet profanus, aut Judæus ad Sacramentum Altaris accederet, ut docet Chrysostomus ap. *Vales. A.E.* pag. 68. a. Tale qvid innuit *canon 1. Concil. Nannetens. qvi & ab Ivone citatur Decret. Part 2. c. 122.* Ut Dominicis & festis diebus" Presbyteri ante quàm Missam celebrent, plebem interrogent, si alterius Paro-" chianus in Ecclesia sit, qvi proprio contempto presbytero, ibi Missam velit" audire. Qvem si invenerint, statim ex Ecclesia abjiciant & ad suam Paro-" chiam redire compellant Similiter interrogent, si aliqui discordantes sint," qui inter se litem implacabilem habeant; & si inventi fuerint, statim recon-" cilientur. Quod si renuerint pacem suscipere ab Ecclesia rejiciantur, usqve-" quo ad charitatem redeant. Non enim possumus munus, vel oblationem ad" altare offerre, donec prius fratri reconciliemur (Matth 5.) His ita peractis, Sa-" cerdotes Missarum solennia ritè peragant. Huic consentit canon 31. Arela-" tens. Concil II. Hi qui publicis inter se odiis exardescunt, ab Ecclesiasticis" conventibus sunt removendi, donec ad pacem recurrant. *Johann. Cabassutius Notit. Concil. Eccles. p 322. seq.*

XXXIX. Nasi aqvilini Forma.

NAsi Aqvilini forma magnis heroibus propria, certe non aliud notat, nisi, teste Philosopho, *insignem prudentiã*, atq; rarum rerum publicarum dextrè & circumspectè gerendarum præsidium; quo à malo bonum, dextrum à sinistro, prosperum ab adversis separatur, atq; quid obfuturum quid profuturum in Regiis magni momenti expeditionibus, quàm æqua maturi judicii trutina singula ponderanda expendendaq; sint, præscribitur. *Kirch. Archetyp. Polit. Princ. Christ. p. 13. Vid. Voss. Theol. Gentil.* l. 3 p. 1146 edit. 4°. *Cæl. Rodig.* l. 8. c. 2. de Cyro Persarum Rege. *Nasum hieroglyphicum judicii esse*, docet *Baron.* T. 2. ad ann. 173. n. 38. *In Naribus*, magna vel iræ vel lenitatis significatio. *Iræ*, 2. Reg. 22. 9. Job. 39. 22. *Lenitatis* est narium latitudo & facilitas respirationis. Hinc DEUM Prophetæ ארך אפים in *latis naribus*, pro quo Vulgat *Longanimis*. Applicabant ramum ad Nares, certà vani cultus ceremonia ad ortum Solis adorantes, qvasi odoris svavitatem Soli tribuentes. *Ezech.* 8. 17. *Arias Montan. in Jerem. s. de actione c. 683. T. VIII. Bibl. Critic.*

XL. Hospitalitas Ecclesiæ Antiochenæ.

D. Johannes Chrysostomus in Homilia 67. in Matthæum, ait Ecclesiam Antiochenam sua ætate, tametsi mediocres reditus possideret, plusqvam tria

millia

millia viduarum & virginum aluisse quotidie, præter hospites, leprosos & vinctos: præter clericos, quibus vestem ac cibaria suppeditabat. *Vales. A. E. p. 134.* Vide multis *Jac. Thomasin. de Tesseris Hospitalitat.*

XLI. ὁλόγραφον.

JUrisConsulti ὁλόγραφον vocant testamentum, qvod testatoris manu perscriptum est, non autem sola subscriptione firmatum. Eodem modo Eusebius ὁλογράφους ἐπισημειώσεις vocat, notationes manu ipsius Origenis præfixas aut subjunctas singulis tomis. Solebant enim auctores vel initio vel in fine librorum suorum qvædam sua manu adnotare. Talis est illa σημείωσις Irenæi, qvam in fine librorum suorum adscripserat, teste Eusebio suprà lib. 5. cap. 29. Ejusdem generis est adnotatio illa, qvæ legitur in fine procatechesis Cyrilli, quæ, meo qvidem judicio, meliꝰ adscriberetur ante primæ Catechesis initium. ὁλόγραφοι igitur hoc loco idem sunt qvod ἰδιόγραφοι. Sic apud Hilarium in fragmento de Synodis: *Exemplum Epistolæ qva Athanasium reum non esse, holographa manu Valens scripsit, & Ursacius subscripsit. Vales. A. E. p. 125. a.*

XLII. Lapsi non nisi populi suffragio recepti.

EUsebius l. 6. c. 44. de Serapione sene lapso, qui nullorum preces sollicitare poterat. Inde colligitur populi suffragium ad id fuisse necessarium, ut aliquis lapsus aut ob aliud crimen ab Ecclesiæ communione separatus in Ecclesiam reciperetur. Atq; interdum Episcopus ipse plebem rogabat, ut petenti pacem & communionem concedi pateretur, quemadmonum docet Cyprianus in Epist. 55. ad Cornelium. Sæpius autem plebs ipsa apud Episcopum intercedebat, ut pœnitentes ad communionem admitterentur. Cujus rei insigne habemus exemplum in Epistola Cornelii Papæ ad Fabianum Antiochenum, de Episcopo illo, qui Novatianum ordinaverat: ᾧ καὶ αὐτῷ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ, ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθέντος παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ. Cyprianus in Epistola 59. *Qvæ res nos satis movit, recessum esse à decreti nostri auctoritate, ut ante legitimum & plenum tempus satisfactionis, & sine petitu & conscientia plebis, nulla infirmitate urgente ac necessitate cogente, pax ei concederetur.* Cornelius in Epistola ad Cyprianum. *Cæteros cum ingenti populi suffragio recepimus.* Valesius A. E. p. 137. a. *Vid. Justell. Cod. Canon.* & dissert. *meā Histor. Theol.* §. 229. *seq.*

XLIII. Justi:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

XLIII. Justitia sine capite pingebatur.

INauditum ferè est, & tamen pulcherrimum qvod *Alexander Aphrodisæus* scribit, Justitiam ab Ægyptijs sine capite pingi solitam, per manum sinistram porrecta palma discapedinatam: qvoniam sinistra genuina pigritia nulla calliditate prædita, æqvitati aptior qvam dextra videtur. Collocatur autem inter Leonem & Libram, qvia justum judicem intrepido & forti animo esse oportet, ut nullius minis, aut precibus ab æqvo & bono dimoveatur: eundemq; decet crimina omnium atq; merita ad lancem discutere & ponderare, ut cuiq; qvod meritus est, tribuat. Caput verò ei non tam ademisse mihi videntur, qvam inter sidera occultasse; ut indicarent â judice neminem videri debere: unde Athenis in Areopago, rei velato capite caussam dicere jubebantur, ne judicum affectus movere possent: condit ergo caput inter sidera, SOLUM DEUM intuens, & ideo â nobis cerni non potest: debet enim judicis mens ad extremum usq;, donec sententia sit lata, occulta esse, ne qva fraus strui possit. *Johannes Pierius in Hieroglyph: pag* 635. Laudem meretur Carol M. referente *Joh. Baptist. Maro in not. ad Petri Diaconi Libell. de Viris Illustrib. Casin. Paris.* 1666. *pag.* 12. Quum n. Paulus Diaconus Aqvilejensis, Cognomento Winfrid, postcaptam Papiam Regi Carolo admodum carus esset, ac nõ multò post apud eundemRegem accusatus esset ab invidis, qvod eum propter fidelitatemDesiderii Domini sui voluisset occidere, fecit eum idẽ Rex coram se adduci: qvemcum interrogasset, utrum vera essent, qvæ super morte sua de eo dicerentur, constanter respondit: *Se pro certo Fidelissimum Domini sui fuisse & in eadem fidelitate cum vita perseverare.* Ad hæcRex subitò ira accensus præcepit eum manibus sine mora privari, sed mox in se reversus & reminiscens sagacitatis ejus atq; prudentiæ suspirans, ait: *Et si ejus manus abscindimus, ubi tam elegantem Scriptorem inveniemus?* & ait proceribus assistentibus sibi: *Dicite, qvid super hoc vobis videtur,* at illi: *Jubete ut ei eruantur oculi, ne aliqvando aliqvas alicui contra vos literas dirigat.* Et ubi vel qvando, *ait Rex,* tam insignem Historiographum aut Poëtam invenire valebimus? Illi verò videntes circa illum Regis compassionem ac benevolentiam, Svaserunt tandem, ut in Diomedis insulam deportaretur. &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

XLIV. Ægyptiorum sacra plerisq; irrisa.

Ciceronem audiamus *lib.* 1. *de Nat. Deor. Tuscu.* 5. qvi Ægyptiorum in hoc genere dementiam, *Ægyptiorum imbutas mentes pravitatis erroribus* Ægyptiorum superstitiones, cum stomacho, & risu non semel recensuit. Juvenalis non magis acriter, qvam vere cecinit.

Qvis nescit, Volusi Bithynice, qvalia demens
Ægyptus portenta colat?

Qvid Græci senserint exponent nobis *Ælianus, & Max. Tyrius.* Ille Ægyptiorum cultum multiplici, & vario risu exceptum tradit: Hic detestatur Ægyptiorum Numinum λατρείαν, qvod illorum sit ἀγγυνὴς ἢ ἡ θεραπεία αἰχρὰ ἢ ἡ τιμή. Plutarchus ipse, qvi elegantissimo libello conolamatam superstitionem in vitam revocare conatus est, veritatis fidiculis tortus, negare non potuit, totam penè hujus modi sacrorum rationem sannis, & irrisioni objectam fuisse; & sane qvis â risu abstinuisset? colebant enim bestias ferè omnes, qvas portentorum mater Ægyptus alebat. In his & serpentes, & Dracunculos, qvos illi Agathodæmonas vocabant. Hæc sacra (ut ipsi dicebant) animalia eo studio venerabantur, ut cum admiratione dixerit Cicero, *firmiores apud Ægyptios opiniones esse de bestiis qvibusdam qvam apud Romanos de sanctissimis Templis, & simulacbris Deorum.* Lib. 1. De Nat. Deor: ita prorsus, & sine amplificatione fuit: Canem, Accipitrem, Felem, Jbin, Crocodilum & alia hujus modi si qvis violasset, capite plectebatur. Cujus rei præter alia sexcenta extat illustre testimonium Moysis, in Ægypto sacrificare detrectantis; *qvod si* (in qvit.) *mactaverimus ea, qva colunt Ægyptij coram eis, lapidibus nos obruent. Exod: cap.* 8. Et hoc fundamento nitebatur justa & lègitima Josephi contra Apionem ratiocinatio: *Orbem Terrarum si Ægyptiorum sacra suscepisset, brevi bestiarum plenum inanem hominum futurum Lib.* 2. Conabantur qvidem ipsi velamento mysteriorum insaniam obtegere, dicentes (ut ridicule Porphyrius philosophatur) divinitatem non per hominem tantum, sed & per omnia animalia pertransivisse. *Lib.* 4. *de abstinent. ab esu carn.* IV. Georg.

— — DEUM namq; ire per omnes
Terrasq;, tractusq; maris cælumq; profundum.

Digna utiq; res, qvam & Lucianus in Hermotimo rideat, & alibi non semel insectetur. Ut hinc seqvi videatur,

Por-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Porrum & cæpe nefas violare. & frangere morsu.

Iuvenal sat. 15.

Ita ut exclamare libeat

O sanctas gentes, qvibus hæc nascuntur in hortis
Numina!

Laurentius Pignorius loc. cit. Mens. Jsiac pag. 4. 5. 6. Jdem ipse L. Pignorius p. 13. Ægyptiorum Deorum simulacra ideò gracilia fuisse scribit, qvod innuere vellent, Dei naturam Spiritu, non corpore constare.

XLV. Baculi in Æde Jsidis.

SCeptra baculosve, qvos & à lateribus, & in basi conspicimus, Artapani testimonium insignivit. Is enim apud *Eusebium* refert, cum Tellus â Moyse baculo icta, Muscas, Ranas, Locustas, & alia hujusmodi fastidia protulisset, consvevisse Ægyptios in templo Isidis, qvæ Terra foret, *Baculum*, cultus, & memoriæ gratia collocare. Hæc apud Pierium pessime descripta sunt, abijs forsan, qvi Autographa non capiebant. *Laur. Pign. loc. Cit. p* 44.

XLVI. Pelles injectæ sedibus.

PEllibus potissimum usos fuisse Veteres, qvibus sedes insternerentur Heroicis præsertim temporibus memorant vates; qvorum summus Æn. 8. vers. 178.

Præcipuumq; toro, & villosi pelle leonis
Accipit Æneam, solioq; invitat acerno.

Ubi vetus, ac perdoctus interpres *Donatus* monet. *qvod hujus modi tapetes*, & stragulæ vestes è pelle heroibus decoræ tunc judicabantur, *Nonn. Diony.* 16. stragulam describens δέρματα παρδαλέων πολυδαίδαλα, *Varias pardalium pelles.* Homerus 1. Odyss. procos in Domum Ulyssis â Penelope exceptos, sedentes facit ἐν ῥινοῖσι βοῶν *in boum corijs.* De hoc pellium usu qvædam protulit Doctiss. *Brisson.* 2. de Regno Pers. Addo de Romanis ex Festo, *in pelle lanata nova nupta considere solet, vel propter morem vetustum, &c.* Servius Danielis *Sellas duas jugatas ovili pelle superinjecta poni ejus ovis, qvæ hostia fuisset: Et flaminica residerent.* Ad Vatem Latin. Æneid. 4. 38. Nota nuptiale mysterium, & qvas vocat Servius *Sellas duas jugatas*, perinde ac *Bisellium*; vel duas sellas junctas. Atq; has eqvidem ferarum, & animalium exuvias stragulorum more explicatas, & oppansas fuisse non ambigerem, ut poni, &

amoveri possent, plicari, componi, recondi. Odysſ. T. Ευρυνόμη φέρε δή δίφρον καί κῶας ἐπ' αὐτȣ͂. Latinè ita: *Eurynome affer ſellam, & pelles ſuper eam.* Et addo alium P. Κώεα καςορνῦσα θρόνοις ἐπὶ δαιδαλέωσι.

Pellem ſternens ſuper pedibus artificioſis.

Utrobiq; Κώεα, h. e. pelles ovis nominat; qvanqvam non diſplicet pœtica Synecdoche, *pellem pro puluillis* concinnatis, & conſutis accipere, qvod magis decorum, & commodum. An potius Schemate, qvod Græci ἐν διὰ δυοῖν, idem ſit δίφρον, Καὶ κῶας. ac ſellam pelliceam, vel coriaceam. At in altero verſu Κώεα Καςορνῦσα, omnino videtur disjuncta pellis, ac ſellæ injicienda. Eqvidem ſimplicisſima hæc ratio inſternendi, & priſcis mortalium opibus, qvin etiam arti, & induſtriæ accommodata, terginas pecudum, aut ferarum exuvias ſedendo, recumbendo premere: Mollis qvoq; , ac nitida, & ferens ætatem ea ſtratura. Paulatim factum deinceps, ut ſedibus eæ pelles affigerentur ad uſum, asſiduum, ac diuturnum clavis adactæ: Pars autem ipſa, in qva propriè ſedemus (ſedile, aut qvadratum diximus.) injectis pilis, conferta ſtuppa, congeſto tomento, jugiter ſtrata, vorſa, ac follicans perpetui vicem pulvini præberet. Reperio itidem apud Homërum clavis exornatas ac diſtinctas priſcorum ſellas: qvos argenteos memorat, ut Odyſſ. θ. verſ. 67.

Τῷ δ' ἄρα ποντόνοος θῆκε θρόνον ἀργυρόηλον

Huic Pontonous poſuit ſedem argenteis clavis.

Ornatam. Verbum verbo redderem *Argenticlavatam.* & K. verſ. 314. & H. 162.

— — ἐπὶ θρόνȣ ἀργυροήλȣ

In ſede argenteis clavis ſuffixa.

Bullis, ſeu clavis hisce capitatis (nobis Borchie) è fuſili, aut ductili metallo ſumptuoſi operis ad exqviſitum luxus ingenium hodie utimur. Sed hæc obiter de clavis. *Valer Chimentellius Marmor. Piſan. ſ. ac Honore Biſellij Bononiæ 1666 edit. pag. 168 & 169.*

XLVII. Piſcium venditoribus ſedere vetitum.

VIri in foro, aut alibi publicè mercimonia vendentes, non tantum fœminæ, qvæ pudorem, ac pudicitiam, ſellarum uſi præſidio. Hinc novi fœderis paginâ ap. D. Matth. cap. 21. Chriſtus Dominus, *Cathedras vendentium columbas evertit.* Scio hæc verba

verba ad mysticum sensum trahi ab antiqvis patribus Hieronymo & Ambrosio: neq; tamen diffitendum & suas fuisse sedeculas, aut Cathedras in foro vendentibus; necessarium proinde minus est de Cathedris Doctorum in templo docentium interpretari, qvas columbarum venditores occuparint. V. Doctiss. Maldonatum. Fermè enim sellularij esse solent viliorum artium professores; multò autem magis sordentes propolæ, ac Dardanarij assidua mora opperientes licitatorem; qvod si standum jugiter illis foret, tædio, & lassitudine marcerent. Atq; hoc in Causa, cur Athenis vetitum, *ne piscium venditores sederent*: Ut eo pacto citius empturientes dimitterent, ac piscis tum foret recentior, *& mare saperet*, tum pretia minus intenderentur â piscarijs, qvos ea standi mora edomaret. Veteri Lege Aristonici id sancitum, qvam refert Alexis Comicus ap. Athen. Lib. 6. 2.

— — *Ne venderent sedentes*
Piscarij, perpetuo autem stantes.

Adi Ludovic. Nonn. de re cib. 3. 6. Val. *Chimentel. Marmor. Pisan. Bononiæ* 1666. *p.* 123. *&* 124.

XLVIII. Criticorum audacia in emendandis lapidibus veterum.

COhibenda potius, qvam nutrienda hæc mala prurigo, qvæ jam diu serpit saxeas literas prolubitu recudendi. Qvæ hæc audacia est plus, qvam ferrea, qvâ gratuiti qvidam Asclepiades medicas manus lapidibus admovent, qvos nec viderunt, nec tetigerunt? Ac si ulterius hic cancer proserpat, expecto, ut animosus qvisqvam Criticus variantes marmorum lectiones edat ad meliorum Codicum fidem; qvos non Vaticana, aut Medicea Bibliotheca, sed Paria, aut Lunensis Latomia saxeis benè instructa membranis præferat. Qvasi eqvidem pugillares lapideos præpetibus amanuensium notis impressos, eosq; multiplici exemplo descriptos apud se habuerint Veteres. Veteres inqvam, sed Opici, & Saxei, qvales Deucalion in aqvas dejecit, durum genus, nondum in hominum naturam, ac rationem reformatos. *Valer. Chimentel. loc. citat. p* 5.

XLIX. Imperatores in judicio non semper sedebant.

TIberius sané qvo rebus agendis foret intentior; judicij, justitiæq; fidem promptius specularetur, ac litigantium postularis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

vindex, & inſpector adeſſet; non pro tribunali, atq́; honeſtiſimo loco (qvi eſt medius in ea forma ſemirotunda) ſed aſſidebat *in cornu*, ut inqvit Tacit. lib 1. ann. qvod Svet. cap. 33. ita expresſit; *aſſidebatq́; vel ex adverſo in parte primori.* Si formam tribunalis ſpectamus, idem eſt in cornu, ac in parte primori ex adverſo Magiſtratus. —— Pergit Dio de Inperatore, *& aſſurrexit, & obviam iis venit.* Cæterum ab hac humanitatis laude commendatus *Claudius*, qvod ſtantibus diu in Curia ſenatoribus, ipſe qvoq́; asſurgeret; cum alioqvin propter infirmitates corporis tremorem capitis, & manuum excuſatus ſederet, eodem teſte Dione 665. & 673. *De Tiberio* Tacit. ſupra laudatus. Judicijs aſſidebat in cornu Tribunalis, ne Prætorem Curuli depelleret. Non Conſulibus, aut in Curia; ſed cuiq́; Prætori in ſuo dicaſterio hanc moderationem exhibebat Tiberius, neq́; Curuli moveri premittebar Prætorem. Qvare Dio lib. 57. de eodem Principe ἐκείνȣς μὲν ἐν τῇ ἑ αὐτῶν χώρᾳ καθῆσθαι εἴα. *Eos* (Magiſtratus) *ſuo qvemq́; loco ſedere ſinebat.* Sed & Conſulibus aſſurgebat eodem Dione referente 57. p 609. τȣ̀ς τε ἀεὶ ἄρχοντας ὡς ἐν δημοκρατίᾳ ἐτίμα, καὶ τοῖς ὑπάτοις καὶ ὑπανίςατο. *Magiſtratus, ac ſi in Democratia honorabat, & Conſulibus qvoq́; aſſurgebat.* Suet. 32. in vita. *Cum palam eſſet ipſum qvoq́; eiſdem* (Conſulibus) *aſſurgere, & decedere via.* Formula, qva Princeps Conſulem ſalutabat, dum obviam procederet, *Ave Conſul ampliſsime*, ut ex Mamertini panegyrico edocemur. Comitas hæc *Adriani* in Servianum memoratur qvod Sedem, aut qvidvis aliud relinqvens *venienti de cubili ſemper occurreret.* Spart. Adriano cap. 8. De *Auguſto* Suet. cap. 53. Die Senatus nunqvam Patres, niſi in curia ſalutavit, & qvidem ſedentes, ac nominatim ſingulos, nullo ſubmonente: Et diſcedens eo modo ſedentibus ſingulis vale dicebat. Contra namq́, parens *Julius* publici odij molem in ſe pertraxit, eandemq́; maturavit, qvoniam hæc civilitatis benigniq́; animi æqvalitatem neglexerit, cum in veſtibulo templi Veneris ſedens accedentibus Senatoribus neqvaqvam aſſurrexiſſet. Nonnulli tamen eum purgare conati ſunt, qvod ventris profluvio laboraſſet, veritusq́; ne inter aſſurgendum alvum dejiceret, ſedi inhæreret. V. Dionem lib. 44. p. 244. Suet. cap. 78. *Adeuntes ſe cum plurimis, honorificentisſimè decretis univerſos Patres conſcriptos ſedens pro æde Veneris Genitricis excepit.* Aliam excuſationem affert Suet. illic præter diarrhæ-

am

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

am aqvaliculi. *Qvidam putant retentum à Cornelio Balbo, cum conaretur assurgere; alij, C. Trebatium, ut assurgeret, minus familiari vultu respexisse.* Superbientis fastidij notam observat in *Carino,* Vopiscus cap. 17. *Præfectus nunqvam Consulibus obviam processit.* Chimentell. l. c. p. 63, 64.

L. Litigantes & Advocati in Judicjis stabant.

Litigantes sedendi jure pellebantur. *V. l.* 1. *C. de offic. Civ. iud.* sicuti & ipsi advocati, aut causidici. Plin. 1. Epist. 23. *In tribunatu abstinui causis agendis, qvòd deforme arbitrabar, cui loco cedere omnes oporteret, nunc omnibus sedentibus stare,* & lib. 6. 33. *ingens utrinq; advocatorum universa subsellia per stantium Corona.* En subsellia judicum, circa qvæ Advocati perstabant. *Chimentel. l. cap. pag.* 103.

LI. Chirothecarum usus.

Doctor Chrysostomus de sacris virginibus loqvens invehitur his in luxum earum: *Manus veró sicut Tragœdi tam accurate chirothecis muniunt, ut natura annexas eis existimes.* Ex qvo videmus illo tempore jam in usu fuisse hæc manuum tegmenta fœminis accuratiora. Ante *soli rustici ea portabant,* ex rudi corio, ut manus â spinis defenderent Homerus de Laërte Odyss. ex edit: Latin.

Circum autem tibias bovinas
Ocreas convictas ligaverat (Spinarum) punctiones vitans
Chirothecasq; in manibus ruborum gratia.

Romani etiam aliqvando *ad arcendum frigus* eas portabant. Plin. Ep. 5. lib. 3. *Ad latus Notarius cum libro & pugillaribus, cujus manus hyeme manicis muniebantur, ut ne cæli qvidem asperitas ullum studij tempus eriperet.* Hæc autem Chirothecæ duplicis generis erant; *qvædam* enim digitos omnes exprimebant, qvas Varro lib. 1. de Re Rustica cap. 55. *digitalia* appellat, aut, ut Scaliger legit, *digitabula.* Græci δακτολήθρας, ut *Xenophon lib. 8. de Exped. Cyri,* qvi eas Persis in usu fuisse scribit. *Aliæ sine digitis* erant, ut eæ, qvas nunc Wanten appellamus. Eustathius ad dictum locum Homeri, *Sciendum vero non solum propter spinas chirothecas esse inventas, sed & ad alia opera prompte expedienda. Nam & sagittas jacientes chirothecis utuntur, sed non nisi digitabulis, ut & lavantes & fermentantes.* Delicatiorum autem Chirothecæ aut ex

lana

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

lana coactili, aut ex textili erant; Musonius ap. Stobæum Serm 1. *Qvare minime, honestum est vestitu nimio operire corpus, aut fascijs involvere, aut manus pedesve circumligatis cujuscunq; generis pannis, ac linteis qvibusdam molles & languidos reddere, cum morbo non sint impliciti.* Albertus Rubenius de re Vestiaria p. 25. & 26. de *Chirothecis* varia elegantia habet *Conr.* Ritters *Husius de jure Asylor. cap.* 3. §. 34. *qvi sic*: de Chirothecis notandum, illas in eodem jure Saxonico Landrecht. lib. 2. art. 26. v. 2. dici das Hand-Zeichen/ cujus usus, ut ex superioribus constat, non erat tantum in illo casu condendarum urbium vel Metrocomarum, sed in jure qvoq; cudendæ monetæ. Textus ita habet/ niemand mag neue Märckte oder Müntz erheben/ ohne des Richters/ das ist/ des Fürsten Willen/ in des Gericht es leyt/ auch sol der König durch Recht sein Hand-Zeichen darzu senden/ zu einer Beweisung/ daß es sein Will sey/ &c Sic eodem Jure Saxon Landrecht Art 69. Sancitur *ubi sub Regis banno cognoscitur, Judices seu scabinos pileis & chirothecis detractis, indutis palliis, inermes, jejunos judicare, sententiam ferre debere.* Cui ferè simile est qvod Bodinus habet lib. 1. D. Rep. c. 9. mi p. 150. nimirum *ap. Gallos Vasallum, cum idem est qvi subditus, arma, pileum, pallium, chirothecas exuere, ac genibus flexis manus supplices in Principis aut Procuratoris sui manus inserere necesse habere & ita fidem præstare. In inauguratione Regis Galliarum* præter alia solennia etiam hoc ponitur à Sleidano lib. 19. comm. mi. p. 347. qvod *Rex novis vestibus induitur, & in utriusq; manus Palmam inungitur: manus deinde componit ad pectus, & Chirothecis induit consecratis, uti vocant.* Perinde fit etiam in vestitura Episcopatus, in qva Chirothecas adhiberi testatur *Alb. Krantzius* lib. 4. Metrop. Et freqvens est *in concessionibus Privilegiorum Doctoralium*, ut hospitibus & spectatoribus distribuantur Chirothecæ. De qvibus insuper hoc notandum, *Pugnaturos* duello, pignus dare, provocatorem qvidem prius, lacessitum autem posterius, & plerumq; pignus illud fuisse *Chirothecam*, qvo tanqvam symbolo non solum fidem mutuam adstringebant, sed etiam de sumptibus in eam rem factis victori restituendis ex bonis victi cavebant: C. Ritersh. par. Feud. lib. 2. ca. ult. q. 35. Erat enim vetus *exploratio per chirothecas ferreas candentes*, qva de Fr. Hotomamus. c. 44. disput. de feud. et D. Ritt. d. c. ult. q. 38 Neq; reticendus est *occultus modus eneccandi per*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

per oblationem chirothecarum, ab Italis excogitatus. Uxor enim Creſcentij Cos. Ab Othone III. Imp. ſuspenſi, qvæ formâ eximiâ cunctas Italiæ mulieres ſuperaverat, & ſpe regnandi Imperatorem ad morem ſui pellexerat, ubi reditum in Germaniam maturantem vidit, Chirothecis miro ingenio affabrè factis venenum infuſiſſe fertur, & Cæſari muneris loco dediſſe; qvo paulatim intoxicatus ac conſumptus interiit, anno Imperii 19. ejusq; corpus Germani cum Imperij inſignibus per Galliam in Germaniam detulerunt, armis viam ſibi parantes Aqviſgranum usq;, ubi Imperiali pompâ honorificentiſſime ſepultum eſt, referente Cuſpiniano & Caſp. Peucero lib. 4. Chron. p. 600. Tale exemplum inſidioſæ necis eſt etiam apud Eman. Metteranum lib. 4. c. 2. p. 125. Die Königin (retineo verba & vernaculam) von Navarra/ welche des Königs Franciſci des I. Schweſter Tochter war/ und zu Paris/ in dem Sie alle zu des Königs Caroli IX. Schweſter und des Printzen von Navarra Hochzeit dienliche Sachen zurüſtete/ ſtarb mit einem vergifftetem Paar Handſchuch/ durch einen Italianer/ wie man argwohnte/ zugericht/ iedoch viel mehr durch ein Seitenwehe/ wie es ſcheinet. Eſoldus Theſauri Practici Adaucti p. 409. hæc addit: Es ſoll niemand neue Märckt aufrichten/ es ſey denn daß der Keyſer auff die Stadt ſeinen rechten Handſchuch ſendte/ de qvo ritu vide Weichbild. artic. 9. Verb. Da begriff ihn ein Kauffmann/ und zohe ihm den rechten Handſchuch ab. Fritſch. de Nundinis c. 4. n. 10. Chirothecæ jure Saxonico dicuntur das Handzeichen: G. Ritterſh. de J. Aſyl. p. 49. Regiomontium Civitas Boruſſiæ, qvando Duci ſuo homagium præſtat, eidem, inveterato ex more, per Conſulem antiqvæ Civitatis offerre ſolet, einen lincken Handſchuch/ zu ſamt 300. Pfenning/ altes Gelds. Limn. ad l. 4. c. 7. pag. 603. vid. etiam p. 602. ubi multa de chirothecis. Das Capitul zu Elgang muß dem Nachrichter zu Crailshaim allwegen ein Ort eines Gülden für Strick und Handſchuh geben. Limn. tom. 1. Addit. ad lib. 5. cap. 7. J. P. pag. 815. Es erzehlet Matthias Abele part. 2. caſ. 12. Daß ein Bauer/ ſo eines Soldaten Handſchuh angeleget/ ihme deßwegen 4. Ducaten habe geben müſſen. Chirothecarum uſus in condendis urbibus & cudenda moneta. In inveſtitura Epiſcopatus. *Gothofred. Antonij D. 4. theſ. 3. lit. F. Cranz. in metrop. lib.* 4. In conceſſionibus Privilegiorum Doctoralium. Modus enecandi per Chirothecas.

*Omnia Georgius Rittersh. de J. Asyl. cap. 3. p. 49. 50. Draco de Patriciis p.*172. 173. Neomagum in agnitionem immunitatum per hominem certum qvotannis Aqvisgranum pipere plenam mittit Chirothecam. Limn. in J. P. lib. 1. cap. 9. num. 57. Inter suppliciorum tormenta erat etiam apud veteres genus Chirothecarum ferrearum', qvod acutius uncis præfixum erat, qvarum meminit sæpe Prudentius, sicut & aliorum ad Christianas Antiqvitates facientium infinitorum. Philippus Caroli in Biblioth. Romana MSC. p. m. 110. In der Stad Dürheim/ ausser der Bischofflichen Kirchen/ stracks bey der Thür/ liegt einer / Nahmens Padulet/ begraben/so einen Handschuch gehabt haben solle/ in welchen/ wann er gegriffen/ so viel Geldes/ als er bedörfft/ herausgezogen/ davon er die Kirch hab erbauen lassen. Er sey auff dem Grab mit seinem Handschuch in der lincken Hand/ und seinem Geist zwischen den Fäusten zu sehen. Zeiler. Itin. magnæ Britan. p. 246. Chirothecæ preciosæ. *Draco de Patric. p.* 275. *Lansius.* Mirabile est qvod narrat *Athanas. Kircher. T. 2. Mund. subterranei* Lib. 8. c. 2. p. 48. Esse in Gothia fontem, Alberto M. teste, qvi qvicqvid in eo immergitur, in saxum convertit; cujus rei veritatem ut probaret *Fridericus* Imperator, misit ad eum fontem chirothecam sigillatam, verum cum per aliqvot Dies medietas pellis, & sigilla mersa esset in fontem, tota illa versa est in lapidem, reliqva medietate, pelle remanente. Cur vero guttæ istiusmodi fontis in terram conspersæ, mox in lapidem vertantur, minimè tamen perpetuò fluens rivus? *Respondeo,* hoc fieri, qvod guttæ in terram diffusæ aeris siccitate, qvo humidum consumitur, facilè coalescant, sicuti omnes res in saxum conversæ; existente verò rivo in perpetuo motu, corpuscula uti facile uniri non possunt, ita qvoq; minimè coagulari. Lapidescentia varia vid. ap. *Fortunium Licet. de Monstris* p. 166. puer, ib homo in substantiam lapideam concretus p. 280. 166. fungi p. 26. frondes, fructus 162. Adde ex Museò Calceolariano Vedoners. *B. Ceruttí et Andr. Benedicti. Chioco* Sect. III. *& Athanas Kicher Mund. subterr* T. 2. lib. 8. sect. 1. De monstroso foetu lapidoso *vid Schenck. ap. Schott Physic. Curios.* 15. p. 696.

LII. Tunicæ sine manicis ignominiosæ.

DOctor Augustinus lib. 3. de Doctrina Christiana : *Sicut enim talares*

Et

Et manicatas tunicas habere apud Romanos veteres flagitium erat, nunc autem honesto loco natis, cum tunicati sunt, non eas habere flagitium est; sic animadvertendum est in cetero qvoq; usu rerum abesse oportere libidinem. Hinc ignominiæ causa reis tunicas sine manicis induebant. Paulus Diaconus lib. 22. Hist. Miscellæ: *Et indutum hunc laneo, brevi ac sine manicis vestimento, sedere fecerunt super asinum sagma ferentem.* Et sæpius occurrit in scriptoribus ævi illius. *Rubenius de re vestiar. p.* 73. Qui etiam ad gynæcea damnabantur induebantur colobio laneo (erat tunica manicis carens, extantibus extra etiam brachijs & erat vestis servilis) docentibus *Valesio* A. E. p. 211. *Voss.* Etymol. hac. v. *Octav. Ferrario* lib. 3. de re Vest. p. 257. *Valesius addit*, pag. 211. b. Id discimus ex passione Romani martyris qvæ edita est â Mombritio, & habetur in Codice Musciacensi: *Eadem verò die Maximianus jussit, qvi erant in palatio Christiani, ut discingerentur, Multos ergo dum solverent cingulum suum notavit sibi Maximianus transeuntes: Et vidit Isitium Beatæ memoriæ; Et furens vocavit eum ad se, & exspoliavit eum vestimentis; qvibus erat indutus, & induit eum colobio laneo, & tradidit eum in gynæceo lanarijs ad injuriam.*

LIII. Damnatio ad Gynæcea.

DE hac damnatione *Eusebius L. de Vit. Const. c.* 20. *de Constantino agens scribit:* Deniq; qvotqvot ignominiæ causa gynæceis mancipati fuerant. In qvæ verba *Valesius* porrò: De gynæceis crebram fieri mentionem tum in utroqve codice, tum in notitia Imperij Romani, citans *Brissonium de verb. signif. cujus nos adjicimus verba* p. 254. *Gynæcium* vel, ut in Codice Theodosij & in Notitia scribitur, *gyneceum*, est textrinum ad vestes Principis conficiendas constitutum *l.* 5. *C. ad l. Jul. repet. l.* 2. *& l.* 5. de murileg. & gynæciar. lib. XI. C. Nam qvod in d. l. 5. dicitur gynæcij, hoc in l. seq. dicitur textrini. Sic & *in l.* 2. *de vestib. olober. lib. XI.* ubi tamen vulgo gynæciarijs pro gynæcij malè scriptum est, ut appa-ret, *ex l.* 1. *eod. tit. in Cod. Th. Paul. Diaco. in Justiniano, de Sophia et*

Narsete eunucho: Cui illa inter cetera qvòd Eunuchus erat hoc fertur mandasse, ut cum puellis in gynæcio lanarum pensa divideret. Sic enim hæc verba relata sunt *ab Aimono monacho lib* III. *de gest. Franc. cap. X.* Credo etiam in Notitia cùm administratio Comitis sacrarum largitionum occidentis exponitur, perperam Cynegij, pro, Gynecei non semel inversis literis legi. Hinc gynæceiarji in *l.* 3. *& l.* 13. *de murilegul. & gynecearijs. lib. XI. C. & l. ult. de milit veste. lib. XII. Hæc Brissonius. Confer. l. X. Cod. Theod. tit* 20. *de Murilegulis, Conchylegulis, Gyneciarijs, & Procuratoribus, Monetarijs & Bastagarijs, & Jacob. Gothofred. Notas p.* 504. *Tom.* 3. Gynæciarij, *Rubr. & l.* 3. *hoc. tit. l. ult supr. de militari veste, l. un. de Burgarijs*, â Gynæceiis dicti: qvorum mentio fit qvinq; locis *hoc* Codice *l.* 2. 6. *hoc tit. & l.* 24. *infr. de annonâ & trib. & l. b. infr. de judæis.* Gynæcia autem dicebantur, qvæ alias textrina Principis, *l.* 6. *&* 6. *hoc tit & d l.* 24. *de annona.* Horum qvoq; certa corpora seu collegia fuerunt: *l.* 16. *hoc tit.* & familiæ *l.* 7. seu mancipia, *l.* 2. *&* 9. idq; per Occidentem: qvò pertinet *lex* 2. 3. *hoc. tit* (veluti in Africâ Karthagine, *l.* 8. *hoc tit. & l.* 24 *infr. de annona & trib*) Per Orientem, qvò pertinet *lex* 7. *hoc. tit.* veluti Cyzici in Hellesponto, qvò spectat *d. l.* 8. *hoc tit.* Pars ex his vestes conficiebant in usus Principis ex serica blatta & metaxa, *l.* 13. auratas ac sericas paragaudas auro intextas, *l.* 1. *infr. de vestib oloberis.* Pars verò in textrinis separatis, *l.* 6. vestes texebant, in usus erogationum Principis, *l.* 6. *hoc. tit.* veluti militarem vestem, *d l. ult. supr de militari veste*, putà linteam vestem, *l.* 6. Hi textores, *d. l.* 6. opifices linteæ vestis contexendæ, *d. l.* 6. proprie linteones dicebantur l. 8. seu lintearij, *l.* 16. & linyfi, *l.* 8. seu linyfarij *d. l.* 16. Qvorum & ipsorum certa corpora seu Collegia erant, *d. l.* 16. veluti in Cœlo-Syria Scythopoli. *d. l.* 8. Et hi omnes conditioni suæ adstricti erant, nexuq; sanguinis ad divinas largitiones pertinebant, *l* 16. eosq; celantes multabantur, *l.* 2. 6. 7. 8. 9. mulieresq; ingenuæ qvæ his se sociassent, post denuntiationem maritorum suorum conditione tenebantur. *leg.* 3. Gynecio Præpositi qvidam erant, *l. ult. ad leg Jul. repetund.* Sub Comite domorum, *d. leg. ult. ad l Jul.* & pag. 506. de Gynæciariorum Occultatoribus *ad L.* 2. *Tit. alleg.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

alleg. Gottofredus. Texendarum igitur veſtium artifices ſeu opifices fuere in his Gynæceis: qvos ceu texendi artifices Gynæcia ſcil. ut olim dicta, ubi mulieres præcipue lanificio & textrinæ operam dabant; ita hoc ævo, Principis Textrina erant, ubi veſtes texebantur. Texendarum igitur veſtium artifices ſeu opifices fuere in his Gynæciis: qvos ceu texendi artifices ſummos ſæpè ſollicitari occultariq́; â privatis contigit, qvod clare etiam oſtendit *L. 6. infr* Qvare ſubinde pœnæ etiam propoſitæ adverſus hujusmodi ſolicitatores & Cultatores: utpote per qvas fiebat, ut in Gyneceis veſtes in uſum erogationum Principis non texerentur: ac nominatim in uſus militum, qvibus veſtis inde præbita: ut docuit *ſuprà, tit. de militari veſte:* Et qvidem â Gynæciarijs texta, ut oſtendit diſertè *l. ult. d. tit. de milit. veſte.* Igitur *hâc lege* Conſtantius Gyneciarium occultanti multam imponit, ſi êum intra Kal. Septembres non prodiderit, & ſic intra qvintum & ultra ab *hac l.* menſem. Et pag. 507. de Mul. ingenua Gynæciario nupta. *Tit. alleg. Gothofr.* Gynæciario mulierem ingenuam jungi vetat *hac L.* Valentinianus Sen. alioqvin Gynæciariam eam fieri jubet: Si videl. conventa denunciatione ſolemni in ejus contubernio manere pergat: Et ſic *ſplendore generis excidere, ſuorumq́; maritorum conditione teneri.* Uti contrà legitimo matrimonio mulieres genere maritorum eriguntur, dignitate nobilitantur. Qvod & ipſum cavetur de juncta Monetario l. 10. *inf.* Nempe ſecundum auctoritatem S Conſulti Claudiani, ut diſertè ait *d. lex.* 10. ex qvo trina denunciatione opus fuit: de qvo ſuo *tit. Supr. ad SC. Claud.* Atq́; hæc eſt illa conventio & denunciatio ſolemnis, qvæ *hac leg.* reqviritur, cujus proinde vis hîc notetur. Illud interim obſervandum, ingenuas mulieres ſæpè ad Gynæciariorum contubernia prolapſas, propter Gynæciarij videl: operis ſtudium & affinitatem. Certe *utriusq́; Sexus. Gynæciarij fuêre*: Ita qvidem etiam, ut qvemadmodum pœnæ loco qvidam in Gynæcium damnati, de qvo v. & locum ad *l. 2. ſupr.* ita & ſpeciatim mulieres. Ex *hâc* tandem *Lege* diſcimus qvam vilis Gynæciariorum conditio fuerit.

LIV. Plebejæ Foeminæ qvomodo distinctæ â præcipuis.

DIfferentia aliqva in stola, ut plebejarum feminarum fuerit stola alba cum aureo limbo: Illustriorum stola purpurea cum aureis segmentis, ut apud Propertium *Eleg*. 25.

Illaq; plebejo vel sit sandycis amictu.

In Priapejis alibi:

Cum tunica stolaq; rufa.

Unde errat *Abramus*, qvi *in* 2. *Philipp. c.* 31. *numero* 8. solas senatorij ordinis fœminas stola usas tradit. Sed ut *annuli* distingvebant Eqvites â populo, ita secundi gradus feminæ *aureis pedum vinculis*, â plebeis mulieribus distingvebantur. Plinius lib. 33. cap. 3. *Habeant foeminæ in armillis digitisq; totis, collo, auribus, spiris. Discurrant catenæ circa latera & inserta margaritarum pondera è collo dominarum auro pendeant, ut in somno qvoq; unionum conscientia adsit: etiamne pedibus induitur, atq; inter stolam plebemq; hunc medium fœminarum Eqvestrem ordinem facit?* Hæc autem vincula pedum, erant ansæ sive obstrigilla solearum, qvæ ex auro erant. Athenæus lib. 12. de Parrhasio: χρυσοῖς τε ἀνασπαςοῖς ἐπέσφιγγε τῶν βλαυτῶν τὰς ἀναγωγέας. *Aureis habenis constringebat calceorum ansas.* Ita & apud Petronium: *Jam mentum, jam cervix, jam manus, jam pedum candor intra auri gracile vinculum positus Parium marmor extruxerat. Manilius.*

Et pedibus niveis fulserunt aurea vincla.

Perperam Viri docti hæc *vincula aurea*, cum *periscelijs* confundunt, qvæ sunt, ut in Glosſis est, *Ornamenta vel circuli aurei crurum mulierium*. Qualia observavimus Romæ in antiqva statua. *Plebejæ vero feminæ*, argenteis his pedum vinculis utebantur. Plinius lib. 33. cap.

cap. 12. *Argentum succedit ex re aliqvando & auro, luxu feminarum plebis compedes sibi ex eo facientium, qvas induere aureas mos tristior vetat.* Ubi videmus aureis pedum vinculis, plebejis feminis interdictum fuisse, an etiam aureis monilibus? qvod non credo. Verisimile magis, in luxu illo Romano, illustres feminas monilia ex gemmis & margaritis gestasse, plebejas ex auro. Hinc Juvenalis plebejam feminam ita describit:

Qvæ nudis longum ostendit cervicibus aurum.

Albertus Ruben. de Re vest. p. 98.

LV. Interdictio vestium barbarorum.

SOlebant Imperatores interdicere barbarica indumenta civibus Romanis. Unde etiam *lib.* 14. *tit. X. L.* 4. *ab Impp. Honor. & Theod.* Majores crines & indumenta pellium prohibentur, qvi Gothorum propria erant, ut ex Sidonio, Synesio & aliis constat. *Alb. Ruben. l. c. p.* 75. vide ad l. Cit. *Jacob. Gothofr. T.* 5. p. 215. Comam *scribit*, Septentrionales, Germanicæ, Barbaræ gentes aluere. De Gothicis crinium flagellis testis Sidonius *lib. ep.* 2. Et Francorum Regalibus *Gregorius Turonensis lib.* 6. *cap.* 24. *aliiq;.* De Saxonum diffusâ cæsarie, *Vitichindus lib.* 1. De cæsarie & comis Germanorum *Juvenalis Satyra* 5. Tertullianus *lib. de virginib. veland.* De Sicamborum, mox Francorum crinibus, & comâ, cæsarieq;, passiva notatio. Scythis deniq; prolixam cæsariem fuisse, testis est Synesius *in encomio Calvitii. p.* 77. ubi ait, servos Scythas permultos in urbe, prolixâ Cæsarie fuisse. Hinc & Hieronymus hâc ætate sua, *comam demittere proprium esse* dixit *luxuriosorum Militantium & Barbarorum.* Rectè *Barbarorum*; Comam qvippe demittebant omnes ferme Barbaræ Gentes qvæ Romanum Imperium occuparunt. Et hæc de majoribus Crinibus, *Hæc Gothofredus*

HVL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

HVLDRICVS dux Wirtenbergensis, patrij moris constans censor atqve vindex, cum sub Carolo V. Hispani in Germaniam freqventer commearent, atq; ut nouitatis stultus admirator est populus, vestitum illorum pleriq; aulici imitarentur: suis ille domesticis curtas tunicas seuerè interdixit, & cùm quidam pallium subductius solito fieri curasset, re priùs à sarctore explorata, centonem versicolorem assui iussit, & vestis defectum hac ratione sarciri, ea lege, ut nisi hac veste sibi semper appareret, principis indignationem incurreret. Illud sæpè repetens, Peregrinæ uestes peregrinos mores, peregrini mores pegriros hospites Germaniæ inducent. Neq; falsus fuit vates. CHRISTOPHORVS, qvi patri in principatu successit, cùm calligarum laxarum tam turpis qvàm inutilis & insanus usus passim interGermanos milites inualesceret, carnificem eodem habitu personatum incedere voluit, omnibusq; spectandum proposuit: vti neqvis eo vestitus genere ineptiret, in qvo carnificem haberet æmulum. Zvvingerus T. H. pag. 683.

LVI. Vestitus gladiatorum & damnatorum.

GLadiatores, ut etiam ij qvi ad bestias damnati erant, aut ad aliud supplicij genus in theatro producebantur, pretiosissimis vestibus spectabiles, ut viris doctis notatum. Ruben. l. cit. p. 123.

LVII. Deorum simulacra statis diebus ornata.

ERant in Capitolino, & Palatino multæ vestes pretiosæ repositæ, qvibus Deorum simulacra statis diebus ornabantur. Lactantius lib. 2. *His* (Deos intelligit) *peplos & indumenta preciosa, qvibus usus velaminis nullus est, his aurum, & argentum consecrant.* Simulacra autem deorum purpureis & auratis vestibus ornari solita, nemini ignotum. Hinc *vestitores simulacrorum* apud Firmicum. Egregie vel Tertullianus cap. 18. de Idololatria: *Ceterum, purpura, vel cetera insignia dignitatum, & potestatum inserta dignitati et potestatibus idololatriæ, ab initio dicata habent profa-*

profanationis suæ maculam, cum propterea ipsis etiam idolis induantur prætextæ & trabeæ, & laticlavi, fasces quoq;, & virgæ præferantur, & merito. Nam dæmonia Magistratus sunt sæculi hujus unius collegii insignia, fasces, & purpuras gestant. Unde discimus, etiam fasces, & virgas simulacris Deorum prælatos fuisse. Hinc apud Senecam *lictor Deorum* in fragmento: *In capitolium perveni, pudebat publicatæ dementiæ, quod sibi vanus furor adtribuit, officii alius nomina DEO subjicit, alius horas Jovi nuntiat, alius lictor est, alius unctor, qui vano motu brachiorum imitatur ungentem.* Lipsius tamen pro *lictor* scribit *fictor*: & explicat de fictoribus Pontificum. *p. 124. Ruben. l. cit.*

LIIX. Excalceatio honorifica, superstitiosa, ignominiosa &c.

HUjusmodi officium Episcopis, confessoribus, & Martyribus præstare solebant veteres Christiani, quorum corpora aliquando non humabant sed domi in lectulis suis reposita asservabant. Vales. A.E. p. 73. a. Sic in passione *Fructuosi Episcopi* legimus: *Cum venisset ad amphitheatrum, statim ad eum accessit Augustalis nomine, lector ejusdem, cum fletibus deprecans, ut eum excalcearet. Valesius A.E. p. 72 b.* Vid. Euseb. l. 4. H.E. c. 15 ubi invenitur, fideles singulos quotidie certasse, quisnam prior corporis ejus cutem attingeret, & excalcearet. Exstructo verò rogo, ac soluto cingulo, ipse demum sibi calceos detrahere tentabat, quod antea facere minimè consveverat. Noto obiter: *Cœnaturis calceos exutos*, testatur hoc, figura lapidea in viridario Cardinalis Montaltii ad montem Exquilinum, ubi senex discubiturus Silenus excalceatur à Fauno nudo, quem alter reclinantem sustinet. *Vid. B. Balduin. de* Calceo antiquo p. 106.

De superstitiosa excalceatione idem c. 23. qui etiam *de ignominiosa excalceatione* sequenti c. 24. agit, docens excalceatos esse *captivos, servos*, sed ap. Romanos etiam *milites*, cum exauctorarentur *Tertull.* de Coron. Mil. c. 1. Idem etiam apud *Anglos* observatum testatur *Valsingamus in Edvar. 2. Andreas Herclè, transfuga Anglus, antequam suspenderetur, degradatus est secu-ri amputatis ei ad talos calcaribus, mox discinctus balteo militari & ablatis calceis, chirotecis, mox tractus & suspensus, & in 4. partes dissectus.* En ut in militarium insignium numero habentur calcei. Ita *Hebræis* tollere calceamenta, judicialis infamia fuit. *Deuteron. 25. 7. 9.* Apud *Arabes* calceum sibi de-

tractum in alium jacere servandæ fidei signum & pignus certissimum.
Uxoris recipiendæ signum, *ap. Lusitanos* conjectio calcei detracti. Bal-
duin. de calceo, c.24. qui etiam in laudato libello agit de calceis *albis, argen-*
teis, auratis, aureis, Cæruleis, æreis, fenestratis, ferreis, gemmatis, junceis, laneis, ligneis,
linteis, Lunatis, luteis, nigris, papyraceis, plumbeis, purpureis, repandis, rostratis, se-
ricis, sparteis, straminiis, Viridibus, uncinatis. Adde ex eod. p. 246 *Calceum in*
hosticum solum projectum, belli signum fuisse. Confer *Ramirez* πεντηκον. cap.
26. qui etiam refert ex *A Gislen. Busbeqv.* ep. 3. Uxores Turcarum à ma-
rito divertere volentes calceum exuto pede solitas invertere. De igno-
miniosa detractione adde *Pontani Att. bellar.* p. 763. Omina in calce-
atu. *Bald. cap.* 22. Pontan. Att. bell. p. 699. hæc observ: si manè calceos
induituri erosos à soricib9 deprehenderant, si calceum dextrum pro si-
nistro, si inter calceandum sternutarant, grave aliquod damnum formi-
dabant. *De vectigali Reginarum* pro calceario ornatu apud Ægyptios
& Persas, *Pontanus* l. c. XV. Hæc incidenter.

LIX. *Frumentarii milites.*

FRumentarii milites erant, qui ad investigandos reos, & ad colligendos ru-
mores, per provincias mittebantur: qvos tandem Constantinus abolevit, ut
scribit Aurelius Victor. Hi etiam judicibus seu Rectoribus provinciarum in-
serviebant. Ita frumentarius ille, cujus hoc loco meminit Dionysius, deputatus
erat ad obsequium Sabini Præfecti Augustalis. *Vales. A. E. p. 130. b.* Eusebius
lib. 6. c. 40. p. 235. Dionysium Alexandrinum his loqventem introducit in Epi-
stolâ ad Germanum: ego coram DEo loqvor, & ipse scit, me nequaquam men-
tiri; nunquam mea sponte, nec sine DEI nutu fugam inii. Sed & prius, cum
persecutionis edictum sub Decio propositum fuisset, Sabinus Frumentarium
qui me requireret, eodem temporis momento misit. Atq; ego quidē quatriduo
domi mansi, adventum exspectans frumentarii; Ille verò omnia circumeundo
perscrutabatur vias, fluvios, agros, ubi me occultari, aut qvà transiturum esse
suspicabatur. Verùm caligo quædam ei obtutum ademerat, ne domum
reperiret. Neq; enim opinabatur, me domi consistere grassante adversus me
persecutione. Vixq; post diem quartum, cùm DEUS mihi, ut aliò migrarem præ-
cepisset, ac præter opinionem omnium viam aperuisset: ego & famuli, multiq;
ex fratribus simul egressi sumus. Atq; id divinæ providentiæ opus fuisse, rerum
eventus postea declaravit; siquidem nonnullis fortasse haud quaquam inutiles
fuimus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

SCHOLA SPECULATORUM. LEGIONUM. I. & II. ADJUTRICUM. PIARUM. FIDELIUM.

Et in fine post recensita nomina plurimorum hæc habet:

CURANTE. AVR. PERTINACE. FRUMENTARIO.

Qvod autem iidem *Frumentarii* dicerentur, non inde certè accidit, qvod hi soli frumentatum mitterentur: nam id cæteris militiæ ordinibus, cùm opus esset, imperatum esse, plurima sunt exempla. Cæterum qvod delatorum, nomen odiosum esset (ut pluribus docet Julius Capitolinus, dum Maximini ac Gordiani res gestas enarrat.) honesto titulo *Frumentariorum* hos puto nominatos, quos constat tam in castris, quam curia militasse: nisi inde fortasse nomen acceptum, quòd ad singulorum explorandum frumentum, quo rei annonariæ consultum foret, exercitui & ubiq; Reipublicæ inservirent: ac proinde liberos accessus habuisse ad singulorum civium domos, & alia qvæcunq; loca: qua occasione ad singula quæq; domestica exploranda, honesta satis facilisq; via pateret. Hos præterea ad mandata principum ac præsidum obeunda præsto esse consvevisse, citata superius loca demonstrant. Ex his igitur non tantùm Cypriani, sed & Dionysii locus elucidatus habetur. Per *Frumentarios* itaq; Cyprianus Uticam perduci cùm jussus esset, ne eo perduceretur (ut dictum est) ad modicum temporis spatium secessit: Carthagine enim pati, quod id sciret suæ Ecclesiæ expedire, in proposito habuit. *Hæc Baron dicto loco.*

LX. Eucharistiæ infusio in os ægrotantium.

Panem benedictum solebant Veteres aqua *intingere*, ut docet *Adamanus in lib. 2. de miraculis S. Columbæ cap 6. Beda in vita S. Cuthberti, c. 31. & in carmine de ejusdem vita. Theodorus Campidunensis in vita S. Magni c. 22. Paulus Bernriedensis in Vita Grgorii septimi p. 113.* de Eucharistia verò *in os ægrotantium infusa*, loquitur Canon 76. Concilii 4. Carthaginensis: qvi qvidem Canon est de infirmis, qvi pœnitentiam poposcerant, & postea obmutuerant, anteqvam presbyter ad eos venisset. Cavetur hoc Canone, ut pœnitentia eis detur; & si continuò creduntur esse morituri, reconcilientur per manus impositionem, & infundatur ori eorum Eucharistia. Aliter in pœnitentibus Hi enim in articulo mortis constituti Eucharistiam tantùm accipiebant sine manus impositione, ut discimus ex Canone 77. & 78. dicti Concilii. Benignius enim agendum censuerunt sancti Antistites, cum iis, qui devotionis impulsu in infirmitate constituti pœnitentiam petierant, qvàm cum aliis, qui publicorum criminum rei in ordine pœnitentium stabant Vales. A.E. p. 138. Idem ferè statuit cap. 12. Synod. Arausicana. Vid. Johann. Cabassutii Notit. Concilior. S. Eccles. p. 259. De intinctione Vide Dissertat. meam Historico Theologic. ad locum Tertul. §. 154. Eucharistiam in manus fidelium datam docebim9 proximè ex Euseb. H.E. l. 16. c. 43. & Valesio A.E. 136. &c.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

ANALECTA
MISCELLA MENSTRUA
ERUDITIONIS
SACRÆ & PROFANÆ
Theologicæ, Liturgicæ, Historicæ,
Philologicæ, Moralis, Symbolicæ, Ritualis,
Curiosæ

Ex optimis & rarioribus Authoribus
Collecta & reddita
Operâ

MATTHIÆ ZIMMERMANNI, SS. THEOL. D.
Pastor. Superint. & Basilicæ Misenens.
Concionatoris.

MENSIS II. & III.

AD
MAXIME REVERENDOS EXCELLENTISSIMOS
THEOLOGOS LIPSIENSES
Academicos & Ecclesiasticos.

MISENÆ,
Literis & impensis CHRISTOPHORI GÜNTHERI,
M. DC. LXXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

NOli moras nectere the-
oria inani, monitum salubre est
Theologi Ecclesiæ nostræ primipila-
ris νῦν ἐν ἁγίοις. VIRI MAGNIFICI
EXCELLENTISSIMI, MAXIME
REVERENDI. Quod utinam pen-
si habuisset olim turba Scholastico-
rum Doctorum, non certe totos se
theoriæ vix ferendæ, speculationi-
bus inanibus multam partem mancipasset. Deplorant, dolent
justo dolore faciem tristissimorum temporum Nicolaus de Cle-
mangis, Simon de Cassia, Ludovicus Vives, Claudius Espencæ-
us, Fontanus de Necessaria correctione Theologiæ Scholasti-
cæ, Nicolaus Beroaldus Doctor Sorbonicus, Robertus Gallus,
Thomas Morus, Ambrosius Catherinus, Bernhardus Sandoval,
sed & alii numero non pauci. Ast felici revolutione, & succes-
su temporum, cessavere inanes, spinosæ & inutiles theoriæ,
speculationes, quæstiones, quales ab homine Christiano, The-
ologo imprimis longissime abesse, graviter jubet eximius Do-
ctor Gentium S. Paulus. Sicut ergo verus Theologus cane &
angue pejus vitare debet sermones ad lubentiam compositos &
proclives, dicacitates tinnulas; ita non minus libidinem juxta &
pruritum quæstionum & speculationum minus necessariarum.
Habet tamen (quod nemo inficias iverit) theoria locum suum,
usum suum, dignitatem suam in omnibus scientiis, facultatibus,
ut ita haud ferendi, qui crebriter, ex edito sibi despicere visi,
præsumant floccipendere, qui ægre cohibentur, quos turgida &
emen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

ementita ſcientia, præcoci & pernici volatu ipſam praxin involare jubet, neglectis vel unius dieculæ induciis. Habet inquam Theoria uſum ſuum, ſed juſto plus, magiſve huic incubare, neglecta prorſus praxi, moras nectere eſt minus proficuas, nihil aliud eſt, quam in cogitationum ſalo fluctuare; Iterum praxi rem aggredi velle auſus temerarii, incerti & prorſus Icarii indicium. Non ſic certe ſine DEO, die, duce, & ordine involaſtis cathedram Academicam, & Eccleſiaſticam VIRI ad ſumma nati, fixus Vobis Mercurius eſt. Theoria Vos orbi extantiſſimos fecit. Hoc pulpita Academica, hoc lucubrationes Academicæ, hoc famigerabilis adparatus laborum Theologicorum, lingvarum, hoc velitationes Theologicæ, publicæ, & privatæ, ſi non lingvis efferunt, teſtantur tamen abundé teſtabuntur poſtliminio. Praxis quam accommoda eſt Theologiæ Conſecraneis, & auditoribus, qui limina Eccleſiaſtica viſunt, vel docendi, ducendi, erigendi, corrigendi. Quí ergo ventum venaretur, moras necteret inanes, labor tam ſanctus, tot deſideriis, & piis anhelitibus ad fatigationem uſq; Numinis divini, impenſus? Quí moras necteret, ubi vita, & ſedula functio Theologo digna, obſtetricatur pertinaci, juxta & conſcientioſa aſſiduitate? Solvit magis moras inanes animus ad oſtentationem, & auram popularem captandam minimè compoſitus, totus inhians deſideriis & ædificationi animarum, incremento Eccleſiæ. Arduus hic labor, ſed tamen proſperus. Ne mirere. Nihil enim, judicio *Apuleii Florid.* c. 17. homini tam proſperum divinitus datum, quin ei tamen aliquid admixtum ſit difficultatis, ut etiam in ampliſſima quaq; lætitia ſubſit quæpiam parva querimonia conjugatione quadam mellis & fellis. Infracto animo perrumpendum, merces ſiquidem copioſa in cœlis. Hanc indolem VESTRAM, hæc ſtudia, labores, ſudores, deoſculatus ſum tacitus, non ſemel, ſed & adfectum, quo me meaſq; opellas foviſtis. Redhoſtimenti loco quid darem, nihil equidem pe-

nu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

nu suggessit, quàm hæc quæ offero folia. Favete conatibus, & sic τὰ ἀνέκδοτα, si emptores sublevárint penuriam Typothetæ, propediem lucem aspicient publicam, parata maximam partem illius operis. Iterum iterumq; valete, sed & omnes boni, justi, & æqui rerum æstimatores.

Maximè Reverend.
Excellent: D.

Misenæ e Muséo clↃ Ↄↄc LXXIII.
Kalend. Octobr.

devote defert

D. MATTHIAS ZIMMERMANNUS,
Pastor, Superint. & Basilicæ Misenens. Concionat.

J. N. J.

MENSIS II.

I.

Generatio Filii DEI vox divina.

D*Anæus & Crocius* putant, voces *generationis*, *spirationis*, *processionis*, esse translatitias & non propria & naturali significatione in his mysteriis adhiberi, quibus cum facit Moltherus, refutati à nostris Theologg. mox producendis. *Dionys. Petav. Tom. II. Dogmat. Theologic.* multis agit de Generatione æterna Filii DEI l.2.3 4.5. Libro. 2.cap. 5. docet Generationem à divinis abjudicasse Arrianos & cum creatione confudisse. Libro 5.c.8. §. 10 differit; Si sola Aristotelea Generatio respicienda, non erit in divinis.cap.7. contra Arrianos disputans §. 2. demonstrat; *prius divinis quam* creatis convenire. Digna sunt quæ adscrib. verba: Atq; hoc quidem ex generationis natura petitum argumentum tam firmum invictumq; est, ut ex eo præcipuum Arrianæ robur hæresis evertatur. Itaq; cum hoc potissimum telo naturalem æqualitatem Filii ac τὸ ὁμοούσιον, & veram divinitatem expugnare se crederent, quod Scripturæ Patri subjectum esse Filium ejusq; cultum & obsequium adhibere demonstrant adeoq; minorem esse: nihil è contrario aliud opponebant Catholici, quàm, ut cunque se habeat Filius, tamen à Patre esse genitum. Illa verò omnia dummodo vera generatio ab illis agnoscatur, nihil substantiæ proprietati & æqualitati officere, ut recte *Augustinus l.3.contra Maxim. c.18. & hom. 41. de 50 c. 3.* animadvertit. *Quantumvis* ait *obsequatur DEO Patri DEUS Filius, quoniam te non video intelligere quanta sit in illa generatione geniti & genitoris æqualitas, numquid ideò est diversa natura patris hominis & hominis filii, quoniam filius obsequitur Patri? Hoc est omninò intolerabile in vobis, quia de obsequio filii DEI diversam vultis probare substantiam Patris, & Filii &c.* Quocirca cum hoc hæretici prorsus intelligerent, quod luculenter explicat *Nyssen. Grégor. l. 2. contr. Eunom.* Omne id quod verè gignitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

fuimus, &c. vide Baron. *T. 2. Annal. 253. n. 100. Idem* Baron. *ad Ann. 261. n. 17. seqq.* multis de frumentariis. merentur descriptionem: scimus *inqvit* penes Ethnicos scriptores, eam vocem usurpari pro frumenti inqvisitoribus, ut inter alios apud Livium: dictos item scimus *Frumentarios* frumenti mensores â Paulo Jurisconsulto, qui de *Frumentariis* negotiatoribus alibi meminit, qui & *Sitonæ* dicti sunt. At neqvaqvam de his intelligi posse videntur, quos Cyprianus ac Dionysius *Frumentarios* dicunt: Sed potius eos alicujus militiæ ordinis fuisse milites, qui & ad exeqvenda mandata Principum in diversa loca mitterentur. nam & Julius Capitolinus in Maximo & Albino hæc ait: *Scriptum est præterea ad omnes provincias, missis Frumentariis, jussumq; ut qvicunq; Maximinum juvisset, in hostium numero duceretur.* Ejusdem qvoq; militiæ milites illi fuisse videntur, de quibus Lampridius in Commodo dicit, Anterum amicissimum Commodo â Præfectis prætorio jussum esse occidi inopinato per Frumentarios. Fuisse igitur in militia ordinem eorum, qui *Frumentarii* dicerentur, nulla penitus dubitatio esse potest: nam id qvoq; hæc vetus docet inscriptio his scilicet verbis:

T. AURELIO. PIO.
MIL. LEG. VI. VICTR.
FRUMENTARIO.
VIXIT. ANNIS. XLVII.
MILITAV. ANN. XXV.
AURELIUS. VERECUNDUS
H. B. M. F.

Extat Romæ in ædibus Bufalorum ad Columnam Antonini in arula marmorea. Rursum alibi.

CLOD. MARIANO.
FRUMENTARIO GAL.
LEG. VII.
LUCANUS LAURENTIUS
FACIUNDUM CURAV.

Rursum verò fuisse horum militum muneris explorare, idem affirmare videtur Lampridius, dum ait, Hadrianum omnia domorum arcana per *Frumentarios* explorasse. Et Julius Capitolinus hoc idem in Macrino: *cùm quidam*, inquit, *milites ancillæ hospitis pudorem depravasse suspecti essent, atq; per qvendam frumentarium ille didicisset, adduci eos jussit.* In eodem qvoq; sensu à Trebellio in Claudio eadem uox accipitur, cum ait de Gallieno: *cùm nunciatum esset per frumentarios, Claudium irasci, qvod ille mollius viveret, &c.* Porro militasse ejusmodi *Frumentarios* in Romanâ militiâ in scholâ speculatorum, vetus docet inscriptio his verbis:

SCHO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

& *γέννημα* propriè vocatur, esse *ὁμοουσίαν* atq; *ὁμογενὲς* ejusdem
substantiæ, & naturæ, cum eo quod generat, tum Filii nomen e-
andem naturæ germanitatem exprimere; neq; verum Filium,
neq; generationem esse veram asserebant: sed Filium itidem ut
homines, & angeli DEI Filii nominentur in sacris literis: nativi-
tatem vero, ac generationem similiter abusione quadam usurpa-
ri, quæ sit effectio nihil ex interno derivans, sed extrinsecus mo-
liens. Contra quos Theologi veteres excipiunt: eo ipso quod
per abusionem ac translationem Patris Filiiq; vocabula sumun-
tur, dum & creatæ res filiorum nomine censentur, & DEUS illa-
rum Pater dicitur; seqvi, prius hæc ipsa nomina propriè ac natu-
raliter usurpari. Omnis enim translatio ab eo, quod propriè di-
citur, ad alienum, propter similitudinem, usus ac significationis
est mutatio. Oportet igitur ante Patrem appellari propriè DE-
UM, & esse aliquem qui germanus, naturalisque sit Filius, quam
earum appellationum similitudo capiatur *Adoptivi* ait Cyrillus
Dial. 2. *non essent omninò filii, nisi ante naturalis extitisset, & vera generatio*
consequentis imaginis archetypum in seipsa monstraret. Atq; ut orat. 2. dis-
serit Athanasius: *antiqvius est ut in rebus creatis, sic in divinis, id quod*
naturale est, eo, quod ex voluntate proficiscitur. DEUS primario, & ante-
cedenti, excellentiq; ratione vocatur Pater unigeniti Flii DEI &
ab eo per similitudinem ac translationem Patres appellantur in
terra ut Apostolus docet Ephes. 3.14. *Hujus gratia flecto genua mea ad*
patrem Domini nostri J. C. ex quo omnis paternitas, in cœlis in terra nominatur.
Proinde cum in hominum genere per translationem ab summo
Patre, dicantur Patres eorum quos de sua substantia, generant si-
miles sibi; multo magis is, unde significationis translatio petitur,
propriè ac naturaliter è sua substantia similem sibi gignere putan-
dus est, eum, qui sit propriè Filius. Quinetiam Cyrillus l. 3. The-
saur. contendit, solum DEUM propriè de sua substantia
gignere; non autem res creatas. *Nam quod revera est, & secundum*
substantiam gignere potest, DEUS *est. Ipse enim de ipso dicit: Ego sum qui*
sum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

sum:" *tanquam cætera non sint antequam fiant; sed voluntate DEI adhoc ut essent, perducta sint. Igitur quod revera est, cui & esse maximè propria est appellatio: ipsum etiam solum secundum substantiam gignet.* Probat hoc deinceps ex eo, quod non omnia quæ sunt, gignendi habeant facultatem; sed ea tm. quibus hoc à DEO concessum est. Atq; ita concludit denique. *Igitur DEUS est id quod propriè gignit ex seipso. nos autem id, ex imitatione illius habemus. Quînam igitur absurdum non sit; hoc quidem, quod imitatione alterius id facit, ex seipso gignere: ipsum vero archetypum, ad quod conformatum est istud, non ex seipso, sed extrinsecus habere ut gignat*:" Quo in loco Cyrillus eruditè generandi vim in solo DEO inesse propriè, demonstrat; quoniam solus est propriè. Est autem via quædam & cursus ad τὸ εἶναι generatio, & productio, quare necesse est etiam hanc DEO præcipue jure competere. Atq; hæc etiam est mens Theologg. Orthodoxorum, qui generationem Filii DEI metaphoricam nullomodo probare possunt. sic enim B. noster *Mentzerus Respons. ad Defens. secundæ Part. Convers. Prutenic.* cap. 3. p. 17. Verba *generationis, processionis, spirationis & lucis* ex "usu humano desumpta, & ad res cœlestes translata opinatur Cro- "cius p. 69. lin. 10. Atqui genuit DEUS Pater Filium & cum Filio "spiravit Spiritum S. & Spirit. procedit ab æterno à Patre & Filio "& DEUS est lux divina, etiam ante conditum mundum. Quare "à DEO ista vocabula translata sunt ad homines (sicuti etiam "Patris, & Filii) non ab hominibus ad DEUM. Hoc tamen non "impedit, quo minus & propriè de DEO accipiuntur, θεοπρεπῶς, "ut DEO dignum est, & naturæ divinæ conveniens, & propriè et- "iam de hominibus pro ratione & modo naturæ humanæ. Ut au- "tem nos vocabulorum illorum significationem, & per illam ipsa- "rum quoq; rerum varietatem percipiamus, hic ordo est, ut prius "humana à nobis cognoscantur quam divina. Patet ergo argu- "menti infirmitas: vocabula ab hominibus translata sunt ad DEUM "E. de DEO non nisi modificatè seu tropicè intelligi oportet." *Idem Mentzerus Tom. VII. Dispp. Giessens. Disput. 4. p. 72.* Falsum est ver-

„bum illud (generatio) à creaturis translatum esse ad DEUM:
„sed usurpatur illud primo de DEO divinè, & perfectissimè, pro-
„ut convenit DEO in sua natuta. Ac proinde absurdissima & a-
„lienissima sunt argumenta hæreticorum, quæ ex generatione
„creaturarum apposuére divinæ generationi Filii DEI. *B. Dor-scheus præceptor meus fidelissimus P. 2.* Theol. *Zachar. Loc.* 2. de DEO *uno & Trino* § 54. *ita*: Sane generatio & spiratio æterna est & his ipsis nominibus in Scriptura S. nob. proponitur. Et ut appellatio *Patris, Filii, & Spir. S.* haud quaquam de hominibus dicenda est translata esse ad DEUM, sic idem judicium de vocabulo *generationis & processionis* est, nempe divinæ illius æternæ & ineffabilis.

II. Processio Spir. S. non est generatio.

ASseruerunt hoc Ariani, imprimis Maximinus ap. Augustinum l.1, contra Maximin.

Contrarium tenuerunt SS. Patres adductis 10. rationibus I. petita est *ab usu loquendi*, quia nusquam hoc scripturæ dicunt. Tractat hoc *Dionys. Petav. Dogm. Theologic. l. 7. c. 13. n. 5. 6.* testimonio *Basilii l. 5.* contra Evnom: Non qvia non est ex DEO per Filium: sed ut ne Trinitas infinita multitudo putetur ac Filios ex Filiis, ut in hominibus usuvenit, eam habere suspicetur aliquis. *Didymi de* Spir. S. qui sic: *Cum igitur sancta Scriptura amplius de Trinitate non dicat, nisi DEUM Patrem esse Salvatoris, & Filium generatum esse à Patre, hoc tantummodo debemus sentire quod scriptum est.* Sic & Theodoret Dialog. III. *Spiritum propterea nec genitum appellari, neq; Filium ait, tametsi perinde ac Filius ex DEO Patre sit, & nuspiam id sacris literis proditum fuerit.* Adstipulatur Isidor. Hispal. 7. Origin. Cum ita scribit: Spiritus S. ideò non dicitur genitus, ne duo in Trinitate filii suspicentur. Ideo non prædicatur ingenitus, ne duo patres in ipsa Trinitate creduntur. II. quia diverso modo procedit ac Filius num. *7. Nazianz. orat. in sancta lumina*: Spiritus S. verè est Spiritus, procedens quid. ex Patre non tamen filii more οὐχ υἱκῶς δὲ οὐδὲ γὰρ γεννητῶς

ῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς neq; enim generatione, sed processione. Sic etiam Orat. de Spir. S. III. ratio, quia Spirit. S. ex ore procedit *Basil. 5. contr. Eunom.* Neq; enim ad cognoscendum, *inquit*, ex DEO esse Spiritum, minus quid habituri eramus, cum oris Spiritum audiremus. Sufficit enim nomen ipsius ad significandam existentiam ejus ex DEO. Neq; enim Filius, neque generatio Deitatis proprium est; sed ex humana ductum similitudine, ex qua & sumpta est spiritus appellatio. Hac ergo in DEI Spiritu divina Scriptura usa est, aliter hoc, quod ex DEO est esse, declarans: quoniam non oportebat eâdem hunc explicare similitudine. Et post: *Gignit DEUS, non perinde ut homo: gignit autem vere: & quod gignitur edit ex se verbum: non utique humanum; edit autem verbum revera ex seipso; & emittit Spiritum per os, non humano modo: quandoquidem neq; os DEI corporeum est: ex ipso autem Spiritus, non aliunde.* IV. quia non à solo Patre procedit, sed una procedit à Filio §. 9. 10. Confirmat hoc Petavius l.c. testimonio Basilii ep. 43. Augustin. l. 15. de Trinitate & c. 16. Paschasii cap. 12. Isidor. l. 7. Origin. V. quia non immediatè procedit à Patre n. 11. adducens Gregor. Nyssen. libr. ad Ablabium, in quo non esse tres deos demonstrat. Hic vero cautè Philosophandum, ne cum Græcis dicamus, Spiritum S. per Filium processisse, quod quidem genus dicendi non novum Patribus, qui tamen non eo quo Græci sensu locuti sunt. Usurpant quidem Patres ista: μετὰ τοῦ υἱοῦ sed ut significent, proximè cum Filio sive post Filium. VI. quia post Filium enumeratur, §. 12. VII. quia non principali origine procedit, est Richardi Victorini obscurè concepta. §. 13. VIII. *Augustini*, quia procedit, ut datus, non ut natus *l. 5. de Trinit. c. 14* dum causam inquirit cur non filius sit etiam Spir. S. cum & ipse à Patre exeat: Exiit enim *inquit non quomodo natus, sed quomodo datus: & ideò non dicitur Filius, quia neque natus est, sicut unigenitus*; neq; factus; ut per DEI gratiam in adoptionem nasceretur sicut nos. Breve hoc, & argutum Augustini dictum *Quia exiit non quomodo natus, sed quomodo datus*, passim usurpari vide-

as ap. Lombardum l. 1. dist. 13. & Hugonem Victorinum sum. sent. tract. 1. c. 6. IX. quia notitia est quidam partus; non autem amor. Sed hæc ratio oppidò obscura & minus accurata est X. quia λόγος & verbum est Filius, non Spiritus S. *Petav.* cap. 14. l. 7. Dogmat. Theol. Vide *Jacobi Martini Disp. XV.* Part. 1. Theolog. Scholastic. *Dorsch. P. 2.* Theol. Zach. Disp. V. §. 40. 41. *M. Anton. de Domin. l. 7. de R. E. p. 170. 199.* Negasse *quosdam Paters processionem Spir. S. à Filio,* refert, citatus *M. Anton. de Dominis l. c. p. 171. a Theodoretum* scil. & *Theophylactum in c. 3. Johann.* asserens non esse articu-
„lum fidei. Nam si processio Spirit. S. à Filio *pergit M. A. de Do-*
„*min.* fuisset ab Ecclesia tanquam articulus fidei credita, nunquam
„tantus pater (Theodoretus) negasset. Sed dic sodes quare Concilium Chalcedonense & V. Synodus generalis eum reprehendit? ut Orthodoxum? falleris, inspice acta. Nobis placet sententia B. Hülsemanni præceptoris desideratissimi Calvinism. irreconciliab. p. 471. sic scribentis.

Quod processio à Patre & Filio, sit proprietas characteristi-
„ca Spir. S. non videtur saluti obesse, si ignoretur. Quod perso-
„naliter differat à Patre & Filio, non potest eum, qui Trinitatem
„personarum confitetur, subterfugere; in quo autem consistat
„illa personalis differentia? credo vix centesimo fidelium in V. T.
„fuisse hodieve exploratum esse *Quid sit nasci, quid processus, me nescire*
„*re sum professus. Biel. in 1. sentent. dist. 13. q. unic.*

Similiter an proprietate essentiali à solo Patre procedat: an verò à Patre & Filio simul? ignorari quoad utrumq; potest.
„Quod à Patre procedat, iisdem literis extat *Johann. 15. v. 26.* quare
„negari non potest; an verò ideò, quod iisdem verbis non dicitur
„à Filio procedere, sed à Patre & Filio mitti *Johann. 14. 26. &c.* ne-
„gari possit processus à Patre & Filio simul, &, si negetur num
„saluti exitium timendum sit? siquidem expressæ scripturæ S. non
„contradicatur, difficulter statuitur. *Theophylactus* hanc humanita-
„tem passus est, ut constat *ex enarr. in 3. Joh. p. m. 273. lit. E.* patiuntur

Græci Scripturam ἰσοδυναμοῦσαν non animadvertentes; Quibus DEUM hanc imbecillitatem indulgere non ſine cauſa ſperatur. *Et Breviar. cap. 2. de DEO Uno & SS. Trinitate Supplem.* §. 9. Veluti præciſus generationis æternæ modus, *& in quo propriè conſiſtat differentia ſpecifica inter generationem æternam Filii DEI, & æternam proceſsionem Spiritus S. à Patre* in hac vita non evidenter revelatur: ita modi iſtius diſtincta cognitio ſingulis ſalvandis neceſſaria non eſt; ſed modum alium revelato contrarium aut diverſum ſubſtituere, credere & credendum proponere, ſaluti omnino noxium & illicitum eſt *Galat. V. 9.* Modicum falſi dogmatis fermentat totam maſſam Matth. V. 19. Ne minimum jota aliter exponendum eſt, quam intellexit Spir. S. *Contra Photin. Armin.* Vedel. Rhapſod. pag. 37.

III. Gentilium aſſerta de SS. Trinitate.

D*Ionyſ. Petav. Dogmat. Theolog. l. 1. de Trinit. c. 2. per totum* examinat gentilium aſſerta de Trinitate oſtendens, Philonem Judæum clariſſimum Platonicæ ſectæ imitatorem, de quo dictum: Aut Platonem tanquam alterum Philonem loqvi; aut Philonem tanqvam alterum Platonem loqvi. *Iſidor* l. 3. ep. 81. *Photius* Cod. 105. Hunc inquam Philonem foviſſe dogma Platonis, duos DEos eſſe, alterum Patrem ac ſummum, alterum ſecundum, prioris illius filium, eoq; inferiorem, & illi ſubjectum &c. Talibus (ſubdit judicium doctiſſimus Petavius) de filio DEI præconiis Arrianorum Philo perfidiam armavit. Neq; quibusdam è Catholicis noſtris aſſentiri poſſum, qui & hujus & aliorum, maximè gentiliũ, ejusmodi ſcita, quæ de divinis perſonis utcumq; aliquid tinniunt, cupidè deoſculantur atq; ad Chriſtiani integritatem dogmatis accommodare ſtudent, labe omni erroris, & invidia, fuco quodam falſæ, ac violentæ interpretationis obducta. Qui quidem meritò in Photii reprehenſionem incidunt, qui Noſtrorum ait, *aliquos ea quæ plurimum diſtant & abhorrent, eniti ad religionis noſtræ, quæ nequaquam indiga, ſed ſola ſincera eſt ac vera; comprobationem per vim applicare, eaq; conciliare cum noſtris, à quibus magis differunt, quam à luce tenebræ.* Non abſimilia de Patre, ac Mente, hujus filio, utroq; DEO, ſed illo ſuperiore, imò ſumo; hoc inferiore ac ſubjecto, longè ante Platonem à Chaldæis & Ægyptiis memo-

memoriæ prodita celebrantur, quorum principes, autoresq; sunt habiti Zoroastres & Mercurius Trismegistus, Oracula Magica, quæ Pletonis ac Pselli scholiis illustrata sunt, & cū Sibyllinis oraculis Lutetiæ edita. Mercurii quoq; ποιμάνδρης jam olim prodiit. In utroq;, sed hoc præsertim expressa sunt Platonici dogmatis arcaniq; vestigia, quæ magnis clamoribus à plerisq; solent excipi, imprimis ab Augustino Steucho Eugub. qui in opere de perenni Philosoph. quædam ab illis penè Christianè dicta commemorat vehementerq; miratur. Velut est illud è Zoroastris Magicis,

Omnia enim perfecit Pater, & Mente tradidit
Secundæ: quam primam vocat omne genus hominum.

Mercurii plura testimonia.

Opus utrumq; confictum videtur *Petavio*, sed & aliis. Vid. Ursini Zoroastrem. Sam. Bocchart, Phaleg. l. 4. c. 1. demonstrans Zoroastrem non esse Cham, sed multo recentiorem, nec Bactrianorum Regem Nino æqualem, magum fuisse. Conf. Montacut P. 1. Origin. fol. 167. *Voss. de Philosoph.* sect. c. 1. p. 7. De scriptis ejus, magia, pseud epigraphis *Baron. T 2. Annal. 120. n. 36. A. 247. n. 3 Voss. l. 3. de Histor. Græc. c. ult. Edw. Pocock. not ad specimen. Hist. Arab. p. 147. Voss. Theol. Gentil. l. 1 p. 32. l. 2. p. 411. Camerar. Hor. sub c. Cent. 1. p. 316. Cæl. Rhodig. p. 487. 12. 482. Athanas. Kircher. T. 2. Oedip. §. 1. p. 129. seqq. Maiol. D. Canicul. p. 456.* De Hermete Trismegisto *Ursin. libell. citat. Seherlog. Antiquitat. Hebr. p. 177. Cæl. Rhodig. p. 999. Baron. Apparat. T. 1. 18. Kircherus* T. 1. *Oedip. p. 86.* T. 2. *P. 2. 426 Mund. Subterr.* T. 2 *p. 313.* Suppositium scriptorem semi Platonicum, semi Christianum vocat *Vossius* T. 1. *Theol. Gentil. l. 1. p. 75.* Furta ex sacris tum Zoroastrem, tum alios deceptores commisisse, ostendit multis *Ursin. Exercit.* p. 44. 105. 108. 164. 168. *de Zoroastre.* Ethnicorum fabulas ex Historiis sacris desumtas. Vid. ap. Dillherr. T, 2. Disp. Phil. II. cap. 2. confer. Spicileg. Christoph. Arnold. p. 51. Concludit demum D. Petavius l. c. §. 6. ut de Eugubino aliisque recentioribus modo sileatur; unum ex antiquis præterire non possum, qui hoc in genere modum omnem pudoris, ac veritatis excessit. Is est Claudianus Mammertus; cujus de Platone ex lib. 2. verba ista sunt. *Quo fit ut mirari admodum* dignè nequeam hujus Platonis animum, qui tantis equidem seculis ante puer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

puerperium virginis, ante prædicatam summæ Trinitatis in gentibus *unitatem ineffabilem, unum tres in divinitate personis laudabili ausu, mirabili ingenio, non imitabili eloqvio qvæsivit, invenit, prodidit Patrem DEum, paternamq; mentem, artem, sive consilium: nec non & utriusq; horum amorem mutuum, unam, summam, æquiternam, indivisam divinitatem, non solum ita credi oportere decuit, sed ita esse convicit.* Hæc de Platone Claudianus, qvæ profecto nunquam scripsisset, si aut Platonem ipsum, aut Platonicorum monimenta diligentius legisset. Nam quæ de Trinitate ab illo pronunciata asserit, de iis ne somniavit iste qvidem; ut trium in eadem divinitate personarum unitatem summum & indivisum putaret esse, præsertim tertiæ.

IV. De Spiritu Sancto qvædam.

AB antiqvis Ethnicis ignoratum tradit jam laudatus *Petavius l. 1. c. 2. Theol. Dogmat. §. 5.* Ad extremum nec illud prætererim; quod ad Philosophorum ipsorum testimonia spectat, quibus sanctissimæ Trinitatis mysterium adumbrare visi sunt, *plerosq; præter summum DEUM ac Patrem, etiam Verbi, ac Filii mentionem fecisse; Spiritum verò Sanctum ignorasse funditus*, quod ex Didymo refert Augustinus, idqve significatum ait esse in Magorum Ægyptiorum historia, qui cum Mose contendentes, cum cyniphes, itidem, ut ille, neqvirent educere, dixerunt. *Digitus DEI est hîc.* Qvippe digitus DEI Spiritum Sanctum indicat. *Commendatur enim fortasse Trinitas*, ait Augustinus *& quod verum est, summi Philosophi gentium, qvantum in eorum libris indagatur, sine Spiritu S. Philosophati sunt: qvamvis de Patre & Filio non tacuerint: Qvod etiam Didymus in suo libro 2. meminit, qvem scripsit de Spir. S.* Ex qvo addit *Petavius*, ut & cæteris omnibus quæ de Platone, ejusq; dogmate capite superiore diximus, liquet, quantopere existimatione sua falsi sunt nostri quidam, qui Platonem tanquam Trinitatis propugnatorem, & propè Christianum, nimiis & invidiosis in cœlum laudibus extollunt. cap. 14. deducit Petavius, *qvi malè senserunt de Spiritu Sancto.* Quos inter Sadducæi, qui neque Angelos, neq; Spiritum ullum esse asserebant *Actor. 23. 8.* Ignatius in ep. ad Trallian. meminit quorundam hæreticorum, qui Spir. S. funditus negabant. Alios commemorat, qui eundem ajebant esse Patrem, Filium, Spir. S. Cum nudum hominem affirmarent

Christum, cujusmodi fuere Patripassiani, Valentinus. Lactantium & Tertullianum, etiam cum Patre & Filio, Spirit. S. confundere ausos. Sed contrarium patet ex scriptis. Postmodum adducit Simonis Magi Origenis, Dionysii Alexandrini. Pierii, Eusebii, Arii, errores de Spirit. S. addens: *Plerosq; Catholicos Spiritum S. DEUM aperte profiteri ausos non fuisse.* §. 19. *scribens*: Nonnulli tamen cæteroqui Catholici per idem tempus Spiritum S. palam apertéq; DEUM nominare non sinebant & qui vocare sic audebant, eis tanquam Catholicæ fidei inimicis obstrepebant.

Alii etsi DEUM esse non dubitarent, pacis, & concordiæ studio, ac ne malevolos istos offenderent, publicè id minimè profitebantur. Priorum istorum sæpe meminit Basilius; ut in libro de Spiritu S., cujus argumentum ex illa hominum factione pręcipuè sumptum est. Et in epist. 141. Posterioris vero generis fuit aliquando Basilius ipse: quod luculento testimonio asserit Gregor. Nazianzenus in Oratione illius funebri, ubi quosdam refert insidiatos esse Basilio, ac publicos ejus sermones diligenter observasse, utrum DEUM esse Spir. S. nominatim diceret, ut ejiciendi illius è sede sua occasionem inde caperent. *Illi*, inquit, *nudam & apertam vocem de Spir. S. quod esset DEus, arripere studebant (quod quidem tametsi verum erat, impium tamen illis, atq; improbo impietatis antistiti videbatur) ut eum quidem cum Theologica lingua civitate pellerent, ipsi autem Ecclesiam occuparent.* Horum ut conatus eluderet Basilius, appellatione quidem DEI, cum de Spir. S. ageret, prudenter abstinuit, rem tamen ipsam disputãdo, argumentandoq; sic probavit, ut adversarios constringeret & de incitas redigeret, non sine præfatione veniæ, quam à Catholicis petiit, ut pacis & otii studio interim sibi liceret DEI nomen supprimere, cum de reipsa constaret. Quin etiam Gregorio Nazianzeno amicorum intimo eas partes mandavit, ut, quo minus propter obscuritatem invidiæ patebat, Spir. S. divinitatem palàm profiteretur, ac publicè, dum ipse tempora verens inimica pacis & fidei Catholicæ, rem, ut dixi, solam citra vocem usurparet. Hæc latissimè in illa Oratione prosequitur Gregorius. Enimvero disertè nonnunquam DEUM esse Spir S. professus est Basilius: ut in epistola 141. *Confitendum est* θεὸν τὸν πατέρα, θεὸν τὸν υἱόν, θεὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον *DEum esse Patrem, DEum Filium, DEum Spiritum S.: quemadmodum divinæ scripturæ, & qui sublimora contemplati sunt, docuerunt.*

Tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Tum postea non solum DEUM illum nominat; sed eos etiam refellit, qui ab hoc vocabulo abstinendum putabant. *Et in l. 5. contra Evnom.* DEum colligit ex eo, quod & peccata condonat, & eandem cum Patre & Filio naturam habet, atq; efficientiam. Mitto innumerabilia loca, in qvibus ea, quæ divinitatis unius propria sunt, Spiritui S. dat; veluti: *Communiter adorari cum Patre, ac Filio. Item non esse creaturam,* quod in lib. de Spir. S. & l. 5. contr. Evnom. & epist. 60. 61. 78. 141. demonstrat. Idem porrò ut à Pnevmatomachorum secta quamplurimos ad Ecclesiam alliceret epist. 203. & 204. ad Tarsenses presbyteros scribens, hortatur eos, ut qui ab illa hæresi transire ad Catholicas partes voluerint, nihil ab iis amplius exigant, nisi ut creaturam negent Spiritum S. etsi DEUM apertè non nominent. Minus hoc mirabimur, si meminerimus, ne ipsum quidem Constantinopolitanum Concilium Oecumenicum, qvod adversus Macedonianorum & Pnevmatomachorum hæresin præcipue collectum est, DEum aperte in Symbolo suo nominasse Spiritum S. Nam hoc unum de eo posuit: *Et in Spir. S. Dominum vivificantem, qvi ex Patre procedit: qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur.* Atqui de Filio id, quod in Nicæno jam erat, usurpavit. *DEum de DEO.* Sed tantundem videlicet, putavit esse *Dominum & vivificum* appellare: tum *simul adorari cum Patre & Filio* ipsum dicere, ac DEUM expresse vocare. In *epistol. vero Synodica ad Damasum ap. Theodoret l. 5. c. 9.* Constantinopolitani ipsi Patres plura & disertiora loqvuntur de divinitate Spir. S. quam eandem illi cum Patre ac Filio inesse statuunt; ut qui utriq; consubstantialis & coæternus, increatusq; sit.

Quibus consentanea sub idem tempus Romana decrevit Synodus præside Damaso cujus *cap. 10.* exstat fidei professio ad Paulinum Antiochenum edita in qua Macedoniani damnantur & Spirit. S. divinitas plena professione sancitur. Confer eundem *Petavium libro III. Dogmat. Theologiæ.*

V. De puerperis, & infantibus recens natis, qvædam ex Officiis Græcorum.

Jacobus Goar. Parisin. in εὐχολογ. Græcor. Paris. 1647. fol. meminit *Officii, sive Orationũ in mulierem puerperã die nati ejus pueri primo:* Do-

» minator omnipotens Domine, qui morbum omnem, cunctamq;
» infirmitatem ſanas, ipſe præſentem etiam ancillam tuam N hodie
» fœtum enixã cura & quo jacet lecto, eam erige: quia juxta David
» Prophetæ verbum in iniquitatibus concepti ſumus, & per ſordes
» in tuo conſpectu aſtamus ἐσμὲν ἐνωπιόν σȣ. φύλαξον ταύτην ſerva il-
» lam & præſentem quem edidit puerum, ex hac die ad ultimum
» usq; illius obitum, ſub umbra alarum tuarum, illam protege: in-
» terceſſionibus πρεσβείας immaculatæ DEI genitricis & ſancto-
» rum omnium. Quia tu benedictus es, in ſecula ſeculorum Amen.

Additur altera oratio ejusdem fere tenoris, cui tamen inſeritur ora-tio: ut DEUS illam à Diaboli tyrannide conſervet, puerum ab omni veneno, cunctaq; adverſarii agitatione nec non à ſpiritibus malignis, ſive diurnis, ſive nocturnis, puerperæ citam & promptã effluvii ejectionem largiatur à ſordibus, emundet, dolores mitiget, à ſpirituum inſultibus tueatur, ã zelo, invidia, ab oculorum faſcino, à corporis profluvio emundet & viſcerum tormentis liberet &c. *Sed & tertia additur oratio*, etiam illius ferè tenoris. Ad quæ *Goar* notat, in nullo, quam *Coreſiano* MSC. ſe vidiſſe preces pro fœmina primo die, partus faciendæ, unde quamvis non illaudandam, recentem tn. vel ſaltem renovatam oportet eſſe hanc, *ſcribit* tum ap. Græcos, tum apud Orientales Latinos à quibus religioſe obſervatur, conſvetudinem. Abhorret *Concil. Mediolan. III.* â tali conſvetudine, veluti periculoſa, & minus decente Sed certè laudbilis & pia hæc conſvetudo reducenda foret, orationes ad Deum fundere nunquam vel periculoſum vel minus decens. Rationes harum precum quæ ſatis piæ, ſi abſint, qvæ vera oratio reſpuit, in ipſis orationibus in veniuntur. Eleganter *Symeon Theſſalonic.* apud *Goar* p. 318. Ευχολ.

Quare in pueri nativitate & à ſacerdote fiat oratio? Reſpondet: qvandoqvidem enim carne nati ad ſpiritus regenerationem, hac via nos deduci convenit, Eccleſia Chriſti ut immaculata & in Chriſto ſanctificata, inter DEO devotos peccatricem noſtram, & ex carne generationem ſtatim emundare aggre-

ditur,

ditur, & à matre devota, fœtu edito, advenit Sacerdos. Deoq; eandem agit, quia natus est homo in mundo, signoq; crucis puerum benedicit, & vivum permanere & Baptismum Chrismaq; recipere postulat, & matri, quæ & salutem conducunt precatur. Subjungitur oratio p.319. pro mulieribus ad stantibus: Domine Deus noster, qui de animalibus in linteo contentis Petro Apostolo Coryphæo dixisti: quæ Deus emundavit, tu ne communia duxeris, & cuncta execranda, & immunda pro puris haberi sanxisti. Ipse benedic, & sanctifica præsentes tuas ancillas ut inculpate in tuam Ecclesiam intrent &c. Subjungitur item oratio in mulierem puerperam post 20. vel 15. dies. Pag. 321. *Oratio ad crucem signandum puerum suscipientem nomen octava die nativitatis suæ.*

Octavo die à Nativitate puer ab obstetrice in templum deportatur ap. Græcos & præ foribus sistitur, Sacerdos dicit: τελοσάγιον ἡ παναγία τρίας Ιερ. *Sanctus Sanctissima Trinitas cum Pater noster. Quia tuum est regnum.* Tum signat ejus frontem, os, & pectus dicitq; orationem, ubi orat ut infans insidias Diaboli effugere possit, mandatis divinis obsequatur, sanctæ Ecclesiæ DEI aggregetur & mysteriis perficiatur regni cœlestis compos fiat, signaculum hoc intemeratè custodiens. In casu infirmitatis, si ablutus fuerit infans continuò baptizandus. De Nominum impositione idem *Goar* notat p. 323. pueris, quod recens orti plerumq; extingvantur, nonnisi 7. die Græci quædam imponebant nomina. *Aristotel. l. 8. de Hist. Animal.* τὰ πλεῖστα δὲ παιδία ἀναιρεῖται πρὸ τῆς ἑβδόμης, διὸ καὶ ὀνόματα τότε τίθονται ὡς πιστεύοντες ἤδη μᾶλλον τῇ σωτηρίᾳ: Plurimi ante septimum diem pueri intereunt: ideo tunc solum nomina imponunt eis, qui de salute ipsorum magis confidunt. Nonum expectabant Athenienses, eundemque maribus designabant Romani, à quo Nundinam Deam vocabant, quem etiam Lustricum & celebrem à lustratis, & expiatis puerulis censebant, octavum autem fœminis volebant reservatum. Deus in V. T. octavam designavit diem, quo etiam Christus circumcisus, ad quem morem nomina suis liberis Græci octava die

im-

imposuerunt. *Sim. Thessalonic. l. de Sacram.* Nomen autem sic acceptum, confestim puer Ecclesiæ dare censetur, ut Catechumenorum numero habeatur aggregatus: nomen enim in Ecclesia dare Catechumenorum erat, ut de seipso *Augustinus in Confession. Ubi venit tempus quò me dare nomen oporteret, relicto rure Mediolanum remeavimus.* Qua vero solennitate acciperent nomen Imperatorum filii, describit Nicetas Manuelis Comneni l. 5. *Pueri natalitia, eumq; quo nomen* acceperat diem celebriorem reddere gestiens *prout Græcorum Imperatoribus moris erat cives honoratiores ramos virides manibus gestantes ad convivium vocavit & puerum appellavit Alexium.* Subjungitur Oratio in mulierem puerperam post 40. dies ap. *Goar* p. 324. qui sic: Quadragesimo die templo rursum præsentatur puer ut Ecclesiæ aggregetur, à matre vero jam plenè mundata lotaq;, ad stante etiam qui susceptoris munus in Baptismate obiturus est, offertur: Sacerdos verò benedictione præmissâ, dicit: *Ter Sanctus, Sanctissima Trinitas cum Pater noster. Quia tuum est regnum. Gloria.* Et matre cum puero caput inclinante, crucis super eum signum facit Sacerdos, & manu caput ejus tangens, dicit orationem. „Domine Deus omnipotens Pater Domini nostri JESU „Christi &c. Te rogamur, te precamur, famulam tuam N. hanc „ad tuam Ecclesiam nunc accedentem, ab omni peccato „& ab omni sorde perpurga: ut absq; omni offensa sanctorum tuorum mysteriorum particeps fieri mereatur. Huc „usq; legitur, si non sit in vivis infans. Dde clara voce: Puero „etiam ex ea nato benedic, fac illum crescere, sanctifica, instrue, prudentem redde bonis moribus imbue quia illum in mundum eduxisti & ut tempore præstituto spiritualis luminis compos fiat, lucem ei sensibilem demonstrasti, utq; sancto tuo gregi annumeretur, per unigenitum Filium. Pax omnibus. Capita vestra Deo inclinate τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ κυρίῳ κλίνατε.

Sequuntur adhuc aliæ Orationes in puerum, & matrem. Tum Sacerdos accepto puero, ante fores templi, cum eo crucem effor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

efformat, dicens: Ἐκκλησιάζεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ ὁ δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ τὰ ἑξῆς. Ecclesiam ingreditur servus DEI N. in nomine Patris, Filii, & Spirit. S., nunc & semper &c.

In templum deinde inducit, dicens: εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκόν σου προσκυνήσει, πρὸς ναὸν ἅγιόν σου. *Introibit in domum tuam: adorabit ad templum sanctum tuum.* Et in medium usqve templi intrat, dicens: Ἐκκλησιάζεται, ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ. Ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. *Ecclesiæ fit consors servus DEI N. &c. In medio Ecclsiæ laudabo te.* Et ad sanctum usq; altare inducit, si fuerit masculus: si v. fœmina ad usq; speciosas portas, dicens: *Nunc dimittis.* Qvibus expletis dimittit eum ad altaris portas. Susceptor triplici προσκυνήσας adoratione præmissa: Et elevat eum & discedit. Sacerdos dimissionem, ut moris est, absolvit. Præceptum V. T. de puerperis inquit Goar p. 328. ad Christianas puerperas non pertinet: Ecclesia nihilominus quæ decorem diligit & decorum observat domus Dei ingressu aliquot diebus abstinere præcepit, ut ex Deiparæ virginis purgationis nunquam indigæ, purgationis tamen Legem adimplentis imitatione earum obedientia puritatis egens probaretur.

Obedientiam illam ex præcepto requirunt Græci. Latini nonnisi ex reverentiæ observantia. Gregor. III. P. in Canonibus Pœnitentialibus quidem sanxerat: *Ut nulla mulier ante mundum sangvinem, Ecclesiam intraret, qvia in usu habetur: aliàs 40 pœniteat diebus* in excerpt. c. 30. T. 6. Bibl. Pp. & cap. 25. *Mulieres menstruo tempore in Ecclesiam non intrent: quod si præsumserint, tres hebdomadas pœniteant.*

Post receptum tamen ap. Latinos hujusmodi usum, idem ipse ex Gregor. l. 1. 12. ep. ad interrogatum 10 Augustini rescribentis subinfert mitiorem hanc sententiam: *Non tantum non debere vetari ejusmodi fœminam in Ecclesiam intrare, atq; sacris assistere, sed sanctæ communionis mysterium in iisdem diebus percipere, non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumit, laudanda est, sed si percipiat,*

non

non judicanda. Si mulier hora eadem, qva genuerit actura gratias, intret Ecclesiam, nullo peccati pondere gravatur. ἐκκλησιάζουσιν apud Aristophanem ſunt, quæ conventum popularem, & publicum congregant, & agunt, ideoqve cum cœtus fidelium ſit Eccleſia, qui ejusmodi cœtum convocabit erit ἐκκλησιάζων; ad miſſus vero in iſtiusmodi cœtum ἐκκλησιαζόμενος. *Munditiem* vero Græcos in Eccleſiis ſuis requirere tantam, ut à partu, nondum purgatas mulieres ab illorum ingreſſu arceant; & menſtruis defluentibus inquinatæ, rubore contempto, conſcientia urgente, ſeipſas hodie eliminent, panem pro oblatione pinſere detrectent, ſed & ſacra quis tangere, reliquiasq; deoſculari vereantur: illisq; ſatis eſt, juxta limina, forisq; ſub dio oculis tranſeuntium expoſitas ſtare εἰς ναὸν τοῦ θεοῦ εἰσιέναι ἢ μεταλαμβάνειν αὐτὰς οὐ δεῖ *Templum ingredi, vel ſanctorum ipſas eſſe participes non decet* inqvit Balſamon quod ap. Latinos quoque factitatum legere eſt apud Honorium ſuperius memoratum: *menſtruæ viris commixtæ foris Eccleſiam ſtare ſolent.* Sed neq; tunc veſtibula, ſive Nartheces Eccleſiæ infidelibus, excommunicatisq; pervios, pedibus illarum teri concedit Balſamon. Mitius tamen cum impuris mulieribus agendum, & naturæ imbecillitatis non ſpontaneo ſeſe onere levantis, quicquid in adverſum objectent, & obtrectent Greci & Latinæ mulieres inter eos ſcrupuloſius timeant, majori Compaſſione toleranda, ex reſponſo *D. Gregorii libr. 12. ep ad Auguſtin.* Mulier *dum ex conſvetudine menſtrua patitur, prohiberi Eccleſiam intrare non debet quia ei naturæ ſuperfluitas in culpā non debet imputari, & per hoc quod invita patitur juſtū non eſt, ut Eccleſiæ ingreſſu privetur. Novimus, namq; quod mulier quæ fluxū ſanguinis patiebatur, poſt tergū Domini veniens, veſtimenti ejus fimbriam tetigit, atq; ab ea ſtatim infirmitas receſſit.* Vide huc *Petri Franciſci Paſſerini tract. Pollic. Eccleſ.* p. 255. diſp. *7. c. 5.* & *Giſbert. Voët.* P. *1.* Polit. Eccleſ. p. 333. Addimus obiter ex *Auguſtino l. 6 c. D. c 9.* qui teſte Varrone refert, gentiles adverſus *Sylvanum* pro puerperis tres DEOS tutelares excogitaſſe, qui adverſus territiones nocturnas eos tuerentur, qua fini tres

viri ſingulis noctibus domum puerperæ circumvallarunt, qvorum unus ſagitta percuſſit limina, alter clavâ : tertius ſcopis verrebat, nomina Deorum tutelarium erant. *Intercidena Pilumnus, Diverra. S. Margaretham* patronam eſſe puerperarum & parturientium refert *Arturus du Monſtier. Gynec. Sacr. Pariſ. 1657. ad 20. Jul.* Adde tandem & hoc obiter ex *Andreæ Pinti Ramirez. Spicileg. Sac.* p. 87. veſtes ſuas morituras puerperas Diis dedicaſſe, de qvo *Euripides*; loquitur de *Iphigenia* in templo Dianæ in Tauris ſepelienda,

> Ὅυ καὶ τεθάψη κατθανῦσα, καὶ πέπλων
> Ἄγαλμά σοι θήσουσ' ἐυπήνους ὕφας
> Ἅς ἄν γυναῖκες ἐν τόκοις ψυχοῤῥαγεῖς
> Λείπωσ' ἐν ὄικοις.
>
> *Ubi etiam ſepelieris mortua, & veſtium*
> *Monumenta tibi ponent, texta ſerica,*
> *Quæ mulieres in partu animam efflantes*
> *Reliqverint in ædibus.*

Hujus dicationis, ab his fœminis cauſam inqviro adhuc (*addit Ramirez*) niſi forte Dianæ (quæ partus numen) ejusq; Sacerdoti ideò partu emortuæ veſtes ſacrarent, ne numini ſubiratæ crederentur & ſaltem haberent propitiam qvam Proſerpinam, quam duriorem Lucinam expertæ fuerant.

Deniq; ſubnectitur *à Goare loc. cit. Oratio in mulierem cum abortitur.* Præmittit Sacerdos benedictionem : *Ter Sanctus S. T. P. n. Qvia tuum eſt &c.* Dominator DEUS noſter qvi ex ſancta Deipara, & ſem- “
per virgine natus, ut puer in præſepio recubuiſti, ipſe præſen- “
tem ancillam tuam hanc, peccatis implexam, quæ in homicidi- “
um ſponte aut non ſponte incidit, & conceptum à ſe fœtum abe- “
git, benigne ſecundum miſericordiam tuam reſpice, ſpontaneaq; “
& non volita ejus delicta condona, & ab omni diaboli fraude “
conſerva, ſordes ejus emunda, dolores leni, bonam valetudinem “
roburq; corpori, & animæ clemens largire ; & per Angelum luci- “

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Paschal. de coro l. 2 c. 16. qvi ex eleganti antiquitate oſtendit ſponſum & ſponſam coronatos coronis è floribus aureis, addito pretioſo gemmarum decore, ſed & familia coronata, affines, domus domeſtici, thalamus, januæ redimitæ olea & lauro. Certè veſtibulum omnesq; aditus ejus domus, in qva celebrabantur nuptiæ, aſpiciebantur corollis & ſertis redimiti. Unde Hierocles ap. Stobæum ait, eos quæ inconſultè uxorem ducunt, oſtiis coronatis tyrannum pro uxore inducere ſibi. Nos addimus Athenienſium morem, ubi puer elegantiori ornatu, corbem panibus repletum præferens clamavit: ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον, effugi mala pericula, inveni bona.

Poculum à ſacerdote exhibitum, non tam communionis Euchariſticæ cauſa, uti quidem Arcudius voluit, ſed deſerviebat indiviſi convictus ſocietati & communi bonorum omnium uſui, & poſſeſſioni ex æqvo habendæ, & repræſentandæ, ſic *Simeon Theſſalonic.* Communis autem poculi delibatio à ſponſis facta, non eſt Græcorum ita peculiaris ritus, qvin alias qvoq; obſervatus. Polydor. Vergil. l. 1. c. 4. de J. R. memorat de *Anglis*. Sed & ſcyphus vitreus, poſt ternam delibationem fractus, *tum* corporum, *tum* animorum nubentium aliis qvibuscunq; conſortium interdictum indicat: hocq; eodem ritu Hebræi hauſto vino in nuptiis cyathum confeſtim terræ illidunt, & comminuunt: ut nubentium, vel ſpectantium animos, ad fragilitatem, & brevitatem humani cujuscunq; gaudii ad inſtar vitri effracti citò citius præterituri contemplandā invitent. *Goar* putat, ſcyphos vitreos confractos apud Græcos, ne in profanos uſus converterentur.

IIX. *Conſvetis indumentis ſacerdotes ſepulti.*

J*Acobus Goar* ἐυχολογ *Græcor.* p. 582. a Conſvetis, inqvit, clericalibus indumentis ſacerdotes, ſicut & Monachos vita functos, propriis involvi, tum recentia, tum antiqua exempla declarant.

dedicavit eam in funus ejus. Nam *togam in funus alicujus dedicare*, nihil aliud est, quam in id eam dare, ut eâ mortuus involvatur. In vulgo civium & tacito funere vulgarem Togam, quæ alba erat usurpatam existimo *Artemidorus l. II. c. III.* Ἀνδρὶ νοσοῦντι λευκὰ ἔχειν ἱμάτια θάνατον προαγορεύει. *Viro ægrotanti albas habere vestes mortem denotat.* Διὰ τὸ τοὺς ἀποθανόντων ἐν λευκοῖς ἐκφέρεσθαι h. e. *Propterea qvod mortui in albis vestibus efferentur.* Agnosco hunc ritum qvoq; in Græcis. Homerus Iliad Σ de Patrocli funere,

> Ἐν λεχέεσι δὲ θέντες ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν
> Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς. Καθύπερθε δὲ φάρεϊ λευκῷ
> In lectum autem imponentes linteo subtili texerunt,
> Ad pedes á capite : desuper autem alba veste.

Pauperes tamen & tenuioris fortunæ homines non videntur elati in albis, monente eodem Artemidoro. *Novi ego multos & pauperes & servos & vinctos* ægrotantes, qvi etiam cum viderentur sibi nigra habere vestimenta mortui sunt. Vero simile enim erat hos non in albis propter inopiam efferendos esse. Atqui hos vilibus pannis fuisse involutos existimo, monitus ab Eusebio in Chronicis : *Cassius Severus Orator egregius 25. exsulii sui anno summa inopia moritur, vix panno verenda contectus.* Sic *Phyromachus* helluo ἐν τεύχει χλαίνης nam τεύχος est frustum vestis laceræ, ῥάκος (*Goar* Εὐχόλ. p. 472.) Alias cadavera in honestissima veste efferri mos erat *Valer. Maxim.* l. 4. c. 5. fratrem germanum pretiosa veste opertum rogo imposuit *Hieronymus in vit. Paulæ.* Cur
ei. mortuos vestros auratis obvolvitis vestibus. Hinc magistratus toga prætexta induebantur, Censores purpurea, Triumphales auro intexta. Marcus Antonius, Marci Bruti corpus qvo honestius cremaretur, injici ei suum palludamentum τὴν φοινικίδα jussit *Valer. Max. l. 5. c. 1.* Forte huc etiam Eutychianus Pontifex respexit, qvi authore Damaso constituit, *ut quicunq; fidelium martyrem sepeliret, sine Dalmatica aut Colobio purpurato nullatenus sepeliret*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

pelirer. Eſt autem Dalmatica, ut explicat *Iſidorus lib. 19. origin. c. 22.* tunica ſacerdotalis candida cum clavis, & purpura; ſive cum duabus lineis ut *Amalarius de Eccleſ. Off.* l. 2. c. 21. Non autem Romæ ſolum, ſed & Lacedæmone honeſtiores ἐν πορφύρᾳ elatos legimus. *Plutarchus* Νομιμ, λακων de Lycurgo loquens: *Ne qvid una cum cadaveribus ſepelirent* ἀλλ' ἐν φοινικίδι καὶ φύλλοις ἐλαίας &c. *mandavit, præter puniceam veſtem, & olivæ folia, in qvibus æq; omnes cadavera ipſa componerent.* Diſtinguit autem diſertè *Aelianus* l. x. Var. hiſtor. c. 6. & vult eos ſolos quorum virtus inter cœteros emineret τοὺς τελέως ἀριστεύσαντες ἐν φοινικίδι ταφῆναι. Mediocris autem fortitudinis homines ramis oleæ, & aliis frondibus decoratos Verum apud Romanos veſtium diſcrimen non tantum in viris fuit obſervatum, ſed & in matronis. Qvarum n. filii magiſtratus curules geſſiſſent, eas in honoratiore veſte elatas, patet ex Propertio l. IV. eleg.

Et tamen emerui generoſos veſtis honores.

Cæterum veteribus tanta ſemper fuit cura veſtium funebrium, ut eas plerumq; in vita ſibi & ſuis conficerent. *Virgil. l. 9. Aeneid.* qvi matrem Euryali ſic qverentem introducit:

- - - - - nec vulnera lavi
veſte tegens, tibi qvam noctes feſtinaq; dies Urgebam &c.

Ex hoc ritu mortuos ſplendide veſtiendi, proculdubio ortum, ut etiam vivi in mortem, qvam ſibi jamjam ſubeundam videbant, pretioſiſſimis veſtibus ſe exornarent, viri pariter, ac mulieres. Hoc fecit Alceſtis, qvæ ſe pro marito morti dare non recuſavit. Sic & Olympias magnanima illa Alexandri M. mater *Juſtinus. lib. 14.* Olympias *ubi obſtinatos venire ad ſe armatos vidit, veſte regali duabus ancillis innixa ultro obviam procedit.* Sed & Cleopatra. *Florus l. 4* De viris inſigne exemplum habemus in Romanis Patribus, cum Galli duce Brenno urbem cepiſſent *Li-*

„dum ab omni dæmonum invisibilium insultu custodi &c. &c
„Ideo cum tremore clamamus & dicimus: respice de cœlo, & vi-
„de infirmitatem nostri reorum & ancillæ huic tuæ, quæ in pecca-
„tis est, & in cædem sponte, seu non sponte incidit & conceptum
„fœtum abjecit, veniam largire: Omniumq; illam circumstantium
„& attrectantium miserere & remissionem præbe; Qui tu solus
„habes potestatem remittendi peccata &c. *Goar p. 331.* εὐχολ.

Expiant orationibus Ecclesiasticis mulieres abortivum parientes Græci; *tum* immunditiæ corporis tollendæ opinione, *tum* mitigandis corporeis doloribus & conscientiæ scrupulis qui-bus timidiores mulierculæ cædis in fœtum perpetratæ seipsas condemnare consveverunt, *tum* deniq; quia illos in numerum ἐπιτιμηθέντων relatas, ut ἀκουσίου φόνου non spontaneæ saltem cædis reas *juxta Synod. Ancyran. can. 22. & ep. 1. Basil. ad Amphiloch. Can. 8.* *speciali, & privata pro eis oratione* fusa, necesse est Ecclesiæ reconcilia-ri. An vero innoxiæ mulieres, casu, vel naturæ imbecillitate fœ-tum emortuum abjicientes à pia matre Ecclesia, cædis commissæ condemnandæ sunt. Respondent Græci, etiam cædi involunta-riæ suas esse pœnas constitutas. Græcis similem inter suos pœni-tentiales unum edidit *Gregor. III. cap 17. Tom. VI. Biblioth.* Pp. mu-lieres omnes tum sontes, tum innoxias si abortum pariant, ple-ctentem: *Mulier quæ concipit, & occidit filium aut filiam in utero, ante 40. dies; unum annum pœniteat, si post 40. dies, quasi homicida pœniteat. Sine culpa tres quadragesimas: illæ quæ suos infantes opprimunt negligenter, ut homicidæ pœniteant: sin aliter in judicio pendeat sacerdotis.*

VI. Ordo Græcorum in sponsalibus.

GOar. εὐχολογ. p 380. Post missam stante in sacrario sacerdote, con-jugio copulandi præ sacris foribus consistunt, vir quidem à dextris mulier autem à sinistris. Sunt v. repositi in dextra mensæ parte duo ipso-rum annuli, aureus & argenteus; Ex iis aureus dextrorsum respicit: argen-teus sinistrorsum; Tum Sacerdos recens nuptorum capita signat, tradit cereos accensos, & in templum illos inducit & cruciformiter thus ado-

Studiose vero sibi, hæc ad sepulturam præparavisse Veteres, Gregorii Nysseni de se ipso testimonium manifestat, qvi vestiendæ sorori Macrinæ (distractis in pauperes vestibus & facultatibus propriis) paratam suæ sepulturæ vestem protulit. Lampadiam enim. Diaconissam virginum choro præfectam, & sorori post mortem curandæ, intentam, ubi interrogat εἰ τ ἐμοὶ πρὸς τὴν ταφὴν ἡτοιμασμένων προαγάγοιμοι. *Quid si ad funus ornandum exiis, quæ mihi parata sunt aliquid proferam.* Mox subdit ; *Cum itaqve ita visum esset, & sacrum illud Corpus vestibus tegi oporteret, ego quidem imperavi cuidam ex meis, ut vestem afferret.* Et mox : Sacerdotes & Pontifices non nisi cum vestibus sacris quondam sepultos fuisse monumenta ipsorum clare testantur. Et Baronius quidem ann. 310. de S. Marco Alexandriæ Episcopo scribit, illum vestibus Sacerdotalibus albi coloris, colobio & Homophorio tectum, perinde ac viventem in S. Marci Christi Discipuli sede collocatum, odoribus ¡ncensis fumantibus, & delibutum ungventis sepulturæ mandatum; Cutbertum quoque sanctum Pontificem *vestimento Sacerdotali indutum*, mox fuisse sepultum, enarrat *Beda apud Amalarium l. 4. de Offic. c. 42.* De S. Martiano Presbytero idem refert *Gregor. Turonensis.* Hanc porro consvetudinem à Sylvestro injuriæ rebus sacris illatæ nomine damnatam ob consvetum saltem usum tolerandam, acriter propugnat *Svarez T3, disp. 81. sect. 8. dicens,* Certum esse, si de usu sit sermo, solere sacerdotes & Pontifices vestibus benedictis indutos sepeliri, eamq; consvetudinem licitam esse, & religioni, & pietati consentaneam; nam actus sepeliendi defunctum, actus pietatis est, & circa personam sacram potest esse actus religionis: ergo in hoc nihil est indecens, minusq; expediens. A secularium tamen corporibus removent Canones sacri quascunq; res sacras maxime altaris Pallas : *Decretum de Consecr. dist. 1. c. Antisiodorens Concil c. 12. & Arvernensis c. 3.* Prohibet quoq; can. 83. Trullanus ipsis post mortem Eucharistiam communicari, quamvis Balsamon Pontificibus exhiberi scribat in eundem : Quod sanctus panis post mortem Antistitibus traditur & src sepeliantur, existimo fieri, ad avertendos dæmones, ut per ipsum tanquam viaticum deducatur ad cœlum, qui magna & Apostolica professione dignus est habitus. Notat deniq; *Goar* p. 582.b, De-

let,& dicitur à Diacono : *Benedic Domine*. Inclamatq; *ſacerdos* Benedictus Deus noſter, nunc & ſemper in ſecutura ſec. *Chorus* Domine miſerere. *Diaconus* : Pro ſuperna pace, & ſalute illorum Dominum precemur. *Chorus* Dom. miſer. *Diaconus* : Pro pace orbis univerſi proſpero ſtatu ſanctarum Eccleſiarum & omnium unione, Dominum precemur. *Chorus* : Domine miſerere *Diaconus* pro ſancta hac domo, & cum fide devotione, & timore DEI ingredientibus in eam. Dom. prec. *Chorus* ; Dom. miſ. *Diaconus* : Pro ArchiEpiſcopo noſtro N. venerando Presbyterio, ordine Diaconorum in Chriſto, omni Clero, & populo, D. prec. *Chorus*. Domine miſ. *Diaconus* : Pro ſervo Dei N. & ancilla Dei N. ſibi nunc invicem deſponſatis, & ſalute eorum. D. prec. *Chorus* : Dom. miſer. *Diaconus* Ut ejus concedantur liberi in generis ſucceſſionem & cuncta ad ſalutem poſtulata D. pr. *Chorus* Dom. miſer. Ut eis demandetur perfectus amor, pax, & auxilium. D. p. *Chorus* Dom. miſer. *Diaconus*. Ut in concordia & firma fide conſerventur. D. pr. *Chorus* Dom. miſ. *Diaconus*. Ut in inculpato convictu & converſatione conſerventur. D. p. *Chorus* Dom. miſ. *Diaconus* : Ut honoratas eis nuptias, inviolatumq; thalamum Dominus Deus largiatur D. pr. *Chorus* Dom. miſ. *Diaconus* : Ut ab omni tribulatione, ira & anguſtia liberemur. D. pr. &c.

Oratio Deus æterne, qui diviſa à ſe invicem in unitatem cogis, & inſolubilem eis compoſitionis nexum imponis, qui Iſaac & Rebeccæ benedixiſti, heredesq; illos promiſſionis tuæ declaraſti, benedic etiã his ſervis tuis &c. Qui ex gentibus Eccleſiam virginem caſtam tibi deſpondiſti benedic &c. *Chorus* Amen.

Acceptis deinde annulis *Sacerdos* donat primum, viro aureum, tum argenteum mulieri & dicit : Ἀῤῥαβωνίζεται *ſubarrhatur ſervus Dei N propter ancillam Dei N. in nomine Patris, F. S. nunc & ſemper & in ſecul &c.* Deinde dicit mulieri *Subarrhatur ancilla Dei N propter ſervum Dei N in nomine P. F. S.* Cumq; ter ad unumquemq; hoc dixit, crucem ſuper eorum capita facit annulis & utrumq; dextris eorum digitis immittit. Deinde recens nuptorum annulos commutat aſſiſtens *Paranymphus*. *Sacerdos* vero dicit orationem : *Dominator Deus noſter* qui cum puero Patriarchæ Abraham ut Domino ſuo Iſaac uxorem duceret miſſo ſimul Meſo-

functi sacerdotis ex reverentia studiosissimé faciem tegunt Orientales & velo majoris altaris, Aere dicto, obducunt. quod factitatum olim à Latinis perhibet Concilium Arvernense anno 541. celebr. c. III. *de opertorio Dominici corporis seu palla altaris nunquam sacerdotis Corpus dum ad tumulum evehitur, obtegatur: quia sacro velamine usibus suis reddito, dum honorantur corpora, altaria polluuntur.* Polluti tamen altaris suspicionem â se removent Græci, Aerem dictum, eodem quo mortuum sepulchro recondentes. Hactenus Goar. Addamus ex *Johann. Kirchmann. l. 1. cap. 10. de funeribus Rom.* Mortuorum corpora induta fuisse *Ennius in Ctesiphone*, apud Macrob. lib. 6. cap. 11.

Neq; terram injicere, neq; cruenta
Convestire mihi corpora licuit,
Neq; miseræ lavere lachrymæ salsum sangvinem.

Apulejus lib. 10. Metam. *Atq; ut erat adhuc feralibus amiculis obstrictus atq; abditus portatur ad judicium puer.* Quem morem ut plerosq; falsè deridet *Lucianus de luctu* alludens adv eterum superstitionem, existimantium mortuos in inferis rigere absq; vestibus, & frigore confici λαμπρῶς ἀμφιέσαντες, ἵνα μὴ ῥιγῷεν δηλονότι παρὰ τὴν ὁδὸν μηδὲ γυμνοὶ βλέποιντο τῷ κερβέρῳ h. e. splendide vestientes, ne algeant per viam, neve nudi conspiciantur à Cerbero. sic etiam *Herodotus Musa* v. Sed hæc erant Græculorum deliria. Nam Romani aliorsum respexerunt vestibus involventes mortuos: qvorum communem per totam adeo Italiam amictum fuisse, Togam, docuit nos *Juvenalis satyr. III.*

Pars magna Italiæ, si verum admittimus, in qua
Nemo togam sumit nisi mortuus.

Et Martialis l. 9. epig. LVIII.

Et pallens togæ mortui tribulis.

Apulej. l. 1. Floridor. *Nam illic quoq; viderat, hominem præsidere, hominem depugnare, togam qvoq; parari & voto & funeri: item pallio cadavera operiri & Philosophos.* Ad quem locum Colvius: Toga voto paratur cum virilis sumitur: funeri cum eà cadaver involvitur. Hinc lucem capit *Paulus I. C. T. in L. XIX. D. in rem verso: Filius familias togam emit. mortuo deinde eo pater ignorans, & putans suam esse,*

„potamiam es, ut adaquationis ſigno Rebeccam ſubarrhare illi præmon-
„ſtraſti: benedic ipſe ſervorum tuorum N & N ſponſalibus, oppignora-
„tum in eis verbum confirma; & ſtabili eos in unitate quæ ſecundum te
„ſit: tu enim abinitio maſculum & fœminam creaſti & à te viro mulier
„coaptatur in auxilium & ſucceſſionem generis humani. Ipſe igitur Do-
„mine qui miſiſti veritatem ſuper hereditatem & promiſſionem tuam ſu-
„per ſervos tuos, patres noſtros electos tuos, in unamqvamq; generatio-
„nem, & generationem; Reſpice ſuper ſervum tuum & ſuper ancillam tu-
„am hanc, & ſponſalia eorum in fide & concordia in veritate, & dilectione
„confirma. Tu enim Domine arrham ſic dari, & illa pactum omne firma-
„ri ſubindicaſti, Annulo Joſeph poteſtas data eſt in Ægypto, annulo Da-
„niel in Babylonis regione honoratus eſt, veritas circa Thamar annulo
„comperta eſt, & annulo Pater noſter cœleſtis erga filium miſericors effe-
„ctus eſt, *date annulum in dexteram.* Ipſa dextera tua Domine, Moſen in
„rubro mari deduxit; per verum enim tuum verbum cœli firmati ſunt &c.
„Ipſe igitur Domine benedictione cœleſti hanc annuli immiſſionem nunc
„benedic, & angelus Domini præcedat eos omnibus diebus eorum. Quia
„tu benedicis, & ſanctificas omnia &c.

Goar notat p.384. Novarinum de Nuptialibus aquis cap.42. trade-re formulam benedictionis: *Benedic* Domine *annulum iſtum, & coronam iſtam: ut ſicut annulus coronat digitum hominis & corona caput: ita gratia Spir. S. circumdet ſponſum & ſponſam, ut videant filios, & filias usq; ad tertiam & qvartam generationem, qvi collaudent nomen tuum.* Notat porro laudatus *Goar, Ferreum* quondam fuiſſe ſponſæ annulum, ut quæ inito conjugio in viri poteſtatem tranſiret, & ſervitutis jugum ſubiret; more forſitan ab antiqvis Romanis mulieribus deducto, quibus aurum aliam quam in annulo pronubo geſtare nefas erat: de quo Tertullian. in Apologetico: *Circa fœminas qvidem etiam illa majorum inſtituta ceciderunt, qvæ modeſtiæ patrocinabantur: cum aurũ nulla norat præter unico digito, quem ſponſus oppignoraſſet pronubo annulo.* Pronubum tamen illum etiam *ferreum* fuiſſe indicant ex Phlegone *Cedrenus in Anaſtaſio, & Glycas in hiſtoriis*, ubi de illa Philinio, Democratis, & Charitus filia, quæ Machatæ hoſpiti, & Amaſio annulum & faſciam pectoralem dedit, à quo viciſſim annulum ferreum & craterem aureum dono accepit. Viro ut digniori aureum, & fœminæ argenteum annulum tradit Sacerdos, Paranymphus amoris, & con-

concordiæ conciliator commutat; & ſponſæ aureum, ſponſo argenteum donat, ut hic muliebri infirmitati virilem animum accommodet, illa vero ſe in omnium mariti bonorum conſortium venire intelligat: vel ut hac annulorum commutatione ſuorum corporum poſſeſſioni renuncient, & ſe non propriæ, ſed alienæ poteſtatis eſſe agnoſcant.

Theſſalonicenſis autem annulo ferreo ſponſam ubiq; donatam cum MS. Cryptof. aſſerens, paulum diverſè ritum eundem explicat *δίδωσι τῇ γυναικὶ τὸν σιδηροῦν δακτύλιον, ὡς παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ὁ ἱερεὺς, τῷ δὲ ἀνδρὶ χρυσοῦν, ὡς παρὰ τῆς γυναικός. καὶ ἐκ τρίτου αὐτοὺς ἀνταλλάσσει τὴν τριάδα τιμῶν.* Fœminæ, qvaſi ex parte viri aureum annulum Sacerdos tradit & quaſi ex parte fœminæ, aureum viro & Trinitatem veneraturus ter illos commutans. *Johann. Kirchmannus de annulis 18. p. 177.* notat ex *Junio* ſponſum quidem cum ſponſam ſibi arrha quadam conjugare vellet, aureum illi annulum dediſſe cujus arrhabone obligantur oppignerunturq; maritus, & uxor, Sed poſtea & ferreum gemmaq; carentem tanquam *τῆς οἰκουρίας* ſymbolum, domum illi miſſum, idq; eo argumento, quod ii etiam, qui ob legationem acceperunt annulos aureos, in publico tantum uterentur iis, intra domos ferreis. *Annulo ſponſalitio malè aſſervato faſcinatum Romæ quendam ſenatorii ordinis novum maritum*, tradit ex *Wilhelm. Malmesburg. l. 2. c. 13.* idem *Kirchmannus p. 179. c. 18.*

VII. Officium Coronationis ex Goare.

J. *Goar p. 385. εὐχολογ. Græcor. ex Græcorum monumentis ſeqq. notat.* Ingrediuntur in templum ſponſi, cum cereis accenſis. Præcedente Sacerdote cum thuribulo & canente Pſalmum modo ſequenti. Populus autem in unoquoque verſu dicit: *Gloria tibi Deus noſter gloria tibi. Beati omnes qvi timent Deum Gloria &c. Qui ambulant in viis ejus Gloria &c. Labores manuum tuarum manducabis. &c.* Et ſic usq; ad finem Pſalmi 128. Deinde Diaconus collectam. In *pace Dominum precemur.* Et ſic porro uti in Ordine ſponſaliorum. Subjunguntur *Orationes* cõmonefacientes DEUM primæ inſtitutionis: Creſcite. &c. ſicut Sacræ benedixit & *Racheli*, qui nuptiis in Cana *Galilææ* interfuit. Benedicat nuptiis etiam his. Benedic, orant, nu-"

,,ptiis his & famulis tuis N & N vitam pacificam, dierum
,,prolixitatem continentiam, dilectionem ad invicem in vinculo
,,pacis, diuturnum semen, gratiam immarcessibilem gloriæ coro-
,,nam præbe. Filios filiorum eis videre concede; thorum eorum
,,ab insidiis liberum custodi, & da eis de rore cœli desuper & de
,,pingvedine terræ. Domos eorum imple frumento, vino, oleo &
,,omni bono; ut & opus habentibus subministrent & largire ad-
,,stantibus cuncta, quæ saluti conducunt, postulata. Quia DEUS mi-
,,sericordiæ, miserationum & humanitatis existis, & tibi gloriam
,,referimus cum principii experte patre & sanctissimo bono, & vi-
,,vifico tuo Spiritu nunc semper & in secula seculorum. *Subjungitur*
& alia prolixior oratio: Benedictus es Domine &c. qui dixisti: *Fa-*
ciamus ei adiutorium &c. Propterea relinquet &c. Benedic eis Domine
,,N.N. sicut Abraham & Saræ, Isaac & Rebeccæ, Jacob & omnibus
,,Patriarchis, Joseph, & Asereth, Moysi & Sephoræ, Joachim &
,,Annæ, Zachariæ & Elisabeth. Conserva eos, sicut Noë in arca,
,,sicut Jonam in ventre ceti, 3. pueros in flamma. Superveniat illis
,,gaudium, quo affecta B. Helena. Recordare eorum sicut Enoch,
,,Sem, Eliæ, 40. Martyrum quib⁹ cœlitus coronæ demissæ. Recor-
,,dare Domine DEUS noster Paranymphorum ad gaudium hoc
,,convenientium &c. *Et rursus elata voce Sacerdos: DEUS sancte, qui*
,,è pulvere hominem formasti, & ex ejus costa mulierem ædifica-
,,sti copulans eam illi ut adiutorium simile ipsi, quia sic magnitudi-
,,ni tuæ placuit, non esse hominem solum super terram, ipse nunc
,,Domine emitte manum tuam de sancto habitaculo tuo & conso-
,,cia servum tuum N, & ancillam tuam N quia à te viro coaptatur
,,mulier. Copula illos unanimi consensu: corona illos in carnem
,,unam, tribue illis fructum ventris, prolis fruitionem. Quia tua
est potentia &c. Et post responsum *Amen.* Sacerdos acce-
ptis coronis, primo coronat sponsum, dicens *Coronetur* στέφ...
servus Dei N propter ancillam Dei N in nomine Patris &c.
Deinde coronat sponsam dicens; *Coronetur ancilla Dei propter*
ser-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

vius 4. Adventum hoſtium *obſtinato ad mortem animo expectabant qui eorum curules geſſerant magiſtratus, aut virtutis inſignibus morerentur*, qvæ auguſtiſima veſtis eſt, thenſas ducentibus, triumphantibusve, eà veſtiti medio ædium eburneis ſellis ſedere.

Sic *Philoclem Athenienſem*, lotum & ſplendida ſumpta χλαμύδι veſte, pallio, ſe jugulandum præbuiſſe, refert *Plutarchus in Lyſandro* de chlamyde *Goar* εὐχολ. *Græcor p. 927. Ruben. Ferrar. Dempſter.* Apollodorus videtur Socrati *jamjam* venenum bibituro, pallium & pretioſam veſtem attuliſſe, teſte *Aeliano* l. 1. *var.* c. 16. & *Diog. Laertio* in ejus vita. Militares etiam viri in aciem ad extremum diſcrimen euntes hunc morem uſurparunt: unde Artabazus *apud Q. Curtium* l. 5. Nos vero, *inqvit*, pretioſiſſimis veſtibus induti, armiſq; qvanto maximo cultu poſſumus adornati, regem in acie ſequemur. Talis & mos hodie apud *Turcas* & ex parte apud *Polonos* obtinet. In *Papatu* uſu venire, magis quā notum eſt, ut morituri cucullis & aliis veſtimentis clericorum involvantur neſcio cujus ſanctitatis & efficaciæ cauſa.

Multi certe opinati ſunt, ſe beatiores morituros, qvod ſi vità functi veſtitu monachorum & monialium induti ſepelirentur. *Baldus inſignis JCT.* teſtamento cavit, ut cucullo Franciſcano involutus ſepeliretur, cujus Epitaphium: *Conditur hic Baldus Franciſci tegmine fultus, Doctorum culmen, Peruſina natus in urbe.* *Manuel Comnenus* Conſtantinopolit. Imperator moriturus monaſtico indui voluit habitu teſte *Niceta.* Ericus *Danorum Rex* jam efflaturus animam regiam veſtem cuculla permutavit *Saxo l. 14. hiſt. Danor.* Mantuæ Marchio *Franciſcus II.* teſtamento cavit, ut in ordinis S. Franciſci, vel ut vocant Seraphici veſte ſepeliretur. Fecit idem Albertus Pius, Carporum princeps Lutetiæ *Surius in Comment. Chriſtophorus Longolius Belga*, Patavii moriens Minoritano habitu ſepeliri voluit. *Alexander Farneſius Belgicæ gubernator*, habitu Capucini obtectus poſt mortem, & in eo tumulari voluit. *Albertus etiam Auſtrius* Belganum Princeps nuper de fun-

servum Dei N in nomine Patris, &c. Tum benedicit eis ter, tribus
nempe vicibus dicens: *Domine Deus noster, gloria & honore corona illos*
Posuisti super caput ipsorum coronas de lapidibus pretiosis. Versiculus
vitam petierunt à te & dedisti eis. Legitur Epistola Pauli ad Ephes. c.
5. *Fratres Gratias agite semper &c. Subjecti invicem in timore Christi &c.*
Vos singuli unusqvisq; uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem ut ti-
meat maritum Alleluja. Evangel. Joh. 2. Erant nuptiæ &c.

Dicamus *omnes ex tota anima: Omnipotens, Domine Deus patrum no-*
strorum miserere nostri secundum magnam misericordiã tuam. Adhuc roga-
mus pro misericordia, pace, sanitate, salute, visitatione. Et quorum vult agit
memoriam. *Deinde sacerdos elata voce:* Quia misericors & benignus
Deus exsistis & tibi gloriam referimus Patri &c.

Deinde Diaconus Dominum precemur. *Et sacerdos Orationem e-*
jusdem fere tenoris. Diaconus. *Suscipe, salva, miserere,* Diem omnem
perfectum, sanctum Angelum pacis, fidelem, ductorem veniam & remissionem
peccatorum. Bona & utilia animabus, Residuum tempus vitæ. Unitatem fi-
dei. Sacerdos alta voce: Et concede nos Domine, cum fiducia ἀκαταχρίτως
incondemnate audere & invocare & super cœlestem Patrem & dicere. Et
populus dicit: *Pater noster qvi es in cœlis.* Elatà voce Sacerdos,
Qvia tuum est regnum &c. Sacerdos. *Pax omnibus.* Diaconus. *Capita ve-*
stra Domino inclinate. Deinde in medium profertur commune po-
culum & benedicit illud sacerdos & dicit Orationem hanc: Dia-
conus Dominum precemur. *Deus qvi cuncta tua virtute condidisti, qvi*
orbem terræ firmasti & omnium à te productorum adornasti coronam: poculũ
etiam hoc, in nuptiarum copulam conjunctis præbens, benedic spirituali bene-
dictione. Elata voce. *Quia benedictum est nomen tuum & glorificatum est re-*
gnum tuum Patris &c. Tunc accepto sacerdos distribuit ipsis usq;
tertio, viro primum, deinde uxori, & confestim deducens eos sa-
cerdos, pronubo retro sustinente coronas, vertitur in circulũ, sive
choreæ formam, & cantat sacerdos, aut populus præsentes mo-
dulos, tono obliquo primo: *Age chorum Esaia. Virgo gessit uterum &*
peperit filium Emanuel, Deum & hominem, oriens nomen ejus, quem magnifi-

cat:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

functus Franciſcanorum veſte indutus omnibus ſpectandus proponebatur: atq; in eadem etiam ſepultus fuit. *Arbogaſtus* Episcopus II. Angentinens, moriturus juſſit cadaver ſuum ad patibulum ſepeliri, ad recordationem paſſionis Dominicæ qvi etiam ad patibulum paſſus & prope ſepultus fuerat. *Bruſch. de Epiſc. Germ.* *Richardus Normanniæ Dux* in agone mortis, præcepit ſuum corpus ad oſtium templi humari, ubi & pedibus hominum aſſidue conculcaretur, & ſtillicidiis ex tecto alto delabentibus infeſtaretur. *Lutherus lib. de Concil. Tom. VII. Jen. Germ. f. 258 b.* Sie ziehen Franciſci Kappen auch den Todten an / darinnen ſie ſollen ſeelig werden / iſts nicht ſchröcklich zuhören? Ja ſo gehets / wenn man anfehet umfallen von Chriſto und ins fallen kom̃t / ſo kan man nicht aufhören / was iſt geſchehen zu unſerer Zeit in Niederland / da Fraw Margaret beſtellet nach ihrem Tod / daß man ſie ſolle zur Nonne machen / das geſchach / man zog Sie Nönniſch an / ſetzet ſie über einen Tiſch / credentzet ihr auch wie einer Fürſtin / da büſſet ſie ihre Sünde / und ward eine heilige Nonne. Aber da es etliche Tage hatte gewähret / und der fromme Keyſer erfuhr / ließ ers abſchaffen / wo er das nicht gethan hätte / ich halte ſolch Exempel ſolt in alle Welt geſchwermet haben / lege ibidem pluribus Lutherum.

IX. *De veriſimili Numero hominum terram inhabitantium.*

Johann Baptiſta Ricciolius Ferrarienſis è ſociet. Jeſ. in Geograph. & Hydrograph. reformata*, qvæ prodiit Venetiis 1673. fol. l. 12. Synoptic. p. 66. multis agit *de veriſimili hominum numero ſuperficiem terræ inhabitantium, ubi conjectura qvalicunq; conatu attentata, & corollaria ex hoc numero* deducta. *Prima excurſio per Cenſum Romæ Romaniq; olim imperii*, & conjicit fuiſſe totam ſummam Cenſus univerſi Orbis Romani per edictũ Auguſti cenſiti, comprehenſis utroq; ſexu, cum infantibus ac ſenibus, hominum 410001017. quæ ſumma eſt non incongrua ſi conſideretur tota fere Europa, & Aſiæ, atq; Africæ, cum inſulis pars benè magna à Romanis jam ſubacta, non autem potuiſſe eſſe homines 410000000, id eſt milliones qvatermille & centum, numerum videlic. enormiter majorem

tota

cantes, ipsam etiam Virginem beatam dicimus Alius tonus gravis: *Sancti Martyres præclarè præliati, & coronati interpellate Dominum, ut animarum nostrarum misereatur. Gloria tibi Christe Deus Apostolorum gloria, Martyrum lætitia, quorum præconiũ fuit Trinitas consubstantialis.* Tum coronas tollit, & sponsi coronam auferens, ait: *Magnificare sponse sicut Abraham, & sicut Isaac benedicaris, multipliceris sicut Jacob progressus in pace, & faciens in justitia præcepta* Dei. Et cum sponsæ coronam detrahit: Et
,,tu sponsa magnificare sicut Sara & lætare sicut Rebecca velut
,,Rachel multiplicare, proprio viro condelectata, legis terminos
,,observans: ita enim DEO complacuit. Diaconus. *Deum precemur* Sacerdos orat. Chorus *Amen* Sacerdos: *Pax omnibus.* Diaconus: *Capita vestra Domino inclinate.* Ingreditur deinde sacerdos, & ipsis benè precantur adstantes, & postquam osculis se mutuo exceperunt fit à sacerdote perfecta dimissio.

Jacobus Goar p.397. eleganter deducit, Jure sibi propria nuptias coronas vendicasse. Admisisse in suis conjugiis Dei cultores, sponsos suos coronatos scribunt Ebræi, usq; dum Vespasiani edicto ab hoc honoris & lætitiæ signo abstinere sunt coacti. Sponsum speciatim coronatum esse, ostendit *Sidonius Apollinaris ep.5.* *Pallad. Histor. Lausia.* c. 1. Sic Eudoxia & Heraclius coronati, *Theophanes in Mauritio.* Coronandi ritum sponsorum non adinvenit Gregorius nam jam erat ætate Tertulliani de *coron.* milit. c. 13. *Coronant & nuptiæ sponsas.* Finem exponit S. Chrysostomus homil. 9. in c. 3. 1. ep. ad Timoth. quæ latinè sic habent: " Propterea co-
,,ronæ sponsorum capitibus imponuntur in victoriæ signum, quia
,,libidini insuperabiles redditi, jam ad thalamum accedunt, quia
,,voluptate devicti non sunt. Suggerunt & alias officii preces:
,,corona siquidem compacta floribus, diversos viri & fœminæ conspirantesq; in concordiam affectus adumbrat; quæ sicut uni capiti est imponenda: ita & duobus in unam carnem conjugio convenientibus conceditur illudq; est quod dicitur στεφάνωσον αὐτοὺς εἰς σάρκα μίαν, Sic ferè Clemens Alexandr. Pædag. l. 2. Confer.

tota hominum universitate tunc temporis vivente, nedum in solo Imperio Romano. Quoad exercitus Romanorum constare dicit *Ricciolus* sub principatu Hadriani habuisse illos ducenta millia peditum 40000. Equitum, 3000. Elephantes 3000. curruum & armorum in supplementum trecenta mllia; naves v. 3580. in circo autem maximo duodecim portarum capiebantur homines 300850. *II. Excursus per Italiam.* O stupendam humanæ mortalitatis vicissitudinem! (exclamat *Ricciolius*, p. 678.) Italiam nunc totam ad eum numerum reductam esse, qvem sola Roma sub Augusto implevit nempe ad 9. circiter hominum milliones, ut censent *Boterus* P. 2. Relat. l. 1. & Joh. *Baptist. Nicolosius* p. 249. Herculis Geographici. Imò *Sabellicus* l. 2. Enn. 7. vix. 7. milliones ipsi concedit.

Nec mirum contigisse hominibus, qvod contigit Urbibus, ut scite Poëta

Et qverimur genus infelix humana labare
Membra ævo: cum regna palam moriantur, & urbes

Aelianus olim in Italia numeravit urbes 1166. inter qvas Sybaris, quæ tota periit, armavit 300000. virorum contra Crotoniatas. Diodor l. 12. & Strabo l. 6. At undecimo seculo Guido Presbyter Ravennas l. de Italiæ Urbibus numerat 700. Hoc demum seculo numerantur 434. quarum 300. sunt Episcopales, sed populatiores circiter 20000. sed in his non comprehenditur Sicilia cui tribui solent hominum chiliades, seu millenarii MCCC. alias MD. & Panormo CC. nunc CXX. Messanæ LX. Drepano XXXV. Syracusis XXX. &c. Agrigento pauciores, qvod tamen ex Laertio lib. 8. Empedoclis tempore dictum fuit μέγα ἄςυ Magna Civitas, quia intra moenia continebat hominum DCCC millia, sed tempore Diodori Siculi l. 13. cum advenis non excedebat 20. myriadas, id est CC. millia.

Neapolitani Regni totius census in descriptione relata, per Scipionem Mazzellam anno 1556. Christi continebat terras habitatas 1464. & in his focos 483478. qvorum singulis in eo Regno imputantur quini homines, unde sequitur fuisse homines 2417390 in quo numero negat comprehendi Clericos, viduas, Meretrices, Pauperes mendicos, cæterosq; inhabiles, ut pote immunes à contributionibus: quibus computa-

putatis facilè in toto regno fuerint tres milliones hominum. Neapolis v. sola, tempore Mazzellæ pascebat hominum 360. millia pane in foro venali, non computatis monasteriis, aliisq; locis domi panem conficientibus. Nostro ævo, ait Nicolasius, de panis numulis, 500000. in foro venali aluit qvingenta hominum millia, sed post nuperam pestem vix 250000.

Status Ecclesiastici in Italia, vix hominum milliones 2 ½ numeraverit. *Forolivium* numerare inter muros 13000. & cum Territorio 24000. Faventiam vero 11000. sed cum territorio & Dioecesi 56000. *Ferraria* sub Ducibus Estensibus 70000. non vero vix 20000. & cum Tercitorio 70000. *Bononia* ut ex Archivo Episcopal. Constat anno 1587. habuit intra muros personas 72000. in suburbiis 195000 in reliqva Dioecesi 170000 seu in Territorio, cujus circuitus est milliarium 180. & populationes cum villis 308. & anno 1589. numerus hominum intra muros pervenit ad 90000. sed post famem sequentem imminutus anno 1598. rediit ad 79381. & cum territorio ad 207796. quotidem fuerant ann. 1600. ut anno 1630. pestilitas absumpsit intra urbem capita 23691 & extra in agro 18000. anno 1654. numerati sunt masculi 26948. fœminæ 29255. anno 1657. 76996. fœminæ 90815. omnesq; simul utriusq; sexus 22534. hoc autem anno 1661. excesserunt in urbe hac 60000. *Tusciæ* tribuit Nicolosius in Hercule Georg. undecies centena millia hominum Palmerius Florentinus in Chronic ann. Chr. 1339. ait Florentiæ censa fuisse hominum millia 90. sed anno 1648. adeo plura ut pestis absumserit 100000. & amplius, postea vero reducta fuit ad 80000. & aliquando ad 46. millia. *Venetiis* numerantur 2636900. videlicet Venetiis millenarii CCLX. & in ducatu LX. Pataviæ XXXV. in agro CCXX. Veronæ XLIV. inagro CLC. Utini XX. in agro CCX. Brixiæ XLV. sed in diœcesi minimum DCCLV. *Mediolanum* anno 1601 numeravit incolas 130000. sed ann. 1658. tantum 100176. absq; clero & Religiosis. *Genua* quondam numeravit 200. millia ante nuperam pestem redacta erat ad 120000, post pestem ad 55000. *Corsica*, Boteri tempore 75000. *Taurinum* 40000. *Hasta* olim 40000. nunc vix 6000. *Mantua* quondam 35. m. vel & 40. m. nunc vix habet 12. m. Parma anno 1628. 33. m, post pestem anno 1630. 13. m. Concludo itaq;

Italiam cum Sicilia & Insulis suis excedere decem milliones & ferè attingere undecim.

Excursio per Hispaniam, Galliam, utramq; Germaniam cum adjunctis Regionibus Hispaniæ, Boterus & Nicolosius adscribunt 9. aut 10. milliones hominum suntq; in ea civitates grandes 93. Ecclesiastici cum Religiosis & Monialibus circiter 150. m. *Granatæ* 180 m. aliquanto plures *Hispali* De Ulyssipone Nicolaus Oliverius ann. 1629. recenset animas 110800. Aeg. Jansonius 72786. tantum *Sardinia* ante pestem 1655. numerabat ultra 600. m. *Galliæ* Boterus & Nicolosius tribuit 15. milliones hominum. *Parisiis* Henrici IV. tempore reperti cum suburbiis 1400. m. In tota vero Gallia absq; Lotharingia, Alsatia & Artesia & Ruscinonensi tractu fere 20. milliones hominum. *Belgium* intra spatium 250. leucarum Germanic. Boterus *Germaniæ inferiori* accenset 3. milliones hominum. Germania superior numerat civitates 1212. toti huic Germaniæ tribuuntur secundum æstimationem Boteri absq; Danimarchia milliones 19. In his vero non computantur Daniæ civitates 195. nec Sveciæ 134. nec Poloniæ 121. quarum Dantiscum numerat circiter 80. m. Si addantur Europa Census Græciæ Thraciæ colligentur forte homines centum milliones. *Africa* quamvis duplo & amplius major sit, quam Europa quia tn. interiora ejus plena sunt vastis desertis, non crediderim eam excedere Europam hominum multitudine, nec valde superare centum milliones. *Asia* continet palestinam, Assyriam, Babylonem, Chinam, Sia, Magor &c. China tot referta est hominibus, ut eunti ab una urbe in aliam videantur celebrari perpetuæ nundinæ. In Atlante Sinico *P. Martini reperio* Sinenses primarias 15. provincias urbes provincias 150, reliqvas muris cinctas 1226. Familias 10127487. qvarum Pater debet expositum habere in tabulis pro foribus numerum distinctum suæ familiæ ut possit expeditè census iniri: Anno 1651. reperti sunt viri 58914284. vel 58916783. non computatis pueris, mulieribus, militibus, Magistratibus, sacrificulis, evnuchis & familia Regis, utpote à tributis exemptis, ex quo tributo, & aliundè reditus annuus Imperatoris est 150. millionum aureorum, & scutatorum, quorum 60. milliones in ærarium Imperatoris conduntur, reliqvi impenduntur in usus varios, sed præcipuè

cipuè in militiam. Sola itaq; China duplo plures homines habet, quam tota Europa. Hinc ex vastis totius reliquæ Asiæ Regnis, & Insulis Oceani Eoi subit opinari totam Asiam quintuplo plures homines continere, quam Europam, adeoq; milliones præter propter 500.

Excursio per Americam. Quia nondum omnia interiora cognita sunt, latetq; adhuc terra Australis; siquis det utriq; Americæ 200. milliones, & terræ Australi, centum, videbitur comparatè ad Africam, & Europam excedere, quam deficere justo numero, atque adeo summa totius humani generis supra faciem terræ non excedere *mille milliones.*

Corollaria.

I. Si supponantur in toto Orbe prædicti mille milliones hominum, & sicut Bononiæ ex observatione multorum numerum nascitur quotannis decimaquinta circiter pars totius numeri hominum Bononiam incolentium, ita fiat in Orbe, compensaturque defectus alicubi locorum excessu alibi contingente; sequitur quotannis nasci circiter milliones 66. vel ad summum 70. quorum alicubi multo plures sunt Fœminæ, quam masculi, ut Hispali, alicubi plures masculi, alicubi fere æquales, ut Bononiæ.

II. Quoniam numerus hominum unius Civitatis quamdiu ejus pomæria non dilatantur, nec agri, in quibus fundatur victus hominum; solet citra clades bellicas, lues, famesq; conservari in eadem proximè quantitate: &c. Bononiæ â multis jam annis numeros hominum consvevit esse 60 70. millia & Florentiæ 70. 80. &c. atque adeo totidem moriuntur, quot nascuntur, si non eodem anno; saltem adjuncto tempore cladium, pestis, ac famis, sequitur singulis seculis huic nostro similibus, nasci milliones hominum septem mille id est homines 7000.000.000. totidemque denasci, compensando semper defectus aliquorum annorum, excessibus aliorum.

III. Si multitudo hominum post Diluvium Noëticum juxta Ocelli Pythagorici opinionem conservata fuit semper in eo statu, eo imminutam esse contendat Alph. Pandulphus de Fin. mundi q. 2. c. 3. vel potius crevit ea, multitudo magis, magisque usque ad summum incrementum, sive illud fuerit temporibus Alexandri M. sive Augusti, & deinde decrevit usq; ad hæc nostra tempora, ita tamen ut decrementum in nostro hemisphærio compensatum sit ex parte in altero, quo ex no-

nostro Orbe migrantes homines cœperunt in habitare Insulas & continentes antea non habitatas, & incultas; atq; adeo compensato decremento per incrementum, distributoq; numero hominum nunc viventium, & per secula a diluvio elapsa multiplicato, perinde ac si in eodem statu mundus permansisset quod ratiocinium non est verisimile. His inquam positis, cum à Diluvio quod evenit ante ortum Christi 2396. ann. usque ad ann. 1600. effluxerint rotunde anni 4000. id est secula quadraginta. Si hæc ducantur per 7000. 000. 000. de quibus corollari secundo, sequitur à diluvio, ad annum Christ. 1600. natos fuisse hominum circiter 280. 000. 000. 000, quibus si addantur nati ab initio mundi usq; ad diluvium per annos circiter 1700. in Asia vicinisq; Regionibus vix summa pervenerit ad 300. 000. 000. 000. hoc est trecenta millia millionum.

IV. Si prædicti homines non essent mortui sed permansissent supra faciem terræ, cum ejus superficies convexa simul cum aqua. ex dictis l. 5. c. 35. sit quadratorum milliarium Romanorum 274, 329. 770. ejusque dimidium pro sola telluris habitabilis superficie milliarium quadr. 137. 164. 885. dividendo per hæc Homines 300. 000. 000. obveniens singulis milliaribus quadratis, homines 2187. sed sint 2200. Nam cum unus homo cubans, seu jacens occupet, extensis manibus ac pedibus passum unum geometricum, & milliare quadratum contineat passus quadratos 1000 , 000. Hoc si dividas per 2200. restant pro singulis hominibus passus quadrati 454. hoc est unus pro situ corporis, ut supra cubantis : reliqui pro domo, horto, prædio &c, Redigendo autem portionem singulorum ad aream quadratam, ejus latus esset pass. quadrat. 21. cum fractiuncula, seu decem pedarum 10. & dimid. In margine addit author : Tellus caperet omnes homines hucusque natos.

V. Si terræ sine aquis superficies est milliarium quadrat. 137. 164. 885. hoc est pass. quadr. 137. 164. 885. 000. 000. & ad hæc occupanda requiruntur totidem homines jacentes humi brachiis, & cruribus extensis, nec usq; ad initium seculi hujus nati ponantur nisi homines 300. 000. 000. 000. Hi subtracti numero prædictorum quadratorum relinqvunt quadrata vacua 136864885000000. At uno seculo posuimus nasci hominum circiter 700. , 000. 000. E prædicta quadrata vacua atque adeo homines totidem ad ea implenda requirunt secula 19552.

VI. Si hactenus fuerint nati homines 3000.000.000.000. Et sicut revelatum fuit *S. Brigittæ l. 4. c. 11.* Si computarentur omnes homines qui nati sunt ab Adamo usq; ad novissimum, qui nasciturus est in fine mundi, plusquam Angeli decem inveniuntur pro uno qvoqve homine. Sequitur Angelos esse plures quam 3000. millionum, cum adhuc supersint alii nascituri.

Lusimus in numeris; sed non illusimus orbi.

Hæc aliquantulum operosius & prolixius ex *Ricciolio*, cum hic liber propter caritatem & raritatem non sit in manibus omnium.

X. *Symmetria humani corporis.*

JOh. *Bapt. Ricciolius in Geograph. p.* 30. de hac Symmetria agens, scribit: Deus ipse hominis plastes, in humano corpore admirabilem Symmetriam servavit, ac talem ut Protagoras in Theeto Platonis affirmet: hominem rerum omnium esse mensuram & Vitruvius: *Non posse adem ullam sine Symmetria, atq; proportione rationem habere compositionis, nisi uti ad hominis bene figurati membrorum habuerit exactam rationem.* Et paulo post. *Mensu rarum rationes, quæ in omnibus videntur necessariæ esse, ex corporis membris collegerunt: ut digitum, palmum, pedem, cubitum.* Addit porro totius corporis partem sextam esse pedem, & quartam cubitum, & in palmo digitos 4. in cubito palmos sex: Verum subtilius hæc prosequitur *Albertus Durerus*. l. de Symmetria partium in rectis formis humanorum corporum *Lucas de Burgo c. 1.* de Architectura poss. divinæ proportionis libb. *Augustinus Gallus in l. 3. c. 1. Vitru v.* ex qvibus & ex nostris observationibus selectiora Lectori subjicienda duxi: Si homo benè formatus supinus ita brachia in transversum & pedes divaricando extendat ut oportet, potest ex ipsius umbilico tanquam centro describi circulus, cujus peripheria transeat per extrema digiti medii manuum, & digiti crassissimi pedum, & diameter ab extremo digiti medii dexteræ, ad extremum digiti crassissimi pedis sinistri terminetur, & quadratum circulo illi inscriptum angulos habeat in iisdem manuum & pedum extremis. Contra vero, si rectus calcaneos jungat & brachia horizonti æquidistantia extendat cum manibus, tanta erit latitudo ipsius, quanta altitudo, & circa illum describi pote-

rit quadratum, cujus duo latera horizonti parallela transeunt, alterum per calcaneos, alterum per verticem & reliqua duo per extremitates mediorum digitorum manuum, diameter autem per os Pubis infimum; in quo si facto centro, intervallo semialtitudinis staturæ humanæ describatur circulus, peripheria transibit per verticem & calcaneos, sed abscindet manus, ejusq; diameter æqvabitur lateri prioris quadrati. Poterit etiam describi Triangulum æqvilaterum, cujus angulus unus in contactu Calcaneorum sit, reliqvi duo in extremis mediorum digitorum manuum, adeo ut statura humana perfecta Circuli, quadrati, & Trigoni mysteria includat.

Homo *cur solus rectæ staturæ*, eleganter disserit *Cardinalis Johann Bona de Psalmodia c. 1. p. 53.* Cætera *scribit* animantia prona facie incurvantur in terram, qvia ventris, in qvem deflectuntur, solas seqvuntur voluptates: homo recto stat corpore, despicitque terras, ut qvi erecto vultu intuetur cœlum, qvæ sursum sunt qværere discat. Recte *Silius Ital. l. 15. v. 84.*

Nonne vides hominum ut celsos ad sidera vultus
Sustulerit DEus, ac sublimia finxerit ora:
Cum pecudes, volucrumq; genus, formasq; ferarum
Segnem, atq; obscœnam passim stravisset in alvum.

Solus nempe homo, ait *Ruricius Lemovicensis Episcopus l. 2. ep. 42.* de omnibus animalibus sublimis creatus est, ut autorem suum semper cœlo intentus aspiciat, non mundalia opera solo defixus exerceat. An non confunderis, exclamat Bernardus, sursum caput habere, qvi sursum cor non habes? corpore rectus stare, qvi corde repis in terra? His autem, qvi terrena sapiunt, qvam læti illudunt dæmones prophetico sermone dicentes: *Esai 51. 23. Incurvare, ut transeamus.* Propterea, ut scribit *Jub. Firmicus Maternus præf. l. 8. Mathes.* Nihil aliud, dum in hac vitæ brevitate sumus, nobis elaborandum est, nisi ut terreni corporis labe purgata, & amputatis, si fieri potest, omnibus vitiis, incorruptam animi divinitatem, & nulla scelerum contagione pollutam auctori nostro reddamus DEo, ne divinæ fabricationis immemorem animum vitiosis libidinum laqueis implicatum tanquam projectum per præcipitia perdamus. *Minut. Felix in Octav.* Præcipuè cum à ser-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

& animalibus hoc differamus, qvod illa prona in terramq; vergentia nihil nata sint perspicere, nisi pabulum; nos qvibus vultus erectus, quibus suspectus in cœlum datus est, sermo, & ratio, per qvæ Dominum agnoscimus, sentimus, imitamur, ignorare nec fas, nec licet ingerentem sese oculis, & sensibus nostris cœlestem charitatem. Sacrilegii n. vel maximi instar est humi qværere, qvod in sublimi debeas invenire. Sic etiam loqvitur *Augustinus l. 12. de Trinit.*

XI. Isthmum perfodere dere frustra tentata.

JOh. *Bapt. Ricciolius* Geograph. l. 1. c. 16. *scribit*; Sicuti augustissimus Maris inter duas terrestres oras meatus *Fretum* est, ita Telluris angustus seu arctus inter duo Maria meatus est *Isthmus*, quo tanquã Collo committuntur in se duæ sive continentes, sive peninsulæ; Græce n. collum ἰσθμός. Septem vel octo celebres, celeberrimi, *Corinthiac. Arabic. Panamaic.* Cur autem attentata sit perfossio Isthmi, causa fuit nimius Peloponnesi ambitus, quam naves circuire oportebat, navigantes ex Aegæo in Jonium, ac vicissim, inde difficultas transvectandi naves majores á navali Cenchrearum ad Lechæum: Ita Plinius l. 4. c. 4. *Longo & ancipiti navium ambitu quas magnitudo plaustris transvehi prohibet. Qvamob causam perfodere navigabili alveo eas angustias tentavere Demetrius Rex; Dictator Cæsar C. Princeps;* Domitius *Nero; infausto (ut omnium patuit exitu) incepto.* Idemq; tentavit Gellio attestante, Herodes Atticus, nempe Atheniensis Sophista, qui opulentissimus evaserat, multaq; opera, præ animi magnitudine præclara confecerat, sed non potuit impetrare ab Imperatore id aggrediendi, cui neq; Demetrius Poliorcetes, neq; Julii Cæsar, neq; Cajus Caligula, nec deniq; Nero pares fuissent, ita *Coel. Rhodig. in l. 21. c. 19.* Addit Pausanias in Corinth. suo tempore extitisse vestigia inceptæ olim perfossionis, exclamatq; οὕτω χαλεπὸν ἀνθρώπῳ τὰ θεῖα βιάσασθαι usq; *adeó difficile est homini violare divina.* Causam porro frustraneæ perfossionis, in telluris soliditatem confert *Maginus*, dum de Peloponneso; & sane Lucianus in Nerone id indicat, dum narrat e-

um post decantatos hymnos Neptuno Amphitriti, Melicertæ & Leucotheæ, cum aureo ligone profectum ex Corintho ad Isthmum, intercantus & plausus hominum ter solum ligone scalpsisse, ac deinde mandasse militibus, ut quæ terrea planaq; erant, iis autem qui ex carceribus educti fuerant, vel petricosa & difficilia perfoderent. Cæterum potior causa fuit timor, ne mare Jovium altius Aegæo Aeginam obrueret, quo argumento *Eratosthenes*, ut refert *Strabo l. 1.* contra Archimedis sententiam, negabat mare internum, seu mediterraneum unica circumferentia comprehendi. Luciauns quoq; in Neronie Philostratus in vita Apollon. confirmat Neronem ab hoc incepto destitisse ob timorem ne mare Jonium Aeginam submergeret, quod Aegyptii Geometræ altius metiendo deprehendissent; atq; ita post *12.* diem á fossione inchoata cessatum esse. Majori ausu Dionysius Syracus. Tyrannus ex Freto Siculo, Isthmum & ex Isthmo Locrensi fretum facere voluit Plin. l. 3. c. 10. At longe majori Sesostres Aegypti Rex Isthmum Arabicum sive Aegyptiacum: ejus n. mensura ap. *Plin. l. 5. c. 11.* est milliarium 125. Guidos pariter aggressos esse Isthmum suum quinq; stadiorum ut ex peninsula insulam facerent, ut narrat *Herodot.* l. 1. *& Paus. Corinth.* Sed cum percussi scopuli in oculos effodientium resilirent, oraculum Delphicum respondisse.

Neq; cingite Isthmum mœnibus neq; fodite
Nam si Jovi id visum, locasset in salo.

Superest insignis *Isthmus inter Panamam & Nominis DEI Urbem*, cui successit *Portus belus* dirimens Americam septentrionalem & Oceanum *del Nort.* ab America Australi mill. *72.*

At Fernandus obliquiore ductu ponit â *Panama* ad Huvium *Chagræ* leucas 4. hinc ad Caperam 8. & hinc ad Nomen DEI S. Francisc. *Lopedur 17. Theador* Bry rectissimo ductum vix 7. P. 1. Americæ, Ob quam brevitatem fuere qui svaderent Hispanis perfossioné Isthmi, ut Compendio itineris & continuata navigatione ex Oceano *del Nort* in *del Zurt* parceretur tot impensis ac laboribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

bus necessariis ad merces transvehendas, sive deinde esset faciendus alveus à Sinu *Urabæ* ad Sinum *S. Michaelis* spatio milliarium 2?. Sed & *Claudius Morisottus l. 2. c. 34.* id svadet, dicens: *Isthmi spatium 18. leucæ. Si miscueris maria, facilis & brevissima erit navigatio, usq; commercii per utramq; Indiam: sed opinio superundationis, si Isthmum scindas, beneficium abstulit hominibus breve iter ad divitias per pelagi regna quærentibus. Panicum & inanem terrorem puto metuentium iras & tumultus intromissi maris.* Ex adverso stant *Boterus in relationibus de Orbe Novo l. 5.* in fin. & Bry. Licet enim ad trajiciendas terrestri itinere merces reqvirantur sumptus majores, quam si navibus transferendæ essent per leucas 1300. & licet Mare Nortium non esset altius ad Nomen DEI, quam mare Australe ad Panamum, nec timenda esset submersio terræ Firmæ, obstat tamen compages saxosa tot rupium & solidissimæ cautes, quas DEUS frementi utrinq; objecit Oceano, tanquam repagula & vectes Job. *Circundedi illud terminis meis & posui vectem, & dixi, usq; huc venies, & non procedes amplius, &c.* Quibus concinit *Pausanias*: *adeò impossibile est homini violare, quæ DEus constituit.* Et qvicqvid sit de terroribus & prodigiis, quibus *Nero* & *Gnidii* absterriti à similibus ausibus perhibentur, aut de occultis impedimentis, quibus divina providentia corda Regum, & Impp. divertit à perficiendis hujusmodi suffossionibus: certe non videtur congruere hominibus velle quasi emendare opificium DEI. Nam ut ab ipso Oraculo Dæmoniaco editum est: Si DEUS voluisset, quæ sunt peninsulæ, insulas esse, eas in salo posuisset, id est undiq; à mari circumdatas. Prudenter quoq; *Boterus* præter immensitatem sumptuum advertit fore, ut hac facilitate navigationis continuæ, & multo „ brevioris ad ipsas usq; Moluccas per Occidentem destitueretur, „ navigatio in orientem, & hæc libera relinqueretur piratis An- „ glis Hollandisq; hæreticis cum gravi detrimento Christianæ, „ Reipublicæ.

Isthmum inter mare Rubrum & Mediterraneum perfodere tentabant

quidem Sultani & Aegyptii & Turcæ, verum politicis rationibus & causis inducti ad omittenda consilia de Isthmo perfodiendo. *Primus Scrupulus* procul dubio fuit magnitudo operis. Neq; enim foret negotium parvi vel brevis laboris, nec paucorum sumptuum, quia Isthmus est ad minimum 40. milliar. Germanic. ubi minima ejus latitudo, terra petrosa: ducendi essent aggeres non sine peritorum artificum industria, quibus carebant Sultani & Turcæ.

Secundam causam fuisse existimo quod ex eâ navigatione & freto, plus commodi & lucri in Christianos incolas, nempe Italos, Venetos, Gallos, Hispanos redundare possit, quam in Sultanorum & Turcarum provincias. Etenim nautæ, Veneti, Galli &c. per illud fretum navigarent ad Persiam atq; Indiam, & inde remeantes pretiosas illas merces Persiæ atq; Indiæ adveherent, quas merces Sultani & Turcæ malunt terrestri itinere camelis per suas ditiones vehi, ut ita multis locis vectigalia ex illis colligant, qua in re non minima ærario Turcico accedit opulenta. Legi potest hac de re *Maffæus* l.3. Histor. Indic. ubi describit quam ægre *Campson Aegyptius Sultanus* tulerit Lusitanorum in Indiam navigationes, & commercia.

Tertia Causa, quod Sultani & Turcæ sciant, Christianos in re navali prævalere, atq; ideo metuerint ne fretum illud, & adjacentes regiones, ipsamq; Medinam, Machometis sepulchrum, valida classe & firmo exercitu invaderent, cum per hanc migrationem milites robustos neq; itinere defatigatos cum omni necessario commeatu in terram exponere possint. Hæc ex *Bernardi Varenii Geograph. lib. 1. p. 139 seq.*

Isthmici ludi Melicertæ funeribus sacri, solennitates Neptuni erant ubi victores apio, mox pinu coronabantur *Pausan. l. 1.* p. m. 79. & l. 7. in princ. *Joh. Argolus not. in Onuphr. de Lud. Circ. l. p. 4. Ricciolius Chronol.* T. *III. p. 310. Reformat.*

XI. Sch

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

XI. Schedulæ mortalitatis in Anglia authore Johanne Graunt.

Lubet sequentia *Ex Tom 2, Ephemerid. Eruditor p. 325.* adjicere; Catalogi varii sunt tentati commodissimi, ut mortuo aliquo, curatores funeris, antequam efferatur, certas quasdam fœminas certiores reddere sunt obstricti, illæ adeunt domum inquirunt in mortis causam, eamq; referunt parochiæ Scribæ, ex his Catalogis index aliquis generalis adornatur, qui singulis Jovis diebus distribuitur. Unde autor *Graunt.* observat. 1. *quod* ex bis centenis cum 29. hominibus millibus, viginti annorum spatio Londini mortuis, convulsiones, vermes, dentes & morbi alii similes sustulerint 71124. variolis & morbillis mortui 12210. Febri non nisi unus ex 40. periit. Morbi Chronici, hydrops v. g, phthisis sive affectio pulmonum e 239. ægrotantibus necavit 70. & sic morbos sibi invicē comparat 2. varias vitæ ætates sibi invicē comparat, & animadvertit infantes vicies plures *justum* consequi terminum, quam qui aut mortui nascantur aut nascentes moriantur. Ex infantibus centum eodem tempore natis, sex annis præterlapsis non nisi sexaginta quatuor superesse sub finem *16.* annorum, non nisi quadraginta; sub finem viginti sex annorum saltem adhuc vivere viginti quinq; sub finem triginta sex annorum superesse sedecim, sub finem quadraginta sex annorum non nisi decem, sub finem quinquaginta sex annorum saltem sex adhuc vivere, sub finem annorum 66. non nisi tres superesse, & sub finem annorum 76. tres illos reductos ad unum. Et sub finem tandem annorum 80 superesse neminem 3. *Viros* cum fœminis comparat advertitq; in qua proportione & nasci, & mori soleant. Londin. 14. pueros nasci solere asserit, quando tredecim nascantur puellæ, extra urbem quoq; quindecim pueros nasci & 14. puellas, verum & plures mori viros, quam fœminas, quia viri intemperatiores vivunt, & bella quoq; plurimos eorum tollunt, nihilominus fœminas magis ægritudini esse obnoxias, & observasse medicos, si vir unus laboraret morbo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

duas ſemper ægrotare fœminas. Addit etiam, propterea quod virorum numerus major aut certe æqualis ſit fœminarum numero, occaſionem eſſe petitam faciendi Evnuchos in regionibus iis, ubi fœminas uná plures ducere conceſſum eſt. 4. *Urbis* incolas cum paganis comparat. Obſervat, quod licet Londini minus ſymptomatibus pereant incolæ, quam pagani, quoniã fumus & vapores urbis ab iniquis aëris impreſſionibus urbẽ quodammodo defendunt; Secundum tamen proportionẽ plures moriantur Londini; ex 32. enim perſonis minimum unam ibidem mori, extra urbem vero ex 50. plures uno haud decedere ſolere. 5. *Numerum* naſcentium & morientium comparat. Difficile hic ait aliquid determinari poſſe, cum numerus naſcentium haud aliter cognoſci poſſit, quam ex Catalogis Baptizatorum. Jam vero ex iis qui Londini nati ab anno 1650. ad 1660. ne dimidia quidem pars, quæ Baptiſmo initiata, cum plurimi tum temporis eo fuerint errore infecti, quod Baptiſmus infantibus non ſit neceſſarius. Nihilominus, inquit, quantum judicare poſſit, mori Londini 12. circiter cum 11. naſcanrur, extra vero urbem communiter naſci 63. cum moriantur 52. Baptizatorum numerum proportionem imminuere, quam ſepultorum numerus augeat; & regulam eſſe, ut *quidem ſaniores anni fœcundiores ſemper ſunt*, *ita* & pauciſſimos ſemper naſci, quando peſtis graſſetur. Concludit deniq;. Hinc ſequi in Angliæ Regno circiter 6. milliones hominum haberi. vide ibid. pluribus.

XII. Oſculis Idola venerati. ad Hoſ. 13. 2. & Job. 31. v. 27. Pſ. 2. 12.

OSCULA *reconciliationis alias indicia*. Petron. in Satyric. p. 355. edit. Amſtelod. 1669. *oſculo iram finio. Et iterum: Ne reſidua in animis etiam poſt jusjurandum ira remaneret, præterita aboleri oſculis placet.* Morituris dabatur oſculum. Iterum *Petronius Satyric.* p. 401. Patior „ ego vinculum extremum, & veluti lecto funebri aptatus ex- „ pecto mortem jam non moleſtam. In quem locum *Gabbema.* Re-

Respicit hic ad morem Romanorum pariter ac Græcorum, quibus morti jam proximos amplecti, in usu erat. *Cicero Orat. V. in Verr.* Matresq; miseræ pernoctabant ad ostium carceris ab extremo complexu liberûm exclusæ. *Heliodor:* Erepta est mihi facultas extremi complexûs, ultimisq; osculis & exanimibus orbatus sum ἐσχάτων φιλημάτων.

Osculum cultûs etiam religiosi pignus, & signum fuit *Ps. 2. v. 12.* נשקו בר *Osculamini Filium*, hoc est cultu religioso adorate, osculamini in signum amoris, timoris, obsequii, qua ratione Regi recens creato præstabatur homagium *1. Sam. x.* De osculo *propinquitatis, valedictionis, subjectionis*, vid. *Magnific. D. Geier in Ps. 2. v. 12.* *Drus. in c. 12. Exod.* Sequentia pete *ex Johann. Owen. l. 2. c. 4. de Theolog. p. 189.* Loci *Ps. 2. 12.* sensum corrumpunt Interpretes LXX. Verba addentes δράξασθε παιδείας quos sequitur *Vulgatus*. Hieronymus agnoscit cultum Religiosum intendi, atq; ideo verba transfert, *adorate purè.* Osculis etiam idola venerari olim atqve etiamnum solemne *Osea 13. 2. Job. 31. 27. 1. Reg. 19. 18.* ישקון עגלים *vitulos osculantur* hoc est adorant ut idem *Hieronym. ad. Ruffin l. 1.* Herculis simulacra, *inquit* 4. in Verrem Cicero, *non solum venerari, sed etiam osculari soliti fuerunt. In adorando dextram ad osculum referimus totumq; corpus circumagimus*, ut Plin. l. 28. c. 2. Istius corporis versus, seu circumflexionis rationem reddit in vita Numæ Plutarchus. Numæ dicit fuisse institutum τὸ προσκυνεῖν περιστρεφομένους circum agant se adorantes, Addit Ἡ δὲ περιστροφὴ τῶν προσκυνούντων, λέγεται ἀπομίμησις εἶναι τῆς τοῦ κόσμου περιφορᾶς *Conversio adorantium simulacrum orbis mundi esse dicitur*, seu gyri Cœlorum, quem Sol peragit. Sed flexio ista corporis introducta videtur post templa Orientem spectantia, condita. Cum enim in eis necesse habuerint, qui idola adorarent, se Occidentem versus incurvare, corpus circumegerunt, quo ostenderunt se solem præcipuè intendere *Johann. Bona de Ps. p. 160.* Indos in adoratione osculis tripudia addidisse affirmat *Lucianus*, & *Apulejus l. 4.*

de asin. de formosa virgine, quam ut Deam mirabatur loquens: *Multi* inquit, civium admoventes oribus suis dextram, priore digito in erectum pollicem *residente, ut ipsam prorsus Deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur.* Postquam quidem simulachra erecta fuerunt, ipsa osculati sunt; in cultum autem cœlestium, solis scilicet, & Lunæ, utpote absentium, manum ori admovere soliti sunt atq; alia etiam Simulachra, cum in transitu haud licuerit religioni vacare.

Ita *Minut. Felix ait: Cæcilium simulachro Serapidis denotato admovisse manum ori, & osculum labris pressisse,* Nondum (seculo scil. Jobiano) Soli, equis, vespertilionibus, muribus cæterisq; reptilibus (de quibus *Maimonid. P. 3. More Nebuchim c. 29.*) aut frugibus, multo minus humano sangvine, quod postea factum, litatum erat, adorationem simplicem cordis cultum, solis corporis actionibus & incurvationibus sese exerentem, frugum terræ oblationes, exceperunt &c. &c. Vide pluribus *Lips. l. 2. Elect. c. 6.* qui docet Deorum ora, manus, pedes osculatos fuisse. De ore Cicero V. verr. *Ibi est* &c. De dextra Lucretius:

- - - *manus dextras, ostendunt attenuari,*
Sæpe salutantium tactu.

De pedibus Apulejus *Exosculatis vestigiis* Deæ quæ gradibus hærebat argento formata, ad suos discedunt Lares &c. Sed & *janua limina, aras templorum osculati sunt. Lipsius Elect. l. 2. cap. 6. Minut. Felix in Octav.* Cæcilius *simulacro Serapidis denotato, ut vulgus superstitiosum solet, manum ori admovens osculum labiis pressit.* Athenagor in legat. *Osculum adoratio quædam est. Pithœus* in advers. l. *1. 7.* *Muret.* var Lect. l. 10. c. *1. Franc. Lusin.* l. 2. Parerg c. 16. *Johann Bona.* de Psalmod c. 6. p. *160.*

XIV. Maleficium per imaginis cereæ applicationem.

REfert *Christophor. Brower. in Annal. Trevirens. lib. XI. ad ann. 1066.* Eberhardum Archi-Episcopum Trevirensem obstinatam Hebræorum gentem ad Christiana sacra redigere voluisse, quare necem ejus qui-

ſiviſſe Judæos, Excuſsis igitur diligenter conſiliis ante diem XVIII, Kal. Mart, quo die proximo Paſchali ſacro fonti ex ritu Eccleſiæ Pontifex operam daturus erat, facta ex cera ad Epiſcopi ſimilitudinem imagine; clericum ædis Paulinæ, nomen ei erat Christiano, ſed Pſeudo Chriſtianum ego potius dixerim corrupere pretio, ut ad ſtygias has machinationes, imaginem eam undæ ſalutari immerſam ablueret, ac veluti infantem ſacro fonte, tingendum, expiaret. Ubi igitur dies ſanctioris hebdomadæ extremus illuxit, Archi-Epiſcopus pontificali habitu ornatus, & ſtola incinctus ad ſacroſanctum lavacrum cum honeſto clericorum agmine prodit. Tum vero Judæi præparatam jam maleficiis iconem Lychnis inſerentes, accendere; eâ porroab ſumpta dimidiata Pontificem ſacris myſteriis inſiſtentem, vires omnes ſubito liquere. Elanguidus Antiſtes, veneni afflatu, faſcinoq; propemodum enectus abceſſit in ſacrarium; ibi, poſitis coram Chriſti in cruce pendentis effigie genibus, fuſus in preces, caputq; in Archidiaconi ſinum reclinans, ſpiritum exhalavit, cujus Epitaphium.

PAUSAT HIC EBERHARDUS TREVIRORUM ARCHIEPISCOPUS, QVI IN VIGILIA PASCHÆ SACRIS INSTANS OFFICIIS, EX CEREA IMAGINE PER JUDÆOS ACCENSA INFIRMATUS, AD SACRARIUM DUCTUS IBIDEN FLEXIS GENIBUS ORANS IN SACRIS VESTIBUS EXSPIRAVIT ANNO DNI. †MLXVI. XVII. KAL. MAII.

† MLX. VIII. KAL. Maji mendosè.

Addit *Browerus* p. 540. Atrox & funeſtum hoc maleficii teterrimi exemplum in imagine cerea emerſit, quod Satanas architectus, ex priſca ſcelerum officina miniſterio Iudæorum depromſit idem inter venenaria mala præcipuæ noxæ memorandum. Etenim in Stygialibus ſacris, lamiarum mos antiqvus obtinebat, ut ceream effigiem ſimilem ei ponerent, quem devovebant &c. Adde ex *Emund. Figrel. de Stat. Rom. c. 3 p. 15.* De maleficorum nequisſimis artibus, vid. pluribus *P. Zachias T. II. qq. Medicolegal. p. 46. ſeqq. Majol. D. Canicul. p. 465. ſeqq. J. Gothofred. T. III. ad Cod. Theodoſ. p. 112. ſeqq. Mar-*

tin. DelRio Disquisit Magic. l. 3. P. 1. Wierius de Præstig Satan. Nicolai de Magic action. Gockel. Europ. p. 273. conf. Analect. nostr. Mens. 1. cap. 51. Pœnam maleficio hanc imponit *Canon 6. Concil. Elibertin*; nec in fine „ impertiendam esse communionem. vide huc not. Gabriel Albaspin. p. 192.

XIV. Certamen hominum cum bestiis voluptas *appellatur.*

T*Heod. Rex. ap. Cassiod. Var. lib. 5. c. 42.* Voluptatem præstat „ sangvine suo, & in felici sorte constrictus festinat populo „ placere qui enim non optat evadere. Actus detestabilis, certamen infelix, cum feris velle contendere; quas fortiores se „ non dubitat invenire. Sola est ergo in fallendo præsumptio, „ unicum in deceptione solatium. Qui se feram non mereatur „ effugere, interdum nec sepulturam poterit invenire. Adhuc „ superstite homine perit corpus, & antequam cadaver efficiatur, „ truculenter absumitur. Captus esca fit hosti suo, & illum (pro „ dolor!) satiat, quem se perimere posse suspirat. *Brossæus in h.* „ *locum*: Venationem, & spectacula, in quibus homines cum „ feris decertabant vocat *ludum crudelem*, & sangvinariam volu„ ptatem, quemadmodum theatrales functiones, spectaculorum „ editiones, & alia ejus generis, voluptates appellari constat, „ quod confirmat Vopiscus in Aureliano. *Sequentibus diebus datæ sunt populo voluptates ludorum scenicorum, ludorum Circensium, venationum, gladiatorum, naumachiæ.* Et Tertullianus in his verbis. *Nam & omnes istæ prophanæ spectaculorum secularium voluptates ex rebus* DEI *constant.* Sic Lactantius spectacula damnans *voluptatis* voce sæpe numero *utitur. l. 1. C. de spectac. l. 1 C. de expens. ludorum.* Trebellius Pollio *in Gallienis duobus. Ne diutius*, inquit, *theatro & Circo addicta Republ. per voluptatem deperiret illecebras.* Salvianus de providentia DEI ait, *Nihil esse criminum vel flagitiorum quod non esset in spectaculis, ubi homines lacerarentur cum circumspicientium voluptate.* Hinc Prudentius contra Symmachum cum ad abroganda spectacula Honorium cohortatur.

Tu, mortes miserorum hominum prohibeto litari
Nullus in Orbe cadat, cujus sit pœna voluptas.

Broff. d. l. p. 198. Cæterum Præsidem seu legatum provinciæ Lugdunensis, spectaculũ ferarum extra ordinẽ populo præbuisse constituta ad id die, propter Christianos, quos ad bestias damnaverat, notat *Valesius*; Erant enim apud Romanos ordinarii, ac solemnes, munerũ dies qui in mensẽ Decembrẽ incidebant, ut est in Calendario Heruvartii: Extra hos dies non licebat munerariis, ac duum viris quibus hujusmodi editionum onus erat impositũ, spectacula ferarum populo exhibere, ut docet *Epistola Ecclesiæ Smyrnensis de martyrio Polycarpi*, quæ superius relata est in libro 4. Verum majores judices, qui jus gladii, & ad bestias damnandi habebant, hujusmodi meridiana spectacula, quoties ipsis libitum erat, exhibebant, ut cum populi voluptate noxios é medio tollerent. Cujus rei exemplum illustre est in Actis Martyrum Tarachi, Probi, & Andronici. Nam cum Maximus Proconsul Ciliciæ eos ad bestias damnasset, advocans Terentianum Sacerdotalem Ciliciæ, jussit ei sequenti die munera edenda curare, ut legitur in cap. *10.* eorundem Actorum. *Valesf. A. E. p 88. & p. 90. 4.* Inter *voluptates amphitheatralis spectaculi*, hæc erat, ut taurus in arenã produceretur, cui in furorem concitato noxios homines reticulo inclusos objiciebant; ille velut pilas in altum jactabat. Notissimi sunt hac de re *Martialis* versus:

Taurus ut impositas jactat ad astra pilas.

Vid. etiam *Barnab. Brisson. de spectaculis & feriis*, 8°. *Jul. Cæsar. Bulenger. de Venatione Circi cap. 30. & seqq.* De Tribunis Voluptatum *Cassiodor. l. 6. 19 l. 7. ep 10. Johann. Argolus in lib. 2. c. 14. Onuphr. Panvin: de Ludis Circensibus p. 82. b. & 72.* Populus Carthaginensis in hæc ludicra pronus admodum fuit, adeo quidem ut peculiaris Tribunus voluptatum extiterit. *Jacob Gothofred. T. 5. Cod. Theodos. p. 365.*

Constantinus M. fine anni 313. nec dum penitus ex animo deletis priscæ & superstitionis & sævitiæ notis Trevirorum in ur-

be ludos magnifice & spectacula rursus edidit, sed non incruenta, seu ex Francicæ victoriæ reliquiis seu recenti bello materiam lanienæ nactus. Dixit instituto solenni tum ibi Orator quispiam, Maxentinianique belli, & expeditionis Italicæ felicitatem ipsi coram gratulatus inter alia: Quid, inquit, *hoc triumpho pulchrius, quod cædibus Imperator utitur, etiam ad nostrum omnium* voluptatem, *& pompam munerum de reliquis barbaricæ cladis exaggerat. Tantam captivorum multitudinem bestiis objici. ingrati & perfidi non minus doloris ex ludibrio quam ex ipsa morte patiantur. Inde est, quod cum exitium differre liceat perire festinant, seq; lethalibus vulneribus mortibus offerunt. Ex quo facilè apparet quam magna sit vicisse tam prodigos sui.* Christoph Brovuer. *Annal. Treverer. ad ann 313.*

XV. *Ferrea Cathedra. I.*

EUsebius l. 5. c. 5. *H.E.* ferream Cathedram dixit *Craticulam*, cui impositi martyres, tanquam in sartagine torrebantur. Sic enim de *Maturo* quod conscenderit σιδηρᾶν καθέδραν p. 161. Mos enim erat ut Christiani antequam bestiis objicerentur, in hujusmodi Cathedra suppositis prunis ardentibus sederent, ut paulo ante legitur de Attalo, *p. 90. Vales. a. Antonius Gallonius, de cruciatibus Martyrum Paris: & Romæ 1619. edit in 4.* tanquam de distinctis agit, de *tauro æneo, sartagine, olla, lebete, craticula, ferrea cathedra, sive sella ferrea, galea, tunica*, aliis ferreis ignitis instrumentis. *Figura I.* præsentat elegantissimis æneis figuris, Martyrem in crate ferrea tostum, quales erant Laurentius, Dules Eleutherius, Conon, Dorotheus, Macedonius Theodulus Tatianus. *Figura III. martyrem* lecto ferreo ignito impositum & assatum, quo supplicio affecti Eleutherius Clemens Acynranus, Plato, Zenobii fratres Olympiades, Maximus, Acindinus, Pegasius, Avenpodistus, Astorius, Elprodephorus. Jam laudatus author p. 145. differit Lectum ferreum diversum fuisse á craticula. Nam in historia Eleutherii Episcopi legimus Tyrannum, qui eum tormentis objici jubebat, decrevisse, eundem sanctum virum jussu ipsius in *lecto ferreo* jam cruciatum, deponi ex eo, & torreri in craticula ferrea. Sic legitur in Actis MSC. *Tunc fremens Hadrianus afferri jussit lectum æneum, & suppositum*

ſitum vivum per quatuor partes extendi in eo præcepit, quo ejus tenera membra diſſiparentur : ignis vero ſubtus erat poſitus. ac paulo infra: *Et cum tranſiſſet hora, exiſtimans Imperator eum mortuum, ſolvi præcepit. Qui extendens manus ſuas, dicebat Romanis : Magnus eſt Chriſtianorum Dominus, quem beatiſsimi viri Petrus & Paulus nobis prædicaverunt, qui multa ſigna & virtutes in hac urbe fecerunt, & Simonem illum Magum glorificantem, dæmoneſq; colentem, quos & Hadrianus, eliſerunt ad terram. Tunc Hadrianus juſſit craticulam oleo per unctam afferri, & ignem ſupponi præcepit.* Et Martyrolog. Rom. 14. Cal. Maji. *Eleutherius Epiſcopus. Illyricus & Anthia mater ejus ſub Hadriano, lectum ferreum ignitum, craticulam, & ſartaginem oleo, pice ac reſina feruentem ſuperantes.* Erat igitur craticula â lecto ferreo diſtincta : qui quidem lectus veri ſtrati inſtar, & longus, & pauliſper elevatus è terra ad ignem ſubminiſtrandum, fiebat, cum nonnullis ferri fruſtis per obliqvum ductis, quaſi tabularum loco paululum inter ſe diſtantibus. *Figura IV.* producitur martyr tunica ferrea, ſive moleſta, crepidiſque candentibus indutus & uſtulatus, ut & Martyr in ſella ferrea ſedens, cujus capiti galea ignita imponitur. Ubi *Gallonius* p. 146. Præter Crates, lectosq; ferreos, utebantur & gentiles ad Chriſtianos affligendos *ſella ferrea ignita.* Indicant hoc Acta Sanctorum Martyrum Pauli & Julianæ â *Metaphraſt. recitata Surii Tom. 4. & Euſeb. H. E. l. 5. c. 1. 3. Gregor. Nyſſenus in vit.* „Gregor. *Thaumaturg.* Juſſit iterum judex ſeptem Subſellia ænea afferri, & ita eas, *id eſt ſeptem mulieres,* quæ S. Blaſii martyris, dum torqueretur, guttas defluentis ſangvinis collegerant, per ſingula ſuperſedere præcepit. Quæ vero ſubſellia adeo ignita erant, ut ſcintillæ ex eis, veluti valde ſuccenſa fornace, micarent.

XVI. *Calumnia extorta.*

EUſebius *lib. 5. c. 5.* Capti ſunt, *inquit*, quidam noſtrorum ſer-
vi, qui Gentiles erant, quandoquidem Præſes nos omnes re- „
quiri palam juſſerat, qui Dæmonis impulſu, cum tormenta „
reformidarent, quæ ſanctos perpeti videbant, militibus ad „
hoc ipſum eos incitantibus, Thyeſteas quaſdam cænas, & in- „

„ cestos Oedipi concubitus, & alia, quæ nec proloqui nobis nec
„ cogirare fas est, ac ne credere quidem sustinemus apud homi-
„ nes unquam gesta fuisse, adversus nos ementiti sunt. His in
„ vulgus, sparsis, omnes continuò in nos adeò efferati sunt, ut si
„ qui fortê cognationis causa moderati erga nos hactenus ex-
„ stitissent, tunc acerbissima indignatione commoti adversus
„ nostros infremerent. Complebatur itaq; id quod à Domino
„ prædictum fuerat his verbis : Veniet tempus, cùm quicunq;
„ vos occiderit, cultum offerre videbitur DEO. Exinde san-
ctissimi martyres ejusmodi tormenta sustinuerunt, quæ nulla
unquam oratione exprimi possint. Non tamen curasse hæc o-
mnia Christianos sed generosissimè mortem obiisse, *Attalum*,
Blandinam, quæ in mediis cruciatibus nihil aliud prolocuta quam
Christiana sum; nihil apud nos mali geritur. Valesius A. E. p. 87. a.

XVII. *Arca Montanistarum.*

ERat apud Montanistas *Arca quædam*, in quam sodales stipem con-
jiciebant ad Prophetarum alimoniam. Primus *Theodotus* hujus
arcæ curam gessit, quem idcirco procuratorem prophetiæ Eusebius
cap. 16. l. 5. H. E. vocat, quod reditus illorum & prædia procuraret.
Erat alioqui Montanus cum suis prophetissis, magnus æruscator, qui
pecuniam undiq; corraderet, oblationum specie. Salaria etiam præ-
bere solitus iis, qui doctrinam suam prædicarent, ut scribit Apollonius
apud Eusebium in cap. sequenti. Arcam igitur seu fiscum habuerit
necesse est, & procuratorem ærarii, qui salaria id est, pecunias nume-
raret iis quibus Montanus decreverat. *Vales. A. E. p.* 98. *a.* De seve-
ritate Montanistarum Baron T. 2. ann. 173. n. 32. ex Hieronym. epist. 54.
Illi *ad omne penè delictum Ecclesiæ obserant fores.* De nefandis eorum
mysteriis dum puerum aculeis totum corpus compungunt, sangvinem
usurpantes ad sacrificia *Epiphan* hæres. 48. quamvis potius Quintillia-
nis tribuat. Affectabant martyrium *Baron.* T. 2. ann. 205. n. 13. De
prophetissis ejus fanaticis, & arreptitiis *Cunæus* l. 3. c. 7. de R. H. Baron
T. 2. ann. 179. n. 51. ann. 173. n. 31. & n. 8. 12. 13. Ex urbibus ejiciendos,
& Codices cremandos, ut & Eunomianorum, lege cautum *Cod. Theo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Theod. l. 16. t. 5. n. 34. vide huc *Gothofred.* T. 6. p. 152. s. Montanistas in Conciliaribus conventibus damnatos esse, testis *Euseb. H. E. l. 5. c. 15.*

XVIII. *An meretrix teneatur solvere decimas?*

VEntilat hanc quæstionem *Johann Riccius Aloysius* ex Decis. 143. Cur. Archi-Ep. Neap. P. 1. p. 81. Tres meretrices, *scribit* recusabant solvere decimas Parocho, & cum eas convenisset Parochus, ut solverent dictas decimas; fuit dubitatum, si de jure adstringi potuissent? ad quod fuit dictum, de hac materia latè tractare D. *Thom.* 2. 2 q 87. art. 2. *Sot.* l. 5. de just. & jur. art. 3. q. 3. *Cin.* in l. 2. C. de condit. ob turpem causam *Jas. & Castr.* in l. 4. §. *Sed quod* meretrici ff. eod. tit. & ultra notata. Per eos dubitatur *pro opinione negativa*, per ea, quæ *in text. c. extransmiss. de dec. m.* Ubi quis de omnibus, quæ licitè acquirit, decimas erogare tenetur. Ergo á contrario videtur concludendum : *de illicitè acquisitis, non debere decimas solvi arg. text. in c. non est putand. n. 1. q. 1.* & sic meretrix de suo meretricio non tenetur solvere decimã juxta illud : *non accipies mercedem prostibuli, & Esai : non accipies mercedem, nec pretiũ sanguinis de illo honorabis Dominum DEum tuum*, nempe de justis laboribus, ut in d. *c. non est putanda* : Illicitè np. acquisita, non sunt in bonis nostris *l. cum duobus* §. *si ff. pro* socio; *unde gloss in cap. ex transmissa de decim* tenet de nullo illicitè acquisito posse fieri Eleemosynam, vel etiã decimam solvi, & ideo *nec meretrix, nec aleator, nec Simoniacus, nec histrio possunt facere Eleemosynam, nec dare decimam* de tali lucro propter dicta argumenta, hinc text. *in c. 1. 96. dist.* dixit : Sacerdotem non debere recipere decimas á meretrice, ne videatur, ei impunitatem præstare, secundum *D. Thom.* 2. 2. c. q. 86. art. 3.

Contrarium tamen fuit, (pergit *Riccius*) resolutum, *meretrices teneri ad solvendum decimas.* Cujus decisionis ratio fuit. Nam in dubio nemo censetur immunis á prædicta præstatione, nisi expresse recipiat indultum. Ita *Castrens. in cons. 190. Volum Barsa cons. 17. vol. 1. Mandel. Cons. 322. Vol. 2.* & licet meretrix turpiter agat, ut meretrix, non tamen turpiter accipiat. l. 4. §. *quo-*

ties ff. de condit. ob turpem cauſ. & latè Covar. in repetit. regul. peccatum,
de reg. jur in ſexto. Item, quia aliàs delictum præſtaret immuni-
tatem *l. relegatorum §. fin. ff. de interd. & releg. & in l. ſive hereditaria*
ff. de negot. geſt. ubi quis non debet habere præmium de eo quod eſt
puniendus: criminoſum enim non dimittas, ſed pœna eum debet
comitari. *l. comitare l. nequis C. de Decur. l. 10.* & ad hoc illud Evan-
gel. confert: *facite vobis amicos de Mammona iniquitatis &c.* ut regiſtra-
tur *in c. quia petis §; fi. 14. q. 5.*

Non obſtant contraria, nam procedunt quando de illis
bonis competeret repetitio & dominium non transfertur, quia
tunc de illicitè acquiſitis non tenetur quis ſolvere decimas, ſe-
cundum *gloſſ. in cit. c. extranſmiſ. fi.* & ratio eſt quia aliena non
poteſt quis concedere præter Domini voluntatem *c. tua nobis de*
decimis, ut in uſuris & in ſimonia *c. debitores de jur. jur. & text. in c.*
veniens & cap. de hoc ſimonia. Hactenus *Riccius.*

Mirari certè ſubit tantæ Curiæ, tantillas rationes, pro affir-
mativa allatas lucem aſpexiſſe publicam. Hoccine enim in du-
bio dicendum eſt, hanc vel illam meretricem eſſe, quæ quæſtum
facit corporis ſui, vel publicè, vel clam, uti benè diſtingvit
Dn. D. Carpzov. Criminal. P. 2. q. 70. § 16. Et ſi in dubio eſt, qua-
re exiguntur ab ipſis decimæ, ut à meretricibus; hoc enim in-
tendunt verba deciſionis.

2. Aſſertioni: *licet meretrix turpiter agat non tamen turpiter*
accipit, reclamat ipſa natura honeſti amans, univerſa ſanior Phi-
loſophia, effata ſaniorum. Ethnicorum, qui honeſtum utili ſem-
per prætulerunt, ſecus ac quidem tenebrio quidam larvatus in
homine ſuo Politico honeſto dicam ſcribens, utile adamavit. O-
mnes certè actiones menſurantur ex finibus, & mediis; accipit
ergo turpiter tale proſtibulũ mercedẽ ut turpiter agat; dat merce-
dem turpiter ſcortator (cum in laudabiliorem & non prohibitum
finem eroganda eſſet pecunia) ut voluptuoſe, libidinosè id eſt
impurè cohabitet; qualiter igitur *ſe hic* habet vi relatorum da-
tio, taliter ſe etiam habet acceptio. Univerſa certe Sacra Scriptura
aſſer-

asserto huic reclamat, quæ per totum prohibet malé cogitare, malè facere, malè accipere. Stante hoc asserto, excusanda venirent omnia fura, homicidia, δωροφορίαι, sicarii, proditores &c.: nam perpetuò pro ipsis staret assertum, quamvis fur homicida, corruptor, sicarius proditor turpiter, & peccaminosè agat non tamen turpiter mercedem laborat recipere. Sed ubi invenias labores tales divinitus præceptos, ut renumerationem, mercedem mereantnr Psalm. 128, 2. *Labores manuum tuarum quia manducabis*, intellige de laboribus licitis.

Iterum quæ consequentia: *Criminosum* (meretricem) *non dimittas*, quia alias delictum præstaret immunitatem. E. meretrices tenentur solvere decimas Parocho. Iterum *Facite vobis amicos de mammona &c.*

Ergo adigite meretrices, ad dandas decimas Parocho.

Decidit deniq; Curia: *aliena non potest quis concedere præter Domini voluntatem.* Assumimus: Ergo nec meretrix poterit aliter nisi turpiter accipere mercedem prostibuli, quia præter Domini supremi voluntatem concedit corpus suum scortatori contra 6. præceptum & sic ex templo S.S. Trinitatis facit cloacam Satanæ. *1. Corinth. III. v. 16. 17. cap. VI. 19. 2. Cor. VI. 16.* Et DEUS habet super animas & corpora nostra absolutum dominium *Matth.* X, 28. habet curam capillorum. *ibid*, multo magis corporum & animarum.

Quin & notum, neminem esse dominum membrorum suorum. Benè monet jam laudatus *Carpzovius* l. c. § 11. seqq. De *jure Civili*, fornicationem esse impunibilem, & nullam mereri pœnam. Divum tamen Apostolum æternæ condemnationis pœnam minari loc. alleg. *Galat. 5. v. 19. seq.* Unde fornicationem peccatum esse mortale, nemo dubitare potest, usque adeò, ut pro hæretico habeatur, qui hoc in contrarium vocare ausus fuerit *Jul. Clar. l. 5. sent §. fornicatio n. 1. v. de jure autem divino, & §. hæresis &c. Richardus* allegatus à *Daumhoder in prax. rer. criminal*

c. 59.

Peræquationem omnibus necessariam esse non ignoramus. *Ideq; præcipimus ut nullus electus contra judicium Culminis Tui: Rescribti se privilegio alicujus autoritate defendat: quoniam per cognitos ac probatos viros compendia Provincialium Judicum volumus ordinari.* Gothofred. in h. l. Quatuor de peræquatorum munere & electione observanda (1. (Peræquationis munus necessario obeundum fuisse ab omnibus, qui electi fuissent, quod his verbis significari existimo *Peræquationem omnibus necessariam esse non ignoramus.* Id quod etiam colligere est ex *Basil. ep. 278. ad Modestum.* PP. ut & de censitoris officio ex *ejusdem Basilii ep. 352.* de Discussoris & Inspectoris ex l. II. inf. (2.) Electos Peræquatores judicio Præfecti Prætorii, ut docent illa *Contra judicium Culminis Tui.* Quod et diserté docet T*heodoret. ep. 47.* np. quia & totius census reiq; Tributariæ ratio ad curam Præfecti Prætorii spectabat, quod etiam ex Zosimo liquet. Quare & si quis ab hoc munere electus excusari vellet, excusari eum á PP. oportuit: quomdo sane *Basilius dicta ep. 278.* Helladium quendam πρωϊεύοντα liberari petit ab hoc munere, eoq; nomine literas à PP. ad Rectorem provinciæ dari postulat (3.) Cognitos & probatos. *Basil. ep. 278.* (4.) Peræquatores ideo; electi, & per Provincias destinati, *ut Compendia Provinciarum ordinent*, id est ut prægravatos levent, alias non satis gravatas gravent. Quare vox *Judicium* hic prorsus irreptitia est; neq; n. Peræquatores mittuntur, ut ordinent compendia Judicum, verum, ut miserorum Provincialium. cap. 8. decernitur pœna in negligentes peræquatores: Si *incurrerunt culpam negligentiæ, vel gratiæ, non solum honorum jacturam verum etiam annonarum in quadruplum multæ subire debebunt: Ea vero, quæ in damnum Provincialium fuerint accepisse convicti in quadruplum cogentur exsolvere.* Videatur Gothofred. h. l. *Iterum cap IV. hoc. tit.* Qui gravatos se á Peræquatoribus conquesti sunt, *& injusto oneri impares esse proclamant, Competitionis habeant facultatem, ut quid remissum gratiarum, quid interceptum fraude fuerit, convincant, & ex eo levamen accipiant, quod per deformia & criminosa commercia sibi impositum esse deplorant, ut a-*

liis

c. 93. n. 1. scripsit ne quidem per DEI dispensationem eam fieri posse licitam. Abeant ergo fornicatores, adulteri qui vel nullum vel levissimum peccatum esse putant scortari &c. dicentes; ex natura nos esse ad Venerea inclinatos, de quibus nec laudamur, nec vituperamur contra 1. *Tim. 1. 10. Ebr. 13.* 4. *Genes. 6. & 19. Proverb. c. 5. & 6. & 7.*

In terris Saxonicis *publicis prostibulis* & meretricibus pœna relegationis definita est *Constitut. Elect.* 28. P. 4. in pr. §. wenn mit gemeinen Weibes-Persohnen / durch die so ledig. ꝛc. das gemeine Weib doch endlich verwiesen werden soll. Qui verò clam more meretricio vivunt carceris pœna definita est ibi §. Aber andere ꝛc. Aber ledige ꝛc. mit zeitlichem Gefängnüß / oder auch nach gelegenen Umständen und Vielheit der geübten Unzucht mit Verweisung gestraffet werde. Et Ordinat. Eccles. von Ehebruch. Non ergo delictum præstabit immunitatem, neq; criminosus dimittetur, si dictis modis Magistratus pœnas inflixerit. E. nullus decimas dandi Parocho, locus.

Nota hic obiter stupri pretium, vocari *titulum Petron. in satyric.* „ p. 23. edit Amstelod 8°. video quosdam inter titulos, nudasq; meretrices furtim conspatiantes. In quæ verba *Wouwer*: In ipso cellæ aditu, ubi scorta prostabant, titulus inscribebatur, ideo Martialis: *Inscriptæ limina cellæ* Senec. Controv. l. 1. *Superpositus est cellæ tuæ titulus.* & *Gabbema* ibid. Tituli appellatione notatur Stupri pretium, & nomen meretricis. Senec. l. 1. contr. c. 2. *Deducta es in lupanar, accepisti locum, pretium constitutum est, titulus inscriptus est.* Ibidem. *Nomen tuum pependit in fronte pretia stupri accepisti*: Symphonianus in Histor. Apollon Tyrii. *Puella prosternit se ad pedes: Miserere virginitatis Meæ, ne prostituas hoc corpus sub tam turpi titulo, Leno vocavit villicum puellarum, & ait: Ancilla exornetur, scribatur ei titulus*: QVICUNQVE TARSIAM DEFLORAVERIT, MEDIAM LIBRAM DABIT. POSTEA. POPULO. PATEBIT. AD SINGULOS SOLIDOS. In veteri Codice reperitur *internuculos*, ut & apud Apulei. de DEO Socrat. *Internuculos recens cognitos* P. Pithœus l. 2. Subces. horar. c 10 sic dicebant, inquit, impudicos: omne enim mediū nucleū vocabant. *Internuculi* ergo impudici, impudicati intercutibus stupris flagitati, intercutiti, stuprati. *Scalig ad Priap. Ramirez* in Martial. l. ep. 35. n. 5. *Gloss. Petron.*

FINIS.

J. N. J.

MENSIS III.

I.

Eucharistia in manus fidelibus data.

EUsebius 16. c. 43. ubi Vales. *A. E. p. 156. a.* Proprium erat Presbyteri officium, Eucharistiam & calicem Fidelibus in manus tradere; idquè ἐπιδοῦναι proprie dicebatur. Chrysostomus Homilia 46. in Matthæum: οὐχ ὁρᾷς, ὅτι τῷ ἱερεῖ μόνῳ θέμις τὸ τοῦ αἵματος ἐπιδιδόναι ποτήριον. Id est, non vides, qualiter soli sacerdoti licet calicem Dominici sanguinis præbere. Ex quo ita argumentatur Chrysostomus. Tu ergo sacerdos es, cùm panem & calicem præbes pauperi In quibusdam tamen Ecclesiis Diaconi Eucharistiam populo dividebant. Idq; innuere videtur auctor quæstionum veteris & Novi Testamenti cap. 101. his verbis: *Diaconi ergo ordo est accipere â sacerdote, & sic dare plebi.* & in Concilio Arelatensi 2. c. 15. cavetur, ut Diaconus præsente presbytero corpus Christi fidelibus tradere non præsumat. Fideles cum Eucharistiam de manu sacerdotis acciperent, postquam presbyter inter tradendum dixerat *corpus Domini*, respondere solebant Amen, ut testatur B. Ambrosius in lib. 4. de sacramentis c. 5. *Ergo non otiose cum accipis, tu dicis Amen, jam in spiritu confitens, quod accipias corpus Christi. Dicit tibi sacerdos; corpus Christi. Et tu dicis Amen, id est, verum.* Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi ultima: καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην, δέχου τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, ἐπιλέγων τὸ ἀμήν. Augustinus in libro 12. contra Faustum cap 10. *Habet vim magnam Christi sanguis in terra, cúm eo accepto ab omnibus respondeatur Amen.* Sæpius autem fideles inter missarum solemnia dicebant *Amen.* Nam & cum sacerdos panem, & vinum consecraret, respondebant *Amen*: & post lectionem Evangelii & Prophetarum, Amen dicere sequè ipsos signare consueverant, teste *Augustino in Epistola 166.* vid. Vales l. 6. adde *Johann. Cabbassutii Notitiam Concil. S. Eccles. p. 306.* imprimis *Card Johann. Bona de rebus Liturgic. l. 2. c. 17. §. 7.*

" magnificentia erexerunt, regium perpetuū nomen indicentes; Piorum namq; *Campum eum appellarunt. ac statos, solemnesq; honores perpetuo illis impendendos dedicarunt, quos quolibet anno ætate etiam sua Pausanias magna pompa persolutos fuisse docet.* Jam laudati Commentatores laudant pietatem Æneæ in patrem Anchisen, Plutonis juvenis in patrem, Cimonis filii, Claudiæ Vestalis, Oppii, Julii Mansveti filii impuberis. vid. *Valer. M. l. 5. c. 4. Aristotel. de mundo Herodot. 1. hist. de Bithome &c.*

XIV. Morbidi apud Romanos in templis pernoctabant.

ROmani prisci malo aliquo afflicti, præcipuè morbo, *pernoctabant* in templis, ut per quietem a Diis monstrata remedia acciperent. Hi *Deo alicui incubare* dicebantur. *Servius ad VII. Æneid.* Incubare propriè dicuntur, si qui dormiunt ad accipienda responsa, unde, ille incubat Jovi i. e. dormit in Capitolio, ut responsa possit accipere. *Plaut. Curcul. l. 1. LXI. & II. XVI. Suet. Vespas. c. 7. Turneb. vid. lib. XI. c. 7.* Elegantissima remediorum per somnia gentilibus oblatorū exempla *Mercurialis l. 1. de arte Gymnastica c. 1.* exhibet ex inscriptione tabellæ marmoreæ Romæ in Æsculapii templo in insula Tiberina inventæ: cujus etiam mentionem facit. *Boxhorn quæst. Rom. IIX.* Sic habent verba *Hieronymi Mercurialis l. 1. c. 1. p. 2. edit. Venet. 1601. 4.* Mos fuit liberatos morbis in templo ejus DEI, quid auxiliatum esset, scribere in tabellis. Isq; a primis illis temporibus usq; ad *Antonini* Imperatoris ætatem, non modo in Græcia, verum etiam in Italia perduravit, ut præ cæteris ex tabella marmorea Romæ in Æsculapii templo in insula Tiberina inventa, & usq; ad hanc diem ap. *Maphæos* conservata intelligere licet, in qua Græce hæc leguntur Αὐταῖς ἡμέραις Γαΐῳ τινὶ τυφλῷ ἐχρημάτισεν ἐλθεῖν ἐφ' ἱερὸν βῆμα, καὶ προσκυνῆσαι, εἶτα ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν καὶ θεῖναι τοὺς πέντε δακτύλους ἐπάνω τοῦ βήματος, καὶ ἆραι τὴν χεῖρα, καὶ ἐπιθεῖναι τοὺς ἰδίους ὀφθαλμοὺς, καὶ ὀρθῶς ἀνέβλεψε, τοῦ δήμου παρεστῶτος, καὶ συγχαιρομένου ὅτι τοσαι ἀρεταὶ ἐγένοντο ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ ἡμῶν Αντονιόυ id est: Hisce diebus Cajo cuidam cœco oraculum reddidit (per somnium) veniret ad sacrum altare & genua flecteret, deinde à parte

Addantur præterea Tertul. de Idol. cap. 7. ab idolis in Ecclesiam venire, attollere ad DEUM Patrem manus matres idolorum, postremo eas manus admovere corpori Domini, quæ dæmoniis corpora circumferunt. *Clemens Alex. l. 1. Strom.* Quidam Eucharistiam, ut mos est, diviserunt, permittunt unicuiq; ex populo ejus partem sumere. *Cyprian. ep. 56.* fideles manu sua Sacramentum sumsisse non semel testatur. Idem de bono patientiæ: nec post gestatam Eucharistiam manus gladio & cruore maculatur. *Iterum Cyprian. de lapsis.* à Diaboli aris revertentes ad sanctum Domini sordidis & infectis manibus. *Theodoretus l. 5 H. E. c. 17. & Nicephorus H. E. l. 12. c. 41.* refert verba Ambrosii ad Imperatorem Theodosium: Istasne adhuc stillantes injustæ cædis cruore manus extendes, & iis sanctissimum DEI corpus prehendes? *sexta Synod. Trull. can. 102.* damnat, qui Sacramenta vasculis aureis excipiunt, quæ manu debebant. *Addatur Niceph. 16. H. E. c. 6* Fatetur hoc *Baron ann. 57. n. 147. 148.* ritum hunc longe ultra 300. ann. Christi obtinuisse pluribus ex quarti seculi & sequentium scriptoribus utpote *Cyrilli Hierosolymit. mystag. 5.* Accedens ad communionem, non ex-
,, pansis manuum volis accede, neq; disjunctis digitis, sed sinistram vel-
,, uti sedem quandam subjicias dextræ, quæ tantum Regem susceptura est,
,, & concava manu suscipe corpus Christi, dicens! Amen. Sanctifica-
,, tis ergo oculis, tam sancti corporis contactu communica, cave ne-
quid excidat tibi. *Maximus in Oriente ann. 650.* ait; Omnes viri qui communicare desiderant, prius lavant manus suas, ut mente pura & nitida conscientia Christi sacramenta suscipiant. Similiter & mulieres nitida exhibeant linteamina, ubi corpus Christi accipiant pura mente & nitida conscientia *vid. Analect. nostr. mens. 1. cap. 35.* Adducit insuper *Baron.* Sextam. Synodum 680. c. 111. Antequam fiat communio, Eucharistiam accepturus, manus in crucis formam figurans sic accedat & gratiæ communionem accipiat &c. Adducit *Cyprian. Tertullian. Gregor. Nazianz. Anastasium Nicænum, Basilium, Ambrosium &c.* Fatetur hoc etiam *Severinus Binius Not. ad Concil. Tolet. p. m. 747.* his: Antiquus Ecclesiæ mos fuit dari fidelibus, Eucharistiam in manus. *Nicephorus l. 21. c. 41.* tradit, (nota non caput 41 sed 7. esse) miraculum de muliere Macedoniana, quæ accepta cõmunione, panem supposuit, qui tamen in lapi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

lapidem conversus *Sozom* l. 8. c. 5. *H. E.* Est etiam, pergit *Binius*, apud
Euseb. l. c. 33. 34. H. E. in *Concilio Antisiodorensi*. c. 36. & apud *Balsamo-*
nem super canon. 6. Synod c. 39. *Item Dionys. Alexand.* epist. 5. ad Sixt.
Pap. &c. Postea vero propter fraudes impiorum hominum cautum,
ut in os mittatur. Id constat *ex concil. Rothomag.* cap 2. Nulli laico
» aut fœminæ Eucharistia in manus ponenda, sed tantum in os ejus.
» Hinc fit ut propter adorationem Eucharistiæ nulli fas sit Sacra Sym-
bola attingere. vid. D. *Calixt. de Commun. sub una.* Disputant multis
» Casistæ : An si particula cadat super manum v. g. communicantis,
» sint virtute Rubricæ Missalis manus lavandæ, & aqua in sacrarium in-
» fundenda : Tractat hoc Anton. Diana T. II. Dian. Coordinat Alcol :
» Tract. 2. de præcepto divino & Eccles. Commun. sacr. resol. 5c.
» disputans contra Pellizarium tract. de Monialibus c. 10. sect. 3. sub-
» sect. 1. n. 241. negativam tuentem, distinctè respondens ad distincta
scribens. *Si in terram* ceciderit, locus radi debet, quantum sufficit,
hoc est, quanta est superficies terræ tactæ, & rasum rejici debet in sacra-
rium. Si vero ceciderit *in tabula*, eadem ratione fiat; quod si in
panno profano, tunc lavari debet per tres vices, & ablutio reponi debet
in sacrarium, ut aliqui dicunt, quos sequitur *P. Trimarchus*; licet non-
nulli dicant, quod pannum lotum scindi debet & comburi; verum hoc
fit, si ceciderit de sangvine ut ait *Possevinus de Officio curati cap. 8. n. 4.*
Lavari ergo debet solum ob reverentiam sacramenti, etiamsi fragmen-
tum non possit discerni, & tunc pannus pluries lavari debet, non vero
comburi, ut docent *Henriquez* l. 8 c. 28. n. 4. *Sotus* 4. dist. 10. q. 2. art. 8.
Gavantus Comment. Missal. P. 3. tit. 10. n. 15. Si autem ceciderit *in pan-*
no sacro, videl. super manicam Albæ, satis erit si lavetur & fiat ut su-
pra sine scissione. Quid est faciendum, si cadat Sacramentum *super*
barbam communicandi, quod satis est, si barba pluries lavetur, siquidem
barbæ magis parcendum, quam tapetibus, & aliis pannis. Quid si
laicus, præveniens Sacerdotem particulam *sustulerit de terra*? *Possevi-*
nus l. 1. docet quod lavari debent manus laici & ablutio reponenda in
sacrarium propter eandem rationem &c. Resp. Adiaphora sub simpli-
cem necessitatem revocare velle næ hoc repugnat libertati Christianæ. Vi-
dendi B. *Gerhardus* noster de sacra Cœna §. 169. & *Johann. Dalæus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

adverſ. Latinor. de Cultus Religioſi objecto traditionem l. 2.c.20.per-
tot. B. *Gerhardus* noſter docet errare *Papæos*, qui Euchariſtiam laicis
fidelibus in manus dare nefas eſſe ducunt, quaſi vero quod ore accipi-
tur, manu non liceat tangere. Errare *Calviniaanos*, & *Neophotinianos*
qui neceſſariũ ſtatuunt, Euchariſtiam in manus dare communicantibus;
concludens demum §. 170. *Modum diſtributionis adiaphorum eſſe ſtatui-
mus, ideoq; propter ritum ſua naturâ liberum Eccleſias benè conſtitutas mini-
mè turbandas, nec infirmioribus ſcandalum eſſe præbendum dicimus*, *proinde
retinemus morem ſacra Symbola* ori communicantium admovendi *tum*
quia jam olim mos ille receptus *tum* quia ad εὐσχημοσύνην & *reverenti-
am facere videtur, nec cum verbis inſtitutionis ulla ratione eum pugnare
oſtendi poteſt*. Confer. B. Hœpffner. de Cœna & alii ex noſtratibus; hæc
enim ubivis proſtant.

II. Undecim Evangelia Reſurrectionis Chriſti.

DE his *Theophanes homil.* 28. *in Evangel.* quorſum *Fr. Scorſi in not. p.*
„ *532.* Hæc undecim Evangelia, ex univerſa hiſtoria Reſur-
„ rectionis Chriſti, prout á 4. ſimul Evangeliſtis comprehendun-
„ tur, deducta leguntur in Græcorum officiis *ad matutinum &*
ἀναστάσιμα ἑωθινὰ *appellata, & quidem hoc ritu, quem ab uno ex Græcis
ſacerdotibus ſuum ritum ſciente & exercente traditum accepi, ut per totum
annum ſingula in ſingulis* matutinis diei Dominicæ, ordine perle-
„ gantur, á primo incipiendo uſq; ad undecimum, eoq; finito
„ ad primum recurratur in orbem. Notatum tamen inveni in
„ Pentecoſtario Græcorum, hunc ordinem aliquando ſubmutari.
Sciendum & hoc, quod matutinalia Evangelia ad matutinum ad
Paſcha non eodem ordine, ſed commutato leguntur. Erant &
„ Troparica, quædam eodem nomine & numero, quæ ἑωθινὰ ἀ-
„ ναστάσιμα dicebantur, eo ipſo die, quo canebantur; nam omnes
„ Dominicas ἀναστασίμους indigetabant, propter Reſurrectionem
„ Domini. Hæc compoſuiſſe dicitur Leo X. ſapiens, ſicut ea,
„ quæ ἐξαποστειλάρια vocata, Conſtantinus ejus filius in Antholo-
„ gio novo νέῳ ἀνθολογίῳ, in quo horæ Græcorum Canonicæ con-
ti-

tinentur, impreſſ. Romæ ſub Clem. Pap. VIII. & aſſervatur in " Biblioth. Colleg. Pariſ. & duodecim Evangelia eadem, de qui- " bus Theophanes homilias compoſuit, & de Troparicis hæc le- " guntur : Incipiunt Anaſtaſima exapoſtolaria, & idiomela matutinalia undecim : ſunt autem matutinalia Leonis Sapientiſſimi; exapoſtolaria vero ejus filii Conſtantini.

III. Vocabulum Σωτὴρ *& Jeſus Salvatorem ſignificat.*

EXpendit hoc *Franciſcus Scorſi Panormitanus Societ Jeſ. in not. ad Theophan. Homil. p 462.* edit. Pariſ. *1644.* In reddenda, ſcribens", Græca voce σωτὴρ uſus perpetuo ſum Latina non *ſervatoris*, ſed *ſalvatoris*, motus maxime hortatione *P. Julii Nigronii Soc. Jeſu*, qui in libello, quo Regulas Societat. noſtræ explicat, diſſertationem habet de hac re luculentam, & non ſolum ſcrupulum eximit iis, qui *Salvatoris* nomine, ut minus latino, ſua ſcripta deformari putant, ſed etjam religionem his injicit, quod in Salvatorem ipſum minus pii & grati eſſe videantur. Primum præſtat dicendo, *Salvatoris* vocem ab uſu Latinæ Linguæ non omninò abhorrere, quando ea in antiquo quodam lapide legatur: Secundum oſtendendo, etiamſi minus latinitatem ſaperet id vocabulum, uſurpandum tamen, quia *Servatoris* nomen minus exponit vim beneficii à Chriſto Domino accepti. Id præter rationes ab ipſo allatas, quas hic non congero, perſpicuum fit authoritate M. Tullii, qui Latinæ Linguæ parens, & patronus Orat. 2. in Verrem Act. 2. in Verrem ſic ait : Eum non ſolum patronum iſtius inſulæ, ſed etiam ſote- " ra inſcriptum vidi Syracuſis, hoc quantum eſt ? ita magnum, ut Lati- " no uno verbo exprimi non poſſit; is eſt enim ſoter, qui ſalutem de- " dit. In quem locum *Paulus Manutius*: Soter Græcum nomen eſſe, & eum ſignificare, qui ſalutem dedit, ipſo conſtat interprete Cicero- " ne, quo patet communis error eorum qui Jeſum C. cujus immortalia " merita nullo ſatis uno verbo exprimi latinè queunt, ſervatorem *appellant*; *aliud enim eſt ſervare, aliud ſalutem dare: ſervat is, qui ne ſalus amittatur, aliqua ratione præſtat*; ſalutem dat, qui *amiſſam reſtituit*: Hanc notam in nominis Jeſu, hoc eſt ſalvatoris cultum, & rectum perque, & pium impendendam duxi. *Conf. B. Gerhard. Loc. IV. de Per-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

sona & offic. Christi c. 1. §. 6. Pluribus de hoc vocabulo agit *Ezechiel Spanheim* differt. V. p. 380. seqq. de præstant Numism.

IV. Ανθρωποθυσία *ad Levit. 18. 21. & Ps. 106. v. 37.*

EX doctrina de Messia aliquando à gentibus male introducta ortum trahebat. Duplex autem docente *Dieterico*, antiquit. *Bibl.* p. 214. ἀνθρωποθυσίας fuit cultus, *Unus* quo prolem suam per ignis flammam traducebant parentes, hocqve modo numini lustrabant, qualis Devter 18. 10. interdicitur à quibusdam dicta pyromantia, quam Persis usitatam Benjam. Tudel. Itiner p.
„ 214. docet, nempe fuisse ante aram ædium sacrarum ingentem
„ foveam, in qua continuatis seculis arsit ignis maximus ibique
„ expiandi causa lustrasse sine noxa tamen filios suos. Vid.
Tarich. W. Schickardi p. 126. *Alter*, quo filios filiasq; mactabant, cremabantque. Magna hæc immanitas, magna abominatio. Hujus ritus origo rejicitur ab Aben Batrich in tempora Seruchi, abhinc ad Colonarios Syrorum Phœnices transiit, ab his ad Carthaginenses Phœnicum Colonos & alios Africæ populos transiit, qui institutum hoc crudelissimum ad se transtulerunt, efformata *ænea statua Saturni*, ubi non secus ac Molocho vicinæ gentes infantes suos crudeliter offerebant teste Varrone *ap. Augustin. l. 7. de C. D.* Multæ enim gentes sibi persvaserunt, vindicari se à calamitatibus publicis litatione sangvinis humani. Humanæ hostiæ Phœnicibus litatæ. *Tyrii* victimas humanas offerebant Saturno. Curtius l. 4. *Rhodii* 16. Kal. Nov: hominem Saturno sacrificabant. Idem testatur *Dionys. Halicarnass.* de Carthaginens. De *Gallis*, & aliis Occidentalibus, *Cæsar.* B. *Gall. 6. 16.* Athenienses in *Thargeliis* quotannis viros duos immolarunt, ubi urbem lustrabant. Druidæ Sacerdotes talibus sacrificiis præerant, quos demum sustulit in Galliis Claudius Imperator. De *Brittannis* testatur *Tacit.* 14. *Annal.* De *Germanis* idem 9. ann. Idem narrat ex variis autoribus *Dietericus* de *Is.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Islandis, Danis, Sveonibus, Svecis, Æthiopibus, Africanis. Confer. *Camerar. Hor. sub.* Cent. *1.* p. *265.* & *Iohann. Owen Anglum l.* de Theolog. ortu. cap. 7. *imprimis l. 1. c. 8. Concisè sic habet*: Neque ulla pars cultus est Sathanici, in quam magis concorditer conspirasse genus humanum comperietur. Sive se hic magnificè efferre, & devictos peccatores triumphare, ipse olim triumphandus in cruce Christi in animo habuit antiqvus serpens, sive vero sacrificio in hominum mentibus præjudicia, & contumeliam facere omne virus suum longè lateque in hoc scelere promovendo eum effudisse constat. De *Afris* res nota est, *Infantes penes Africam Saturno immolabantur palam usq; ad Proconsulatum Tiberii.* Tertull. *Apolog.* cap. *8.* Eadem habet *Arnobius*. Cum Carthaginenses victi essent ab Agathocle *Siculorum* Rege, iratum sibi DEUM putantes, ut diligentius piaculum solverent, ducentos nobilium filios immolarunt Saturno; Testis est *Pescenninus Festus* apud *Lactantium.* Bello Romani pressi eadem sacra fecerunt, ipsius *Annibalis* filius *Aspar mactatus.* Hinc *Amilcen* uxorem ejus scelus hoc plangentem inducit *Silius l. 4. Punicor. Quæ porro hæc pietas &c.*

Apud *Romanos* homines vivos se ipsos Diis inferis devovere, solenne: nota est *Deciorum* historia: pater bello *Gallico*, filius Samnitico se in eundem modum devoverunt, quos celebrat Juvenalis Satyr. 8.

Plebejæ Deciorum animæ. &c.

Olim *Jovem Latialem* homicidio *colere* in more fuisse affirmat *Arnobius.* Cornelio Lentulo & Publio Licinio Crasso Coss. Senatusconsultum factum est, ne homo immolaretur: palamque ad illud tempus prodigiosa celebrata fuisse narrat Plin. H. N. l. 30. c. 1. Itaque irruentibus Gallis, Majores natu, " amplissimis usi honoribus in forum coierunt, ibique devo- " vente Pontifice, Diis se manibus consecraverunt, apud Flor. l. 1. 13.

Gal-

Gallos quoque nefandis hisce hostiis DEOS placare consvevisse narrat *Cicero Orat. pro Fontejo*, Quis ignorat, *inquit*, eos ad hunc „ usque diem illam immanem & barbaram consvetudinem ho„minũ immolandorum observasse? Etiam Gallum & Gallã Romæ quotannis sacrificari solitos monet Plutarchus. Hadrianus Imperat. Rom. Catamitum Antinoum in Ægypto diis immolavit *apud Xiphilinum. Dio lib. 96. Insulæ Tylæ* habitatores ad sua usque tempora consvetudinem hanc observasse, refert *Procopius*. Idem mos *Brittannis*. Mona insula à Paulino devicta, *præsidium impositum victis; excisi luci sævis superstitionibus sacri, nam cruore captivo adolere aras, & hominum fibris consulere* D*Eos fas habebant, ait* Tacitus *annal.* 14. & in locum illum Horatii.

visam Britannos hospitibus feros.

Acron; Britanni hospites mactabant pro hostia. Tale quid memorat *Pausanias l. 1, s. Attic. p. m. 73.* quod *Sciron* accolens *Moluridem* petram quoscunque nactus esset hospites in mare detruserit; eos vero ad natantem marinam testudinem confecisse. DEOS, quibus Galli sangvine humano libabant, memorat Lucanus.

Et quibus immitis placatur sanguine diro
Teutates, horrensq; feris altaribus Hesus
Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Omnes hos Britannorum DEOS fuisse probat *Cambdenus* & totam Druidum disciplinam Gallos à Brittannis accepisse refert *Cæsar de B. Gall. l. 6.* De *Germanorum* insania, *Tacit. de Mor. Germ.* Deorum maximè Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoq; hostiis litare fas habent. De *Hetruscis* refert *Camerarius* Medit. Histor. l. 2. De *Gothis* Jornandes, qui Martem coluerunt. Erechtonium Atticæ Regem duas filias proprias sacrificasse. Et *Neantem Cyzicenum* seipsum devovisse ostendit *Athen. Deipnos. l. 13.* totam terram *Atticam* ob vetusta quædam scelera sangvine humano expiavit Epimenides; is qvi *aram ignoto DEO* erigendi Atheniensibus author extitit. Inter Thebanos, è quibus

bus hæc ſuperſtitio manavit, celebratur *Menæceus*, qui ſeipſum pro urbe devovit occiditq;, Diis inferis proprio ſangvine litans, cujus mortem celebrat *Papin. Statius* Thebaid. *lib. 10. v. 750. edit.* Barth.

At pius electâ murorum in parte Menæceus
Indulges mihi Phœbe, mori, data gaudia Thebis,
Quæ pepigi, & toto quæ ſangvine prodigus emi;
Et Tyriis templa, arva, domus connubia, natos
Reddite morte mea, ſi vos placida hoſtia juvi.

Ingenuum puerum Saturno immolaſſe *Tyrios* oſtendit *Curtius* l. 4. *Ægyptios* vivos homines Diis immolaſſe teſtantur *Herodotus* & *Diodorus Siculus*. Menelaum in Ægypto 2. pueros ſacrificaſſe Herodoto narrarunt ſacerdotes in Clio p. 158. Sic etiam *Thraces*. Flor. Hiſt. l. 3. c. 4. *Celtæ* hominem immolantes ſupra tranſverſum ſeptum, gladio feriunt *Diodor l. 5. Normanni & Dani* quotannis menſe Januario Diis ſuis 99. homines, totidem equos cum canibus immolarunt, teſte *Ditmar l. 10.* De *Marſilienſibus Lucanus*:

- - - - - Hic barbara ritu
Sacra deum, ſtructæ: ſacris feralibus aræ;
Omnis & humanis luſtrata cruoribus arbos.

Sacrificiorum horum originē ad Abrahamū refert Porphyrius teſte *Euſeb. Præpar. Evangel. l. 1. c. 9.* Illum autem *Saturnum* vocari; filiam ejus immolatam *Gene* ex *Anobreta* regina genitam. Cujus generis ἀνιστορίαν pudendam in rerum nationumqve originibus investigandis, ſcriptores profanos ubivis prodere notum eſt. Quod omnium ſeminum, optimum ſit genus humanum antiquos hoc genus ſacrificii excogitaſſe opinatur *Varro*; Quod pro vita hominis, niſi vita hominis tradatur, Deorum immortalium numen placari non potuiſſe arbitrati ſunt *Druides*, teſte *Cæſare B. Gall. l. 6.* Non aliud reſponſum ſæpè ab oraculis tulerunt, magnum aliquod timentes, vel auſuri, quam *humano ſangvine litandum eſſe.* Notæ ſunt hiſtoriæ de *Menecao*, & *Iphigenia Lacedæmoniis* teſte Philoſtrat. l. 6. c. 10. *Megarenſibus Pauſan. Bœotic.*

Petronius *in Satyric* *p. 5.* edit. Amstelod. 1669. vocat *responsa in pestilentiam data.* vide huc *Gabbema.*

V. Græcorum Oratorium.

ZElum orationis & precum satis fervidum fuisse, proclive videre est ex monumentis ipsorum, dolendum autem incrustatum esse pium Zelum nonnullis superstitiosis & haud ferendis accessionibus. Universum ferè cultum sacrorum officiorum scilicet & orationum, edidit vir de rebus Liturgicis benè functus *Jacobus Goar Parisinus* in egregio suo Opere quod vocat εὐχολόγιον Græcorum, prodiit Parisiis 1647. fol. Cujus rubricas huc adjicere non visum, excipe tamen solicitiorem quandam orandi sedulitatem, & curam. P. 599. habet orationem ad benedicendum aquam putei vel cisternæ, quod si animal inciderit. p. 604. in fundamento domus ponendo. p. *605.* cum quis novam domum inhabitandam ingressus fuerit. p. *606.* in fundamento domus ponendo. 657. super arenam, & in messe. p. *663.* ante somnum p. *669.* super proclive jurantes p. *690.* pro quacunq; infirmitate p. *692.* in plantanda vinea. p. *693.* pro vindemia p. 700. super sementem. p. 701. in sementis exordio. p. 701. ad benedicenda retia p. 702. in stagnum. p. 703. ad compingendam navem p. 705. pro sale benedicendo p. 706. ad adoptionem subeundam & perficiendam p. 716. ante & post prandium p. 216. super domum á malignis spiritibus infestatam p. 718. ad fornacem benedicendam. p. 720. cum proficiscitur puer ad sacras literas p. 722. in pueros hebetis ingenii. p. 743. ad caulam benedicendam. p. 771. in imbris penuriam. p. 772. Canon supplex siccitatis tempore. p. 776. in pluviæ penuria. p. 784. pro aëris temperie. p. 785. canon in terræ motus periculo. p. 792. in peste. p. 805. in fulguris, & fulminis periculum p. 806. in aëris intemperiem, & maris procellam. p. 812. in Barbarorum adventum & gentilium excursum, & incursus. p. 813. in rumore belli. p. 821. in calamitate populi. p. 829. in templi dedicatione. p. 869 pro navigaturo. p. 870. in navigio celoce. p. 892. in sacerdotem turpi somno pollutum. p. 897. dicenda composito inimicitiarum dissidio, p. 898. in pacem & concordiam post aliquam simultatem, & ad fraternitatem spiritualem obeundam. p. 902. ad quemvis infirmitatis dolorem sacra lancea signandum, *ἁγίας λόγχης* Oratio: *Te Christe cruci affixo ini-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

inimici tyrannis ſublata, ejusque potentia conculcata eſt : neq; enim angelus, aut homo ſed ipſe Domine ſalvaſti nos. Gloria. *Pretioſo tuo ſangvine, cruci affixus & lancea tranſfixus è legis maledicto nos redemiſti & immortalitatis fluenta profudiſti : Salvator noſter, gloria tibi :* Et nunc : *Lancea latus confoſſus ex humano latere conditam mulierem, cunctis mortalibus perniciei conculcatricem factam, è maledicto redemiſti.* Gloria. Et nunc. *Et dimiſſio.* Per *lanceam indigitant* λόγχην de qua Goar *ſupr. p. 116.* λόγχη cultellus eſt, hoſtiæ à tota panis maſſa ſeparandæ deputatus, & cum lanceæ τῆς κεντησάσης τὴν πλευρὰν τοῦ κυρίου figuram habeat, vice illius quæ latus Domini effodit ſacrificio admovetur



ΛΟΓΧΗ

Pag. 903. habetur Oratio ſerici infecti, ſive filorum ſericorum. Domine Deus noſter, qui ſedes ſuper Cherubim, & à Seraphim laudaris, & ab innumeris Angelis celebraris, qui facis magna & mirabilia, & ſtupenda opera, quæ neque mens comprehendere neq; ſermo enarrare valet. Ipſe igitur Domine Deus noſter, qui famulum tuum Abrahamum Gentium multarum patrem advocaſti, & in ſenectute ei filium Iſaac dediſti, eidemq; locutus es. Benedicens & multiplicans multiplicabo ſemen tuum, ſicut aſtra cœli & ſicut arenam, quæ eſt in littore maris, qui notitiam, intelligentiam, ſapientiam, & divitias Davidi & ejus filio Salomoni largitus es, eiſq; benedixiſti : ipſe propter immenſam tuam bonitatem vermiculo huic ſerici è lumbis & pede ſervi tui Simeonis olim prodeunti, benedic, & in præſenti domo eam multiplica, & fructiferum tractabilemq; effice & ab omni frigore & noxia læſione intactum conſerva. Ita fiat Domine Deus noſter, rogamus te, ut ſuper hunc ſerici vermiculum mirandum, & pretioſum illud opus efficientem reſpicias, benedic illi, & ab omni veneno, & incantatione, & ab omni faſcino, & noxio viſu illum præſerves : & da ſericum operantibus, ne fru-

frustra laborent : sed tua benedictione hac donisq; tuis abundanter cumulari concede. In te spem omnem reposuimus, omnem molestiam, & omnem infirmitatem noxie ingruentem ab eo abige & dissipa. Precibus omnino immaculatæ tuæ matris, & famuli tui Symeonis. Quia tu benedicis & sanctificas omnia Christe Deus noster & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & Spiritui : nunc & semper & in secula seculorum. Notas *Goaris accipe*. Sericum Græci moderni μετάξι sive minus corruptè μετάξιον dicunt, quod hic μέταξα, fœmininum est : & est infectum, & informe, quale net vermiculus ; σηρικὴ πλοκὴ illud item est, quod net artifex : & jam tinctum, & textum est. *Abrahami*, *Davidis*, *Salomonis* mentionem facit hæc oratio ; *illius* namq; semen in immensum crevit, *istius* divitiæ fuerunt copiosæ, *hujus* tandem gloria sapientiaq; toti orbi miraculo extitit, has vero dotes bombyx vermiculus adumbrat, cujus semen in ovis numerum quemvis superat, ars supra captum omnem, opus ditissimum splendidum nihil habet, quod sibi comparari queat. Bombyx est, quem *Nicephorus* in *India* primo natum σκώληκα τῶν Σηρῶν νήματα πλέκοντα vermem Serum fila nectentem vocat *l. 18. c. 30.* Cæterum non ex Symeonis lumbis aut pedibus enatum, sed à duobus Monachis è Perside Constantinopolim delata Bombycis ova, & in fimo collocata in alios Bombyces transformata enarrat Zonaras in Justiniano. Si alter è Monachis fuerit Symeon hic laudatus, quæ de illo enarrantur, figurate sunt accipienda. Naturam genus, educationem, morbos denique bombycum diserte explicat *Aldrovandus l. 2. de Insectis c. 6.* qua vero ratione fascinentur, edisserunt mulierculæ, de his fusissimè citatus author. *Franciscus Redi de insectis p.* 293. edit, Latinæ ; (Italicè enim scripsit libellum) de bombyce hæc scribit : *Athanas. Kircherus l.* 12. Mund. subterr. iterativè scribit : *morum è semine cujuscunq; animalculi, in illius interiora penetrantis, gravidam bombyces generare : quod ipsum in causa est, cur ego, aliiq; meo nomine, quicquid circa Florentiam, pluresq; alias Thusciæ civitates mororum est, accuratissima diligentia observavimus; sed nullum ibidem nati, aut signum nascituri bombycis unquam invenire potuimus.* Et pag. 298. Redi : *Quod si, ut paulo ante scripsi, generationem bombycum, in moro perspicere non potui, tanto minus confido, ut* eam

eandem in putrefactis carnibus juvenci, per 20. dies foliis mororum pasti, animadvertam. Johannes Gœdartius experimento 42. de insectis: p. 112. scribit: *Simulac mororum folia se expandunt, bombyces, qui iis aluntur, ex ovis suis erumpunt quanquam in prima ætate sua etiam cichorio sylvestri, & lactuca vescantur sero enim mori germinare incipiunt. Priusquam bombyces sericum conficiunt, ab omni immundicie expurgantur; 160. bombyces solent serici unciam & 80. grana conficere.* Bombyx *in tabula 24. expressus, ad transformationem se contulit 14. Septembr. ac 24. die ejusdem mensis, id est, spatio 10. dierum, formam induit papilionis albi. Antequam coëunt bombyces, tam mas, quam fæmella exacte purgantur, postea copulantur corporis utriusq; extremitate; deinde fæmella ova producit 166. quæ nisi masculo unita fuerit, sterilia sunt omnia, atq; exarescunt. Aliquando & secunda vice coëunt, sed ova non producunt; solent quippe* Bombycũ *Papiliones intra dies 14. vitam finire.* Annotationes *D. Johannis Mey* ad h.l. notatu dignæ sunt, ubi inter alia: *Merito mirari decet diligentiam, qua bombyces telam suam te-»xunt.* Quandoque biduo bombyx totum folliculum absolvere, & »tanto texere dicitur artificio, ut ad finem usque filum servetur in-»tegrum, cum alioquin fragilissimum sit, ac præ tenuitate sua nimia vi-»sum hominis fugiat, longum tamen adeo, ut vel maximam urbem cingat. Fila itaq; tenuissima sunt, unde fiunt vestes splendidissimæ, quæ appellantur sericæ. Seres olim alebant bombyces in sylvis, ibiq; ipsis faciebant cellas, tum æstivas, tum hybernas; nunc passim in domibus aluntur. Cum veterno quasi luctatur. &c. Vid. pluribus *Voss: Theol. Gentil. l. 4. p. 1542. edit 4°. Coel. Rhodig. p. 485. Majol. D. Canicul. p. 68. Kircher. Mund. subter. T. 2. p. 350. Ivo Paris. Jur. natur. p. 600. P. Zach. qq. medicoleg T. 1. l. 2. p. 242. Jonston Thaumaturg.* ex Andrea Libavio in admirandis exangvium p. 377. *Johann Colerus tract. pecul.* 4. Giessæ 1665.

VI. Legio fulminatrix vel fulminea, κεραυνοβολον Ruffinus dixit.

MOnuit *Scaliger in animadversionibus Eusebianis*, Legionem fulminatricem ab hoc miraculo cognominatam non fuisse, quippe quæ diu ante tempora M. Antonini ita vocata fuerit. Do-

cet id manifeste Dio *Cassius in libro 55.* ubi legiones omnes enumerat. Vetus quoque inscriptio à Scaligero prolata idipsum confirmat. Parum probabile videtur *Valesio Annot. Euseb. p. 93.* totam Legionem militum Romanorum eo tempore *Christianā fuisse.* Gentiles scriptores, qui hujus rei meminerunt, *alii* quidem magorum in cantationibus pluviam impetratam esse: *alii* vero precibus Imper. Marci. Ita *Capitolinus in Marco, & Claudianus in 6. Consulatu Honorii*: Quin etiam precationis ipsius verba referunt, quibus usus est Marcus. Hanc, *inquit*, dexteram ad te Jupiter tendo, quæ nullius unquam sangvinem fudit. Themistius in Oratione nondum edita ad Theodosium Imperat. quæ inscribitur τίς ἡ βασιλικωτάτη τῶν ἀρετῶν &c. Addit Themistius vidisse se pictam in tabula hujus rei imaginem: Imperatorem quidem in acie DEOS precantem; milites vero galeis imbrem excipientes, & aquam cælitus missam bibentes, *Sertorius Ursatus in Commentar. Notarum Roman. Patav. 1672. in fol. edit. p. 276.* multis ex Julio Capitolino Dione Niceph. l. 7t Xiphilino, Lazii l. *5.* c. 19 agit de hac legione, copiosè enarrans Legiones Romanorum, quem vide. Variè illæ appellatæ, *adjutrix, Pia, Felix, Victrix, primigenia, gemina; Sextumpia, sextum felix, fortis, pia, fidelis, Trajana, Parthica, Augusta, Cyreniaca, Flavia &c.* Memorabile est quod idem author scribit p 271. l c. de LEG. V. MARC. id est Legione Quinta Marcia ex Msc. eam scil. in Syria hybernasse cum Valerianus Imperator Claudium Gothicum ejus Tribunum vocet epistola ad Zosimionem Procuratorem Syriæ in qua modum salarii illius mandat. Non pigebit propter curio sitatem totam adscribere.

„ Claudium Illyricianæ gentis virum Tribunum Martiæ V. legi-
„ onis fortissimæ dedimus virum devotissimis quibusve, & for-
„ tissimis veterum præferendum. Huic salarium de nostro pri-
„ vato ærario dabis, annuos frumenti modios 3000. hordei
„ 6000. laridi libras 2000. vini veteris sextarios 3500. olei boni
„ sextarios 150. olei secundi sextarios 600. salis modios 20. cere

pon-

»pondo 150. fœni, paleæ, aceti, oleris, herbarum, quantum ſa-
»tis, pellium tentoriarum decurias 30. mulos annuos ſex, equos
»annuos 3. camelos annuos 10. mulas annuas novem, argenti in-
»opere annuo pondo 50. philippeos noſtri vultus annuos 150.
»& in ſtrenis 47. & trienties centum ſexaginta: Item incaveos,
»& ſcyphos pondo 11. Tunicas ruſſas militares annuas, ſagochla-
»mydes annuas duas, fibulas argenteas inauratas duas, fibulam
»auream, cucumam Cypream unam. Balteum argenteum in-
»auratum unum, annulum bigemmeum uncialem, brachialem
»unum, unciarum ſeptem. Torquem libralem unum, caſſi-
»dem inauratam unam. Scuta chryſographata duo, loricam
»unam, quam refundat. Lanceas Herculeanas duas, aclydes
»duas, falces duas, falces fœnarias quatuor. Cocum, quem
»refundat, unum, mulionem, quem refundat, unum. Muli-
»eres ſpecioſas ex captivis duas. Albam ſubſericam unam, cum
»purpura Maura. Notarium, quem refundat, unum, Stru-
»ctorem, quem refundat, unum. Accubitalium Cypriorum
»paria duo. Interulas puras, togam, quam refundat, unam. La-
»tum clavum, quem refundat, unum. Piſcatorem unum. Dul-
»ciarium unum. Ligni quotidiani pondo mille, ſi eſt copia, ſin
»minus, quantum fuerit, & ubi fuerit, coctilium quotidiana
»batilla 4. Balneatorem unum, & ad balneas ligna; ſin minus la-
»vetur in publico. Jam cætera, quæ propter minutias ſuas
»ſcribi nequeunt pro moderatione præſtabis. Tot tantaq́;, de-
»clinante Imperio, Tribuni legionum ſalaria fuere, cum cre-
»ſcente Republica, ſtipendii loco ſola gloria fuerit.

Alias notum eſt: licitum fuiſſe Chriſtianis militare ſub Ethnicis, neq; obſtare Canonem 12. Concil. Nicen. 1. Canon enim hic docente Juſtello *not. ad Codic: Canon. p.* 147. de iis loquitur, *qui perſecutionis tempore propter fidem, militiæ cingulum abjecerant, & poſteà fidem ejurantes, pecuniis ac donis priorem militiam receperant, rurſumq; ad Eccleſiam redierant*, quibus merito pœnitendi tempus definitum eſt.

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Nec enim existimandum est hoc Canone *militiam Christianis interdictam*, nisi quatenus signum fuit Idolatriæ, & quam non nisi dispendio fidei Christianæ exercere possent, quod immolare Diis milites cogerentur: alioquin Christianos sub Ethnicis Principibus militare consvevisse, planum est ex *Dione in M. Antonio. Eusebio lib. 5. c. 3. Tertulliano in Apologetico c. 42. & lib. de corona militis c. 1.* princip. ubi de milite Christiano loquitur, *qui lauream militarem capiti suo imponere noluit, sed libero capite, coronamento in manu otioso, inter fratres commilitones solus permansit.* Nicol. Rigalt. h. l. Otiosum dicit *inutile inceptum.* Sic ad uxorem: *Nobis otiosum est liberos serere,* hoc est Christianis inutile est & ineptum liberos serere,
„dum sævit in Christianum nomen tyrannus. Sed & militaris juramenti â Christianis militibus præstari soliti meminit *Vegetius lib. 2. de re militari*, ejusq; formulam refert his verbis: *Jurant per* DEUM, Christum, & Sanctum Spiritum, & per majestatem Imperatoris, quæ secundum DEUM generi humano diligenda est & colenda. & paulo post. *Jurant autem milites, omnia se strenuè facturos, quæ præceperit Imperator, nunquam deserturos militiam, nec mortem recusaturos pro Romanâ Republicâ.* Contigit tamen aliquando Christianos exauctorari milites; sic enim iterum Justellus *p. 146.* Ethnici Principes militiæ cingulum iis auferre consveverant, qui fidem negare recusabant. Id testatur Eusebius *lib. 7. cap. 15.* de Marino quodam milite Christiano loquens, qui cum sui gradus ordinem secutus, honorem cujusdam muneris militaris adeptus esset, statim qui eum proxime sequebatur clamavit, non posse id illi jure tribui, quia Christianus esset, & Imperatoribus non sacrificasset, μὴ ἐξεῖναι ἐκείνῳ τῆς ῥωμαίων μετέχειν ἀξίας κατὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους, χριστιανῷ γε ὄντι καὶ τοῖς βασιλεῦσι μὴ θύοντι *& lib. 10. c. 8. & lib. 1. de vita Constantini cap. 47. de Licinnio:* στρατιώτας ἐκκρίνεσθαι καὶ ἀποβάλλεσθαι τοῦ τῆς τιμῆς ἀξιώματος εἰ μὴ τοῖς δαίμοσι θύειν αἱροῖντο παρακελεύεται. *milites in singulis civitatibus ex aliorum numero exim & dignitatis gradu privari jussit, nisi dæmonibus sacrificare vellent.* Ruffinus lib. 1. hist. Eccl.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Eccl, cap. 32. de Juliano *Militiæ cingulum non dari nisi immolantibus jubet.* Hinc ille Marcellus centurio, cujus acta apud Baronium extant an. 298. *Si talis est conditio militantium, ut diis & Imperatoribus sacra facere compellantur: ecce projicio vitem* & cingulum, renuncio signis, & militare recuso.*

* Vitis insigne centurionum, quam manu gestarent, eaque in delinquentes milites animadverterent *Plinius l. 14. l. Tacit l. 1. annal.* np. quod nobili ligno iidem delinquentes verberarent. Tacitus de Luccullo Centurio ne sævissimo: Centurio Luccullus interficitur: cui militaribus facetiis, Cedo alteram nomen indiderant: quia fracta vite in tergo militis alteram clara voce, & rursus aliam poscebat. Porro centurioni vite verberanti se opponere, capitale fuit &c. Baron. ann. 298. n. 3.

VII. Diabolus DEI simia.

HYpocritas, nominis Christiani professores, *Greg. Nyssenus Orat. de profess. Christ.* Simiis confert, qui gestus humanos imitantur, cum hominis tamen nihil habeant, sed contemptissimæ bestiolæ sint. Quemadmodum itaq; *Rusticum Regulus*, referente *Plinio l. 1. ep. 5.* Stoicorum *Simiam*, & Poëtam nescio quem Calvi, & Catulli, quos ineptè imitari conatus est *Simium* Flaccus nuncupat Satyr. 10. l. 1. Et Cestius Rhetor Argentarium *Simium suum* cujus auditor erat & imitator, & Cyprianum Novatianum *Ecclesiæ Simium* Catholicæ ep. 73. & Tatianum Sophistam *sui temporis simiam* dictum testatur Capitolinus in Maximino minore &c. Quemadmodū autem Novatianos Montanistas &c. verissime Christianorum simios: ita Diabolum DEI simium non inepte quis dixerit, sicuti enim illi piorum ritus, sic DEI cultus iste est studiosè æmulans. Qvum enim animadverteret, DEUM Sacramenta quædam instituisse, quibus tanquam symbolis tesserisq; quibusdam cultores sui illi se obstrictos profiterentur: & ipse non *tam sacramenta*, quam excrementa, ut Augustinus loquitur, habere voluit, quibus rituum illorum religionem perverse imitaretur. Hinc *Tertull. ex hort. castit. c.* 11. DEI sacramenta Satanas affectat. Et in *præscript. hæret. c. 40.* Diabolus ipsas quoque res sacramentorum divinorum mysteriis æmulatur. Ita *Circumcisionem* a DEO Judæis præceptam & ipse ad exteras quasdam gentes sui asseclas traduxit. Frustra enim *Herodotus est lib. 2.* Syros Palestinæ incolas, hoc est Judæos, qui ex Palestinæ incolis soli hoc faciebant, ab Ægyptiis ritum eum tradit hausisse. Frustra & Julianus Christiani nominis desertor perfidus, & impugnator acerrimus in suo scripto adv. Christia-

nos *Judæos* asserit, *Chaldæi* cnm forent, περιτομὴν μαθεῖν Αἰγυπτίοις ἐπιξενωθέντας qvum apud Ægyptios peregrinarentur circumcisionem ab illis didicisse. Nec hoc asserit Josephus ipse male á quibusdam incusatus. Sic enim ille lib. 1. c. 11. Antiqv. προέταξε τὸ ἀπ' αὐτοῦ γένος βουλόμενος μένειν τοῖς ἄλλοις &c. περιτέμνεσθαι τὰ αἰδοῖα. *Mandavit DEus genus Abrahæ quo ab illis distingueretur, circumcidi.* Non ergo ab extera gente aliqua pervenit Circumcisio ad Judæos; nec ejusmodi aliquid unquam dixit Josephus: sed horum æmulatione prava ritum illum gentes aliæ susceperunt. Quomodo autem populi veteris, sic & Christiani sacros ritus æmulatus est hostis ille generis humani *Tertull. Præscript. c. 40.* Ipsas res, de quibus sacramenta Christi administrantur, æmulanter affectavit exprimere in negotiis idololatriæ. At quasnam illas? ea nimir. quæ in Baptismo Christiano & in S. Cœna adhibentur elementa. Tingit enim, *inquit*, & ipse quosdam utiq; credentes & fideles suos, celebrat & panis oblationem. Porro nulla magis, quam sacrificia affectavit Judæorum. *Tertull. ibid.* Cæterum *si Numæ* Pompilii superstitiones revoluamus, si sacerdotalia officia, insignia, privilegia, si sacrificialia ministeria: & instrumenta, & vasa ipsorum sacrificiorum ac piaculorum, & votorum curiositates consideremus, nonne manifeste Diabolus morositatem illam Judaicæ legis imitatus est? Hæc sacrificia post lapsum á DEO instituta alibi docetur. Unde & iterum falsus Herodotus: Judæos pecudum immolandi ritum ab Ægyptiis traxisse. Instituta sacrificia V. T. ut sacrificium unicum consummatissimum præfigurant inquit Augustinus à Christo Domino immolandum. Sed & hunc ritum imitatus est hostis generis humani, ad se suosq; transtulit, animantis specie mutata: sic enim Plutarchus de Bœotiis: Apud *Bœotos* expiationis publicæ ritus est, per canis in duas partes dissecti segmenta pertransire quæst. 3. problem. Rom. Βοιωτοῖς δημοσίᾳ καθαρμός ἐστι, κυνὸς διχοτομηθέντος τῶν μερῶν διεξελθεῖν. De Macedonibus pariter Q. *Curtius l. 10. c. 9. Macedonum Reges ita lustrare soliti erant milites, ut discissæ canis viscera ultimo in campo, in quem deduceretur exercitus, ab utraq; abjicerentur parte, intra id spatium armati omnes starent, hinc equites, illinc Phalanx.* Livius l. 40. Exercitus lustrandi solenne tale: *Caput mediæ canis præcisæ & prior pars ad dextram cum extis, posterior ad lævam viæ ponitur: inter hanc hostiam copiæ divisæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

ſæ traducuntur : præferuntur primo agmini arma inſignia omnium ab ultima origine Macedoniæ Regum : Deinde Rex ipſe cum liberis ſequitur : proxima eſt regia cohors, cuſtodesq; corporis : poſtremum agmen Macedonum, cætera multitudo claudit. Macedones menſe Xanthico parentalia celebrant, luſtrantq; exercitum ἵπποις ὡπλισμένοις cum equis armatis. *Excerpta ex Polyb. p. 558. T. 2. edit. Amſtelod. 1670.* Sic Jerem. 34. 19. *refertur Judæorum principes, aulicos, Præſules totumq; populum inter vituli diſſecti partes traductos.* Intereſſe tamen inter hunc Macedonum & Judæorum ritum illum videtur, quo ibi *vitulus* per dorſi ſpinam, quomodo lanii pecudes diſſecare conſveverunt, à capite ad caudam uſq; diſciſſus videtur; cum hic canis per ilia tranſverſum diviſus dicitur, quomodo ſerra diſſectos quoſdam retuliſſe plerisq; cenſetur Apoſtolus *Ebr. XI. 37.* Porro luſtrationis genus hoc immanitate inſigni imitatus Perſarum Rex *Xerxes* perhibetur. *Seneca de Ira l. 3. c. 17.* Xerxes Pythio quinque filiorum patri, unius vacationem petenti quem vellet eligere permiſit; deinde quem elegerat in partes duas diſtractum ab utroque viæ latere poſuit, & hac victima luſtravit exercitum. Id *ex Herodoto habet* qui lib. 7. Conquiri juſſit ab eis, quibus id exſequi injunctum eſt, Pythii filium natu maximum; inventumq; diſſecari, & diſſecti partes dimidias ad viæ dextras alteram, ad ſiniſtras alteram collocari, qua exercitus pertranſiret. *vid. Thom. Gataker Adverſar. fol. p. 419.*

De *Diabolo abſolutionem* Stasforti vigil. Natalit. *petente*, vide Vorrede D. Martin Luther. an den H. Nicolaum von Amsdorff/ auf die historia Staßfort am Christ-Abend geschehen / sammt den historien Tom. VI. Jen. Germ. f. 331. seqq. Aldenb, p. 501. seqq. pag. 502. b. Aldenburg. Reſponſum *Laurentii Döners* Paſtor. Stasfortenſis, De Diabolo concionante ſequentia refert D. Lutherus von der Winckel-Meſſe ann. 1532. & T. VI. Jen. Germ. f. 100. Aldenburg. T. VI. f. 106. a. Ich habe in meiner Jugend eine Historiam gehöret / wie einsmahl ein Prediger plötzlich kranck worden sey / als er letzt habe predigen sollen / da sey einer kommen zu ihm / und habe sich erbothen für ihm zu predigen / und eilend die Blätter im Buch herumb geworffen / und eine Predigt gefasset / hat aber so köstlich und ernstlich geprediget / daß die gantze Kirche weinen muste / am Ende hat er gesaget : wollet ihr wissen wer ich bin? Ich bin der Teufel / und ha-

be euch darumb so ernstlich geprediget / auf daß ich euch desto billicher und härter verklagen könne am Jüngsten-Gericht zu einer grossen Verdamnüß/wenn ihrs nicht gehalten habet. Ob diese historia wahr sey oder nicht / laß ich in seinen Würden / das weiß ich aber wohl / daß sie der Wahrheit nicht unähnlich ist / und von der Hauptsache recht saget / nehmlich das der Teufel wohl kan das Wort und sacramenta Christi haben / und geben / denn er sich in einen Engel des Lichts und in die Majestät GOttes sich selbst verstellen kan Math. 4. Und ich wolte nicht Bürge darfür sein / daß der Teufel noch nie sey Pfarrer oder Prediger gewesen / es sind wohl so scheußliche Dinge durch etliche Pfarrer und Pfaffen geschehen mit Zauberen und Gauckeln/und dergleichen Teufels-Geschäffte Tom. III. J. G. f. 47. Aldenb. p. 52. Der Teufel kan die Biblien und Schrifften neben andern Künsten auch wohl. Et in cap. 17 Johann. vom Gebet Christi 1532. eodem Tomo VI. Jen. Germ. p. 188. a. Aldenburg. f. 240. a. scribit Lutherus: Der Teufel hat auch Lust zu den schönen hohen Gedancken / kan auch wohl eine Larven machen im Hertzen / als sey er GOtt / und sich verkleyden in eytel Herrligkeit und Majestät / wie er Christo selbst thät Matth. 4. Summa was grosse Klugheit Heiligkeit Majestät angehet da ist er Meister und GOtt in der Welt ꝛc. Wann aber sich der Teufel scribit idem Lutherus in 5. cap. ad Galat. ann. 1535. Tom. eod. Aldenburg. f. 819. b. Tom. I. Witeberg. f. 273. in Christus Persohn verstellet und mit dir eine solche disputation anfähet: Sihe da/dis oder jenes soltestu nach meinem Wort/wie ich dir befohlen habe/gethan haben/du hasts aber unterlassen / dagegen hättestu dieses oder jenes sollen unterwegen lassen / und hasts gethan / darumb solstu wissen / daß ich dich drumb straffen will. So laß dich nicht irren noch verzagt machen / sondern sage also: das weiß ich gewiß / daß Christus auf solche Weise mit den elenden Gewissen nicht zu reden pflege / machet ihnen ihren Jammer / und Hertzeleyd nicht grösser / und schwerer/denn es bereit an ihm selbst ist / Er zubricht nicht das zustoßne Rohr ꝛc. Wohl ists wahr / daß er den harten und verstockten Leuten hart zuspricht / und mit der Hölle und Feuer drohet / wiederumb aber die erschrockenen locket er aufs freundlichste und spricht: Kommet her zu mir. Matth. 11. Matth. 9. sey getrost ꝛc. Darumb ists wohl vonnöthen/daß wir uns eben fürsehen / daß uns der Sathan durch seine wundertückische Behendigkeit / und unzehliche Liste nicht betriege / und aus Christo unsern einigen Tröster und Heyland / nicht einen Verkläger/ und Verdammer mache. Diabolum DEI simiam esse dicit Lutherus T. VIII. Aldenburg. f. 897. a. T. I. Isleb. f. 110. Von H. Creutz ann. 1522. Ihr wisset / daß in allen Stücken / die GOtt an gesehen / immerzu der böse Geist hat

ad te fidelem amicum meum Agnovit fraudem Pachomius, cogitans inter se: *Adventus Christi tranquillus est, ego autem nunc turbatus variis cogitationibus æstuo.* Ergo dixit ei; Discede á me Diabole, quia maledictus es tu & visio tua *& artes insidiarum tuarum, nec habes locum apud famulos DEI.* Mox ille relicto fœtore discessit, dicens: *Lucratus te fuissem, nisi præcelsa virtus Christi impedisset, veruntamen quantum possum, te impugnare non desinam. Valenti* monacho crebro ut angelus apparuit, qui propterea superbiens dixit: *ego non habeo opus Communione; Christum enim video hodie,* factus est emotæmentis.

VIII. Dii absentes Simulachris & columnis occasionem dedere, ad 1. Reg. 18. 27. Exod. 32. 1.

GEntilibus non satis præsentia videbantur sua numina; nam nisi præsens est DEUS pro numine habendus non est. Neq; periculis propulsandis, qui maximus inter homines res terrenas solum sapientes, numinis usus, sufficere potest, qui omni periculo præsentior non est, ideoq; neque DEUS esse. Inde Israelitis Baaliticis Idoli absentiam exprobrat Elias. 1. Reg. 18. 27. *Clamate voce magna, quandoquidem DEus est, nam colloquium aut insectatio est ei, aut iter facit aut fortassis dormit.* Omnem naturam divinam, omnia attributa DEO convenientia severa ironia Idolo adimit, adeoq; eripit ei omnem potestatem, & ab imperio divino summovet. Atq; ista consideratio omnes idololatras ita semper suspensos tenuit, & sollicitos ut quamvis timori & fluctuationi *sacris columnis, & simulachris* mederi tentaverint, tamen fieri non potuit, quin incertitudo illa mentis qua agitabantur aliquoties erumperet, & se proderet. Inde erat quod populus Athenienses Demetrium Poliorcetem, urbis liberatorem divinis honoribus excipientes, carmini Ithyphallico, seu hymno sacro ei mœnia ingredienti cantato, hæc inter alia inseruerint.

Ἄλλοι μὲν ἢ μακρὰν γὰρ ἀπέχουσιν θεοὶ
Ἢ οὐκ ἔχουσιν ὦτα &c.

Salve ò Neptuni Dei potentissimi & Veneris fili: Alii profecto Dii vel procul absunt, vel auribus carent, vel nulli sunt, aut rebus nostris curandis

an-

animum non advertunt, se vero nos præsentem cernimus, non lapideum, aut ligneum, sed verum DEum. Athenæus Δειπν. l.6. Ob hanc causam Israelitæ ad Aaronem *Exod. 32.1.* Non dicunt alios Deos, nec absolutè Deos *sed DEos qui nos præcedant*, & auxilio suo nob. adsint, præsentiæ enim divinæ in rebus dubiis & arduis signum aliquod visibile exegerunt. Novis Diis sensibilibus constitutis, reclamavit rationis rectæ, quod erat reliquum, *præsentes non esse singulorum* curam non gerere, idemq; nec Deos esse aut colendos. Duplici huic defectui ut occurreretur ope Satanæ novas vias injecerunt Idololatræ, quibus absentia Numina, præsentia exhiberent, & influxus eorum beneficos contraherent, & in præsens aliquod objectum singulis expositum includerent. Atq; hæc erat sacrarum columnarum, stellarum, statuarum, & simulachrorum origo. Ita ex Zabaistarum monumentis *Rambam in More Nebuch.* P. III. c. 29. *Secundum* inquit *sententias illas Zabiorum erexerunt Stellis imaginès, & soli quidem imagines aureas, Lunæ vero argenteas, atq; ita metalla & climata terræ inter stellas partiti sunt.* Dixerunt *enim climatis, N. DEum & Stellam N. Deinde sacella ædificarunt, imaginesq; in illis collocarunt, arbitrantes vires stellarum influere in illas imagines, easq; intelligendi virtutem habere, hominibus Prophetiæ donum largiri & deniq; qua ipsis utilia & salutaria sunt indicare, ita dicunt de arboribus, quæ sunt ex pactione stellarum illarum, cum arbor quædam stellæ alicui dedicatur, nomine ejus plantatur, & hoc vel illo pacto colitur, quod virtutes spirituales stellæ in arborem illam infunduntur. Contulerunt huc non parum ideæ Platonicæ.* Pluribus hæc persequitur *Johann. Owen de Natur Theolog. l.3. c.7. & 8.* cap. 8. duum generum fuisse asserens quæ dicerentur *columnæ acuminatæ*, & *rudes lapides & informes* quibus βαιτύλια addi possunt מצבה *Levit. 26.1. Deuter 16. 22.* inquit R. D. Kimchi lapis est, qui ad adorandum erigitur. De hisce *Clemens Alex. l.1.* Ἀφίδρυμα istiusmodi est simulachrum, quod quasi numinis sedes est. ἄγαλμα est imago artificiose fabricata inquit *Suidas* quod ita oculos pascat, ut mentem lætitiâ quadam afficiat. Dæmones hæc invenisse *Clemens* putat ad

simi-

imitationem columnæ, quæ Israelitas in deserto præibat. Conjicere tn. licet, quin eo ipso tempore, erectum tabernaculum istius modi columnæ in communi usu apud gentiles fuerint, Inde forsitan Dii Anthelii, ostiorum præsides; columellæ ad fores templorum aliarumq; domuum. Usi sunt etiam saxis rudibus *Pausanias in Achaicis*: rudes lapides pro Diis simulacrorum loco colere. Lapides hosce & columnas erexerunt, ut in eis præsto haberent numinum vim, id per ætherei Spiritus lapsum fieri potuisse credebans. Tandem ipsi lapides Dei aut divi nuncupantur. *Lamprid. in Heliogabal.* Lapides, qui Divi dicebantur &c. auferre voluit &c. Ungebantur. *Hæc pluribus autor cit. Bætulum lapidem* vivum religiosè coluerunt, atq; oracula ex eo elicuerunt *Isidorus* ait dæmones illicò tales lapides occupasse *Owen p. 22. 1. Jul. Cæsar. Bulenger de Pictura p. 54.* Negligo addere cœcos Gentiles *Deos certis locis catenis alligasse.* Sic *Tyrii* obsidione pressi Herculem Lacedæmonii Martem ne diffugerent, vinxerunt. Erat illis hoc persvasum incolumem aliquam civitatem esse non posse, si Deos quos habebant tutelares aut excessisse aut ablatos ab hoste contigisset. Actum putabant de *Troja* cum Palladium ad hostes pervenisset, excessisse scil. DEOS. Quare ut tradit *Macrob. l. 3. c. 9. Sat*: certo carmine ab hostibus Dii tutelares evocabantur. *Sanct. in 1. Reg. 4. p. 109. Dieteric.* Antiquit. Bibl. c. 2. p 52. ad locum 1. *Reg. 18. v. 25.*

Carmen ipsum recitat *Macrob. l. 3. c. 9.* Saturnal. ex *l. 5. rerum reconditar, Sammonici Sereni*, quod ille in cujusdam Furii vetustissi-
„mo libro reperisse professus est. Est autem carmen hujusmodi,
„quo dii evocantur, cum oppugnatione civitas cingitur. Si
„DEUS, si Dea est, cui populus civitasq; Carthaginensis est in
„tutela, teq; maxime ille, qui urbis hujus populiq; tutelam recepisti, precor, venerorq;, veniamq; á vob. peto, ut vos popu-
„lum civitatemq; Carthaginensem deseratis, loca, templa, sacra,
„urbemq; eorum relinquatis, absq; his abeatis: eiq; populo civi-

tatiq; metum formidinem, oblivionem injiciatis: proditiq; " Romam ad me meosq; veniatis: nostraq; vobis templa, loca " sacra, urbs acceptior probatiorq; sit: mihiq; populo Romano, " militibusq; meis propositi sitis, ut sciamus, intelligamusq; si ita " feceritis, voveo vobis templa, ludosq; facturum. In eadem " urbe hostias fieri oportet &c. Urbes vero & exercitus sic devoventur jam numinibus & vocatis. Sed dictatores Imperatoresq; soli possunt devovere his verbis: Dis pater, sive Jovis ma- " nes, sive quo alio nomine fas est nominare, ut omnes illam ur- " bem, Carthaginemq; exercitum, quem ego me sentio dicere, " fuga, formidine, terrore compleatis: quiq; adversus legiones, " exercitumq; nostrum arma telaq; ferent, uti vos eos exercitus, " eos hostes, eosq; homines, urbes, agrosq; eorum, & qui his lo- " cis regionibus habitant, abducatis, lumine supero privetis, e- " xercitumq; hostium, urbes, agrosq; eorum, quos me sentio di- " cere, uti vos eas urbes, agrosq; capita ætatesq; eorum devotas " conseratosq; habeatis, illis legibus, quibus quandoq; sunt ma- " ximê hostes devoti: Eosq; ego vicarios pro me fide, magistra- " tuq; meo, & pro popul. Rom. exercitibus, legionibusq; nostris " do, devoveo: ut ex me meamq; fidem imperiumq; legiones, " exercitumq; nostrum, qui in his rebus gerundis sunt, bene sal- " vos sinatis esse: Si hæc ita faxitis, ut ego sciam, sentiam intel- " ligamq;: tunc quisq; votum hoc faxit, ubi faxit, recte factum " esto, ovibus atris tribus. Tellus mater, teque Jupiter obtestor. Cum Tellurem dicit, manibus terram tangit: cum Jovem dicit manus ad cœlum tollit; cum votum recipere dicit, manibus pectus tangit. In antiquitatibus autem hæc oppida inveni devota, Stonios, Fregellas, Gabios, Vejos, Fidenas. Hæc intra Italiam. Præter Carthaginem & Corinthum, sed & multos exercitus, oppidaq; hostium Gallorum, Hispanorum, Afrorum Maurorum, aliarumq; gentium, quas prisci loquntur annales &c. *Hæc Macrobius.* Digna sunt sequentia, quæ ex *Vincentii Chartarii*

Regiens. Italicè ſcripto libro de Imaginibus Deorum, Lugdun.
„1581. excuſ. & in Latinam Linguam translat. ab *Antonio Verderio*
Domino Vallisprivatæ &c. p. 269. adjiciantur. *Pauſanias in Laconicis,*
„ *Lacedæmonios refert*, Martis ſtatuam vinculis implexam apud ſe
„ retinuiſſe, exiſtimantes ſe eo pacto bellorum Deum apud ſe
„ ſemper retenturos, cujus præſidio de hoſtibus numquam non
„ Victoriam reportarent. Quod apud multas quoque nationes
„ erat uſitatum : nam Romani leguntur quædam ſimulacra vin-
„ xiſſe, eorum præcipue Deorum, ſub quorum tutela urbs erat:
„ nam ex infinito propemodum Deorum numero, quos antiqui
„ venerabantur, quęlibet urbs unum duoſve ſibi peculiares ſelige-
„ bat, Tutelares nuncupatos, quos vel hoſtes ipſi offendere re-
„ formidarent. Itaque cum urbem aliquam obſididione preme-
„ rent, Deos Tutelares evocabant, ac ad ſe conceptis à ſacerdote
„ verbis traducebant, hoc pacto oſtendentes, ſe Diis, urbem il-
„ lam curantibus nolle bellum inferre. Quare Romani DEi ſuæ
„ urbis cuſtodis nomen ignorari voluerunt, ne ſcilicet ab hoſti-
„ bus evocatus, urbem deſereret. Quamobrem, cum Virgilius
„ lib. 1. Georg. Veſtam Tiberis, ac Romę cuſtodem nominat,
„ Servius id poetice dictum eſſe cavet, neque exiſtimandum eſſe
„ dicit, id vere tutelare fuiſſe urbis Romanæ numen : nam religi-
„ one inquit, id prohibitum fuiſſe, ne cuiquam manifeſtaretur;
„ Tribunumq; quendam ſupplicio affectum, qui id efferre auſus
„ eſſet. Sed, ne forte Tutelares evocati, recederent, eos vin-
„ ctos continebant; quemadmodum Q. Curtius de Tyriis narrat,
„ qui Apollinis ſimulacrum, primarii urbis numinis, ad Herculis
„ aram catenis aureis religarunt; nam ſub Herculis tutela eorum
„ erat civitas; ut, ſi forte is fugam moliretur, ab Hercule reti-
„ neretur; cum enim Alexander Magnus urbem obſidione cin-
„ xiſſet, is cuidam civi in ſomnis fugam adornare fuerat viſus.
„ Huic rei illud conſentire videtur, quod apud Athenienſes viſe-
„ batur; nam ii, ut Pauſanias in Atticis refert, eam ſine, alis habe-
bant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

„bant, ne ſcilicet á ſe avolaret. Hæc, ſicut Heliodorus inquit, „dextera malum punicum, ſiniſtra galeam continebat. Roma-„ni autem, ut libentius ſecum permaneret, ei ſedes apud Capi-„tolium in Jovis Opt. Max. templo conſtituerunt. Simulacra omnium Deorum, Dearumq; culta in Capitolio, & Simulacrum Mercurii in veſtibulis privatarum ædium apud Athenienſes, docet *Dempſterus* ad Roſini antiquit. Simulacris Deorum Romanos caruiſſe annis 170. *Cæl: Rhodig l. 12. & 18.* Non è quolibet ligno facta ſed felici, id eſt fructum ferente monet *Johann. Brodæus l. 4. miſcel. c. 6.* T. II. Theſaur. Critic. Jan. Gruteri. Simulacra Deorum lignea olim, & fictilia in Italia uſq; ad devictam Aſiam ; lignea v. ex cedro plerumq; ut diuturniora in delubris dicata. Eadem ex uno ligno vel lapide. *Plin. 34. H. N.* Simulacrum Saturni toto anno vinctum tenuiſſe laneo vinculo, ſed exſolviſſe feſtis Saturnal. refert ex Plinio, *Joſeph. Laurent. Polymath. l. 6. p. 458. b.*

IX. Domus æterna.

ANtiqui in ſepulchris crediderunt mortuos requieſcere, illaq; DOMUM ÆTERNAM. Vocarunt. Lapis Polæ in Illyrico.

MANLIA. PAULLA.
DE. PATRIMOMIO. SUO.
SIBI. ET
AURELIO. PAULINO.
COMPARI. SUO.
DOMUM. ÆTERNAM. P.
804. 1.

Unde Varro in Pſeudolo Apolline. *Æviternam domum hominum,* Tellurem dicit *Priſc. l. 2.* in qua perpetuam ſecuritatem, & æternam quietem poſitam alii lapides loquuntur, quorum unus eſt juxta Danubium ad ripam:

PERPETUÆ SECURITATI.
(675. 4.)

D. ɸ. M.

A qua securitate *DEos securitatis* nominabant

Romæ DIS. SECURITATIS.

Q. VIBIUS. HERMA.

(318. 7.)

Item *Romæ* DIBUS. SECURIS.

M. SALVVI.

(618. 3.)

Alter lapis *Viennæ* Allobrogum *de æterna quiete.*

D. M.

QVIETI.

ÆTERNÆ.

T. CASSII.

675. 6.

Ab eo *Quietorium.*

M. AURELIUS. MUTIUS. NOLANUS.

ANN. NAT. LXVI. FATUM.

COMMUNE.

PRÆVENIENS. QVIETORIVM.

HOC. SIBI. VIVENS. PARAVIT.

(810. 2.)

Quod aliis *Requietorium*, Burgi in Hetruria.

ɸ. DIS. ɸ. MANIB. ɸ.

Q. ORTENSIUS. ASCLEPIADE.

FECIT. SIBI. ET.

TERENTIÆ AMOR. L. ɸ.

REQVIETORIUM.

Optime qui *Conditorium*, *Agrum* Somni, *Sedem*, *Internam securitatem*, Primum est *Romæ*.

D. M.

PRIMILLÆ. AES.

TIONES. CVI. ET

SACRIS. DOMESTI-

CIS. OFFERRE. CON-

CESSERAT. OLLAS.

VI.

VI. MINORES. ET.
LIBERIS. EJUS. IN.
AVITO. CONDITORIO.
INDULSIT.
(cIↄcXXXIIII. 6.)

Alterum prope *Veronam.*

DIS MANIBUS
JOVI. ET. JUNONIB.
T. FLAVIUS. R. IV. VIR. I. D.
C. ET. P. L. GRATO.
IN. VITÆ SUÆ. NULLI.
MALEDIX.
†. ƆO. OMN. D. I. M. N.
IN AGRO. SOMNI.
H. M. H. N. S.

Notas interpretatur *Gruterus : Contra omnibus, Diis inferis maledicet nunc.*

Tertium *Polæ*

DONATUS
AUG. LIB. ET.
ANNIA. PRIMITIVA.
HANC SEDEM
FRUCTUM. LABORIS. SUI.
VVVI. SIBI. POSUER.

Vide hæc apud *Jacob. Guther. l. 2. c. 20. de Jure Manium. Onuphr. Panvin. Antiquit. Veron. Aring. Bos. & Rom. subterran.*

Consultò hic addimus ex *Fortunii Liceti. l. 2. cap. 12. p. 70. de reconditis antiquorum Lucernis.* Utini 1653. fol. veteres opinatos fuisse *animas habitare in sepulchris.* Nempe scribit *cum maxima fuerit apud antiquos admirabilium sepulchrorum ambitio, quod ex Mausolei, Pyramidibus & Labyrinthi,* apud *Plin. 36. c. 12. 15. H. N. novum monumenti genus â nemine ante habitum, & vix a posteris imitabile, sibi condidisse virum inter Ethnicos sapientissimum; in qua pulcherrima quadam metaphora æterni luminis & aurei, argenteiq; liquoris, quidnam in sepulchris manere veteres opinarentur insinuabat;* nimirum rationalem animam, cu-

U 3 jus

jus duæ post hominis obitum supersunt illæsæ facultates, intellectus atque voluntas, quarum illa pulchre argenteo latice repræsentatur hæc aureo liquore; ipsarumq; post mortem hominis æterna operatio lumine perpetuo lychni incombrustibilis Plutoni *animas suas commendabant, qui etiam ob imperium quod in mortuos exercebat* Urago *dictus est, ab urgendis mortuorum animabus, ut autem indicarent mortuorum animas in ejus esse potestate.* Plutoni *claves terræ dabant vetustiores, quod ex hymno Orphei constat:*

Pluto, qui terræ claves, & regna gubernas. Plutoni inquam commendarunt *animas* sicut Olybius, (vid. Analect. nostr. Mens. I. c. „ 33.) quasi munus. Indeq; fures abigat qui reconditam urnam reperi- „ entes, thesaurum arbitrati, eam asportent, Cineresq; perdant, & „ Manes violent: eosq; admonet, quod in orbe urnæ reconditum latet „ non esse quid unde ipsi divitias comparare sibi valeant; sed esse quid „ eis ignotum, nempe gravi labore mortis digesta, hoc est, ab invicem „ separata, elementa humanæ naturæ, quæ sunt anima. *Ethnici porro* mortuorum animas *pleriq;* non ad superos, sed ad Deos inferos pertinere opinabantur *cum in superorum potestate solos viventes esse arbitrarentur.* Virgil. l. 2. Æneid.

- - - - - vos ò mihi manes
Este boni, quoniam superis aversa voluntas.
Sancta ad vos anima, atq; istius in scia culpæ
Descendam.

Idem *Licetus* deducit hoc ex *multis Poëtis* l. 3. c. 7. cujus rubrica *Finis Physicus, ob quem in vetustis conditoriis ardentes lucernæ olim conderentur latius explicatur fuisse* ne anima defuncti cum cadavere priscis manere putata diu misere jaceret in tenebris. Huc accedit sententia Porphyrii, Platonis, qui putarunt animas circa sepulchra versari, quam Porphyrins ait fuisse sententiam ægyptiorum communem & *de abst. ab esu carn.* animas violenta cæ de inteemptorum & sepultura carentium morari circa sua cadavera: & proinde multas visas esse lamentari &c.

Lucianus in Philopseude *&* *Plutarch.* in opusculo de Herodoti malignitate allegatur *sed & Ovid. l. 1. eleg.*

Evocat antiquis, atavosq; sepulchris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Et ſolitam longos carmine findit humum. Et 7. metamorph.

Et ſilvas moneo moveo jubeoq; tremiſcere montes.

Et mugire ſolum, maneſq; exire ſepulchris.

Virgil. Elog. 8.

- - - - *ſæpe animas imis exire ſepulchris.*

III. Ænead - - - - animamq; ſepulchro

Condimus, & magna ſupremum voce ciemus. Vid. plura teſtimonia *Euripidis, Tibulli Itali Poetæ Saguni.*

Animam igneam putaſſe veteres, refert idem *Fortun. Licet.* l. 2. cap. 54, p. 151. *his varii ſcriptores luminis æterni à priſcis in tumulis conditi varios fuiſſe fines comminiſcuntur, & inter alias* Julius Jacobinus in appendice ad Commentarios Fonteii de priſca Cæſiorum gente cap. 10. duplicem finem hujuſmodi lucernarum attulit, unum quidem dum aſſerit antiquos exiſtimaſſe animam eſſe vim quandam igneam, eamq; non penitus cum corpore ſuo extingvi; ſed circa demortui tumulum aſſiduè volitare, atq; hinc factum eſſe, ut in ſepulchris ignis; vel ejus ſimulacrum veluti animæ Symbolum paſſim poneretur. Alterum, in poteſtate ſuperorum eſſe homines vivos; mortuos ad inferna pertinere, quæ nomine Manium appellabant, quia putabant Deos inferos manere in tumulo cum cadaveribus &c. Hanc opinionem fuiſſe ægyptiorum, tradit *Fort. Licet l. 2. c. 56. de Lucern.* p. 153. ex Sebaſtiano Foxio. Ægyptii, *inquit*, putabant cum cadaveribus animas immortales morari, quare lucernas perpetuas in ſepulchris deponebant; non vero beſtiis id officii præſtabant; quibus noverunt contigiſſe animam mortalem, Monet etiam obiter hic Licetus Scythas ſive Tartaros, antequam magnus Cham illis dominari cœpit, hoſpites noctu occidiſſe, præſertim nobiles, pulchros, fortes, ut illorum animæ cum virtute fortitudinis, & proſperitate ſenſus in ea domo maneret, ex cujus habitatione omnia ſibi proſpera evenirent, quare multos necebant.

X. *Congiariadata quid?*

Eleganter de hac materia ſi unquam aliquis *Ezechiel Spanheim* de Numiſm. diſſert. 9. p. 818. LIBERALITATES, CONGIARIA DATA POP. ROMANO vix aliunde quam ex

præ-

præclaris Nummi Impp. ſcimus, in quibus repetita ſæpius illarum largitionum memoria; adeo ut in Hadriani Numiſmatibus VI. ejusdem LIBERALITATES, in Pio VIII. in Marco VI. aut VII. in Severo VI. & Antonio Caracella IX. diverſis temporibus factæ reperiantur. Ita CONGIARIUM PRIMUM P. R. DAT. in præclaro nummo Titi apud illuſtrem Sevium, in aliquot Trajani nummis Mediceis CONGIARIUM PRIMUM SECUNDUM TERTIUM; in Nerone CONG. II. DAT. POP. Nummum elegantem vid. in Theſaur. numiſmat. *Carol.* Patini Pariſ. 4°. p. 143. in M. Aurelio etiam CONG. AUG. III. & CONG. AUG. IIII. Congiarii hi aut ter ad ſummum dati ab uno altero ve Cæſare. Elegans iterum eſt Nummus Nervæ Imperator. apud Patin. p. 154. qui fere reſpondet ex una ſequenti, niſi quod in altera facie hæc figura & inſcriptio cernatur. Figura hæc eſt,

Modius repletus ſpicis & capitibus papaverum eminentibus S. C. PLEBEI URBANÆ FRUMENTO CONSTITUTO Duo alii ejusdem Nervæ ibid exhibentur tributorum remiſſionem indicantes. Unum quidem ob vehiculationem Italiæ, quod á Domitiano impoſitum erat, alterum ad amovendam fiſci Judaici calumniam: primum mulis & equis deſignatur in nummis, vehendo natis, cum inſcriptione VEHICVLATIONE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

NE ITALIÆ REMISSA. S. C. Alterum Palma Judaicæ symbolo. Inscriptio est : FISCI JUDAICI CALVMNIA SVBLATA. S.-C. Prioribus temporibus singulæ Italiæ urbes militibus rhedas & equos præbere cogebantur, quod Nervæ beneficio abolitum est. Judæis tributum impositum per Domitianum ab Imper. Nerva sublatum est. Hic etiam explicanda venit inscriptio QVÆ DIVISÆ SVNT POPVLO PER GRADVS & locu iones frequentes in Cod. Theodos. *de Gradibus in Gradibus & Gradibus Panem distribuere.* Hoc ostendunt nummi ob solennitatem ejusmodi largitionum percussi habentes erectum tribunal seu ,suggestum, & gradus quibus conscendebatur ; sedentem in Curuli Imperatorem ; stantes in eodem suggestu unam aut plures figuras cum *Congio*, aut Tessera, Frumentarias aut Nummarias Tesseras distribuentes singulis perillos gradus easdem recipientibus. Cujus generis extant duo nummi, unus *Nervæ* Congiario supra indicato, alter *Alexandri Severi* è Museò Christinæ Augustæ. Inscriptiones habent CONGIAR. R. R. S. C. IMP. CÆS. M. AUREL SEV. ALEXANDER PIVS FELIX AVG. Facie altera LIBERALITAS AVGVSTI. Nummus hic est.

Vide plures tales Nummos ap. *Patinum* l. c. p. 152. 154. 156. Foro autem vicinum fuisse illum suggestum, & eandem simul

harum divisionum rationem firmat illustris apud Josephum locus ἀρχ. l. 19. c. 1. ὑψηλόν τε ἐςὶ τὸ ςέγος εἰς τὴν ἀγορὰν φέρον sublimis vero est ille suggestus ducens ad forum, & *Prudentius*.

Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis.

Neq; tamen superiores aliiq; id genus Nummi de *panum illorum Gradilium* dispensatione seu *Annonis Civicis* cum *Jacob. Gothofred.* ad Cod Theod. T. V. p. *240*. explicandi veniunt. Illæ enim *Annonæ* seu *Panes Civiles* quotidie distribui soliti, unde ἄρτοι ἡμερήσιοι vocabantur, quod è Cadino notavit *Salmas. ad histor. Aug.* At nummi de quibus actum ad extraordinarias Imperatorum largitiones spectant, quas nempe *vel* sub auspicia Imperii, *vel* die virilis togæ destinatis heredibus datæ, *vel* adoptato alio unde successore, *declarato* Cæsare, *Natalibus*, aut *Quinquennalibus*, vel *Decennalibus Principis*, *liberorum Nuptiis*, *solennibus victoriarum* ac *Triumphorum*; *adventu in Urbem* aliisq; id genus publicis festivitatibus, Populo aut Militibus erogabant, Quò spectant etiam *extraordinariæ illæ annonæ*, largitiones Urbi, aut Italiæ pro temporum ratione concessæ, ut á *Nerua*, nummum jam vidimus. Cæterum ut *Liberalitas*, sic *Congiarium* nonnunquam pro quovis munere; ut cum *Seneca de Benef. l. II. c.* 16. ad Vrbes aut homines datos eandem vocem transfert *ut tua Congiaria urbes fin*; & Consol. ad Marciam c. VI. *Sejanus Patrem tuum clienti tuo Satrio secundo Congiarium dedit.* In specie aliquando, pro *donativo militum*, ut apud *Tullium l.* 16. *ep. ad Attic. 8.* hæ Congiarium ab Antonio accipere noluerunt. Mitto quæ addi hic possent de varia & multiplici ratione ejusmodi Liberalitatum & Congiariorum; de ætate illorum, qui ad ea admittebantur, de tesseris frumentariis & Nummariis, earumq; varietate, nec una appellatione; de multiplici numero summæ viritim datæ, de pondere & valore Nummorum, qui destinabantur nonnunquam ad similes largitiones &c. Similis etiam *Largitionis* mentio fit in nummo Constantii, in quo sedens Imperat. cum tiara inter duas figur-

figuras unam militis ſtantis, alteram cum corona radiata dextram Conſtantino porrigentem. Nummum exhibemus ex Cimel. Reginæ Chriſtinæ

De his *Valerius Chimentellus luculento opere de Re Donatica Veterum*, ad cujus editionem ſe nuper obſtrinxit.

XI. Reliqua quid?

PRopter affinitatem materiæ ſuggerat pro incomparabili ſua diligentia *Ezech. Spanheim de præſtant. Num.* diſſert IX, p. 812. hæc notatu digna: Per *Reliqua* deſignantur publica, & fiſcalia debita tam Civium Romanorum, quam reſidua provinciarum ex præteritis vectigalibus, aut Tributis; & quæ poſtrema vulgo *Reliqua*, *Reliqua publica*, *Reliqua tributaria*, *Reliqua ex fiſcalibus titulis*, *Reliquationes* etiam paſſim vocantur in libb. veterum JCTorum & Conſtitutionibus Cæſarum *l.* 9. §. 2. *D. de Publ. & Vect.* ſicut alias quoq, *Paulo* J. C. *Reliquationes Vectigalium.* Græcis non λοιπάδες ſolum & λοιπογραφίαι, ſed etiam λείψανα ſeu *Reliquiæ* ſunt. Reliqua vetera abolita in nummo Hadriani (p. 811. Spanh.) Liberalitate Hadriani Remiſſa fiſco principis aut ærario Pop. Romani RELIQVA debita ab annis 16. Syngraphis debitorum in foro incenſis, Dio & *Spartianus in ejus vita.* Hujus præclari facti memoriam ac imaginem tranſmiſere ad poſteros & noſtram etiã ætatem, præclari ejuſdem Cæſaris Nummi, in quibus Hadrianus ſiniſtra ſceptrum tenet, dextra autem facem accenſam, qua jacentem in ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

ga ſeptem Aſiæ urbes terræ motu collapſas (Strab l. 13. Svet. c. 48.) celebrat nummus rariſſimus Tiberii, quem nobis exhibuit Carol. Patinus D. Medicus Pariſ. Theſaur. Numiſmat. 4°. 1672. p.140. Cujus inſcriptio: CIVITATIBVS ASIÆ RESTITVTIS. Præterea ex hac inſcriptione diſcimus Hadrianum remiſiſſe reliqua Tributorum ſecundo Conſulatu ſuo, ad quem ab Indictione Cæſarianæ Antiochiæ, diximus eſſe Indictiones XI. abſolutas. Sed nummi quidam Hadriani etiam ſequenti anno, Conſulatu ejus III. remiſſa præferunt IMP. CÆSAR. TRAJANVS HADRIANUS AVG. P. M. T. R. P. COS. III. RELIQVA VETERA. HS. NOVIES. MILL. ABOLITA Infinitam pecuniam vocat *Spartianus*. Ad colligendam autem gratiam nihil prætermittens; *infinitam pecuniam*, quæ fiſco debebatur, privatis
„ debitoribus in urbe, atq; Italia, Provinciis vero etiam ex reliquis in-
„ gentes ſummas remiſit, ſyngraphis in foro Trajani, quo magis omnis ſecuritas roboretur, incenſis: Cæterum elegantiſſimè Hieronymus χρειῶν ὀφειλὰς vertit *reliqua tributorum*, quæ Julianus & παραβάτης vocat ἐλλείμματα.

XII. *Peræquatores quid?*

Ἐξισωτὰς vocat *Euſeb. Hiſtor. Eccleſ. l. 4. c. 3.* Latini (notat ibi *Valeſ. p. 240.*) vocant *peræquatores* de quibus mentio fit *lib. 14. Cod. Theodoſ.* titul. de cenſitoribus, peræquatoribus & inſpectoribus. Ferè autem ex ſenatu ad id munus eligebantur a Principe, qui in provinciis, quæ ſe tributorum mole oppreſſas eſſe querebantur, cenſum *peræquabant*. Vetus inſcriptio apud Gruterum p. 361.

L. ARADIO. VAL. PROCULO. V. C.
PRÆTORI. TUTELARI.
LEGATO PRO PRÆTORE. PROV. NUMIDIÆ.
PERÆQVATORI CENSUS PROV. GALLECIÆ.

Extat etiam Orat. 9. Naz. ad Julianum Peræquatorem εἰς ἐξισωτὴν Ἰουλιανόν. *Valeſ.* Annotat. d. l. Prolixe de Cenſitoribus peræquatoribus & inſpectoribus agitur *l. XIII. Cod. Theod.* Tit. XI. c. 6. ibi Pe- XI. De peræquationis electione & ordinatione Tit. XI. c. 6.

lius demeretur - - - Quare cum fuerint traditi Codd. *& completa peræquatio, intra annum, cui videbitur, de injusto onere conqueratur, iniquitatem Peræquatoris accuset, ac præstitam gratiam habitâ competitione convincat: ut quid ei fuerat superfusum, ille cognoscat, quem debitæ functioni fraus claudestina subtraxerat. Emenso autem tempore actio denegabitur.* Vide iterum huc *Gothofred. not. p. 129.*

XIII. *Campus piorum.*

MEminit Solinus c. 5. citante Gabbemâ *in Petron p. 441. edit. Amstelod. 1669.* duorum juvenum, quorum pietas in Catinensi regione patuit, in quam se cum Ætnæ incendia protulissent sublatos parentes evexerunt inter flammas illæsi ignibus. Horum memoriam ita posteritas remunerata est, ut sepulchri locus nominaretur CAMPUS PIORUM. Nota est Æneæ pietas in parentem sed & aliorum. *Petronius* in Satyric. edit. Amstelod. l. c.

Sunt qui conjugibus mœrentia pectora jungant,
Grandævosq; patres : onerisq; ignara juventus
Id pro quo metuit tandem trahit.

Vide præterea *Andreæ Alciati Emblem* 115. *& Commentat p. 819. edit. Patav. 1661. 4°.* ubi ex *Fazell. l. 30. 1.* Decad. l. hæc adscribuntur.
„Duorum fratrum sepultura & pietate Catana celebrata est, quos Catanensis quid: Anapium, & Amphinomum; Syracusani vero, qui de eorum patria contendunt, Emanthium & Critonem vocant. Hi Ætna quondam latè incendiis grassante, parentes senio confectos & ad sui ab igne fluente liberationem impotentes, ut eorum vitæ consulerent, patrem, unus, matrem alter humeris sufferentes ab incendii loco, quàm celerrimè asportarunt. Cumq; parentum pressi pondere tardius, (ut par erat) iter conficerent, à vicinis, & insequentibus ignibus visi sunt opprimi. qui tamen cum ab incepto pio opere ob periculi metum non desisterent, ardentium ignium fluenta, cum adeos pervenissent (mirum visu) juxta illorum pedes in duas partes sunt disjecta, ac ipsos cum parentibus adolescentes, nullo eis illato æstu neq; incommodo præterierunt. Sed post eos, ut res mira dilucidius appareret, rursus flammæ in unũ corpus coierunt. qua virtute ac miraculo commendatis adolescentibus, post obitum eorum Catanenses monumentum regia-

dextera, veniret ad lævam, & poneret quinq; digitos ſuper altare, elevaret manum & poneret ſuper proprios oculos & rectê vidit populo præſente & gratulante, quod grandia miracula fierent ſub Imperatore noſtro Antonino. *Item*: Λȣκίῳ πλευριακῷ, ἀφηλπισμένῳ ἀπὸ παντὸς ἀνθρώπȣ, ἐχρημάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν &c. i. e. Lucio affecto lateris dolore & deſperato á cunctis hominibus, Oraculum reddidit per ſomnium DEus, veniret & ex ara tolleret cinerem, & una cum vino commiſceret, & poneret ſupra latus & convaluit & publice gratias egit DEO, & populus congratulatus eſt illi: *Item* Αἷμα ἀναφέροντι Ἰȣλιανῷ Sangvinem revomenti Juliano deſperato ab omnibus hominibus ex Oraculo reſpondit DEus, veniret, & ex ara caperet nucleos pini κόκκȣς στροβίλου, & comederet una cum melle per tres dies & convaluit, & vivens publicè gratias egit præſente populo. *Item*: Valerio Apro militi cæco ἐχρημάτισεν oraculum reddidit DEus; veniret & acciperet ſangvinem ex gallo albo admiſcens mel, & collyrium conficeret, & tribus diebus uteretur ſupra oculos: & vidit, & venit, & gratias egit publicè DEO.

Quod etiam in *Iſidis* templo fieri ſolitum *Tibullus* teſtatur.

Nunc Dea, nunc ſuccurre mihi, jam poſſe mederi,
Picta docet templis multa tabella tuis.

Circa initia medicinæ *ægrotos palam expoſitos*, docet H. Mercurialis l. 1. c. 1. ſcribens. pag. 1. *Medicina vero tametſi primo illo ortu rudis admodum, incultaq; fuerit, quando priſci illi* (ut Herodotus & Galenus referunt in lib. qui Medicus inſcribitur.) ægrotos palam exponebant, ut unuſquiſq; quod utile, atq; experimentis comprobatum habebat, alterum edoceret; poſterioribus tn. ſeculis ab Æſculapio Epidaurio cognomento, apud Cyrenæos medico, mirificè exornata fuit, & quaſi ex ruſtica urbana & concinna reddita &c.

Philoſtratus de vit. Apollon. Tyanæi l. 1. ὑδέρῳ δὲ ἄρα εἴχετο, ἢ μέθη χαίρων ἀνασμȣ̃ ἠμέλει. Ἠμελεῖτο ἢ ὑπὸ τȣ̃ Ἀσκληπιȣ̃ διὰ ταῦτα ἢ ȣ̓δὲ ὄναρ αὐτῷ ἔφατο, *Hydrope vero laborabat, & vinoentiæ dedi-*

tas siccitatis nullam rationem habebat unde nec ejus Æsculapius nullum ipsi somnium respondit. Svetonius in Vespasiano: *E plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure, sedentem pro tribunali adierunt, orantes opem valetudini, demonstratam à Serapide per quietem restituturum oculos, si inspuisset.* Gabbema, Wouwer. F. Pithæus in Petronii. Satyric. p. p. 50. edit. Amstelod.

Nota huc quædam de *memori tabella*, cujus meminit *Petronius Arbiter in Priap. XXXVII. p. 33. Cur pictum memori sit in tabella.* In quem locum *Membrum quæritis*, Commentat. ex *Brisson. l. 1. de form. Cicerone, Horatio.* Quemadmodum naufragi vestes, cum quibus evaserunt, in templo Neptuni, aut alterius DEI marini ex pariete suspendere consveverunt ad voti solutionem, atq; adeô in his votivis tabulis depictos naufragorum casus, & pericula, ut habet *Cicero l. 3. de N. D. Horat. l. 2. serm. Satyr. 1.* & ibidem *Acro, & Porphyrius.* Sic qui & morbo convaluerant, è tholo sacrarum ædium suspendebant *pictas tabulas* continentes curationis genus, generaq; morborum. Tale quid non absimile fit in Papatu ubi videas pendentes ex parietibus Eccles. pedes, brachia, manus, digitos, oculos, capita, &c. ex cera, argento vel aliis materialibus manu artificis adornata. Addit ad locum Petronii *Gabbema*: Hic proponitur *tabella* in qua mentula depicta cum eisdem carminibus in Priapi sacello visebatur. V. N. in Tibull. Unde, & *monumenta* (adjicit G. *Scioppius h. l.*) dicuntur, quod nos rerum vetustarum admoneant, & recordari faciant. Quid sit *Orneatarium donarium* in æde Delphica Apollinis, disce ex *Samuel. Petiti l. VI Miscellan. c. 9.* scilic. esse donarium, ex ære factū simulacrum sacrificii atq; pompæ ex Epicharmi fragment. ap. Athenæum l. 8. vasa sacra ἱερεῖα, cæteraq; omnia necessaria ad sacrificium ex ære. Epicharmus recenset, lebetes, crateres atque illic inter cætera expressas fuisse in ære tibias, & ad illorum modos saltantes homines dicit.

XV. Varia remediorum genera ex H. Mercurial. de Art. Gymnast.

AMbulationes prosunt præsertim ante cibum & post cibum l. 5. c.

12, ambulatio *ſub Sole minus* lædit, quam ſtatio *ib.* ambulati oper *arbores rore ſuffuſas* facta lepram inducit, quod res cor poribus illabens ipſa mordeat, atque excoriet, vel potius, quod á rore colliquatis arborum ſuperficiebus aſpergo, quædam noxia inde corporibus affuſa inhæreat, quæ partes extimas ipſorum mordeat, Ros bibitus gracilitatem inducit Laitus apud Plutarchum, & hic ap. *Mercurialem* p. 267. qui porro: In omnibus autem ferè proderit ſub iis umbris ambulare, quas
„ Epilepticis probavit Aretæus, & vertiginoſis, ſi np. ſub arboribus,
„ myrto, lauro, aut inter acres & benè olentes herbas calamentum, pu-
„ legium, thymum, mentam, maxime quidē agreſtes, & ſponte naſcentes:
„ ſin harum copia deſideretur, inter humano cultu procreatas - - Dum
„ cœlum ſerenũ eſt, tunc ambulatio levat, per halitum evocat, attenuat,
„ nam reſpirationem, & omvendi difficultatem parat; dum vero nubibus
„ obtegitur, gravitatem affert, per halitum non evocat, caput implet.
Navigatione ſanus factus Anneus Gallio ſangvinem expuens. *Mercuri al. l. 3. c. 13.* ex Plin. l. 31. c 6. *Arthriticos* deambulatio lenis juvat. *l. 5. c. 11.* Auguſt. Imp. *coxendice, femore, & crure ſiniſtro laborans*, in arena maximè profunda ſe exercebat *l. 5. c. 12.* Aurium dolorem curarunt geſtatione Galen. Tral, & Aetius unde & capitis dolore vexati per longam viam geſtandi, ne frequenti verſione vertigo inducatur. *l. 6. c. 10* *Cachecticos* natatio maritima juvat l. 6. c. 12. *Capitis dolorem* inveteratum Aretæus manuum geſticulatione curabat *l. 5. c. 3.* attenuare enim humores atq; ſurſum carnes trahere. Cœlius Aurelianus lucta curavit l. 5. c. 5 ſed & currere veſtitos juſſit *l. 5. c. 7.* Caput majores noſtri ferè nunquam tegebant *l. 5. c. 1.* In carceribus concluſi motum vehementem habere non poſſunt, uſos tamen fuiſſe aliquo motu vel frictione, vel aliquo alio, alioqui ab omni prorſus motu penitus deſiſtentes, impoſſibile eſt, ut multo tempore ſani vivant, quando quotidie ea ratione complures ægrotare, atq; etiam interire in carceribus videmus. *l. 4. c. 2.* Cera digitis emollienda arthriticis datur. l. 2. c. 12. *Coitu uſuri* veſperi non cœnabant Ariſt. problem. 3. 32. *lib. 1. c. 11. Mercur. Colicis* ſvadet Ætius, imprimis qui à frigido humore colici fiunt, leniter exclament, aut concinné cum vociferatione procedendo legant.

Sic *adphthiſicos*, atq; *tabeſcentes* ea Methodic nonnullos uſos

ſos fuiſſe legitur *l. 6. c. 6. Mercur.* Sed & pilæ luſu *Coel. Aurel.* curabat colicos *lib. 5. c. 4.* curſu *cap. 6* deambulatione *l. 5. c. 11.* ſpiritu retento. *l. 6. c. 4.* geſtatione Aſclepiades. *l. c. 9.* Curſus omnis febricitantibus nocet *l. 5. c. 7.* ex Hippocrate & Galeno. *Deambulatione pro ictericis* curandis Archigenes uſus *l. 5. c. 11.* De ambulatio extremis digitis facta *Lippientibus* confert. l. 5. c. 11. Deambulatio febres auget. *ib.* Dorſum diſcus corroborat. *l. 5. c. 10.* Epilepſia curatur jugulati ſangvine epoto *l. 6. c. 2.* ſpiritu retento á Cœl. Aurel. *l. 6. c. 4* geſtatione. l *6.* c *10* curſu vehementi. l. *5.* c. *7.* natatio omnis obeſt, teſte Antyllo. l. 6 c. 12. ad ſingultum curandum ſpiritus cohibitio *l. 3. c. 6.* Febre acuta laborantes, ab omni motu removendi ex Galen. ſententia. corpora n. quæ immodica intemperie calida, laborant nullis vehementibus, remiſſiſq; exercitationibus accommodantur, quod calor qui diminui debet, ab illis potius augmentũ ſuſcipit. *l. 4. c. 7. Febres* ſæpe contingunt, quia conſvetæ exercitationes remittuntur. *l. 4. c. 9* Galenus *obeſum. corpus* veloci curſu. curavit *l. 4. c. 9. Genitalia* membra flatibus oppreſſa lucta ſanat *l. 5. c. 4.* Gladiatores ſangvinem ex adverſarii vulneribus bibebant, & quare tanquam iis ad confirmandum animum & vires efficaciter conferret, quia & cinerem pro medela potant referente *Plinio l 28. c. 1.* & l. 36. c ultimo *lib. 3. cap. 4. Mercur. l. 6. c. 2.* Graciles quiete uti debent *l. 4. c 9.* Hernioſi, debiles, quibus in renibus inflammatio non ſtent multum *l. 6 c. 1. Lethærgica febre* laborantes in lectica geſtat. *l. 6. c. 10.* Lienoſos natatio maritima juvat, quod corpora evacuentur in hac aqua *l. 6. c. 12.* Longa ambulatio humiditates exſiccat. *l. 5. c. 11.* Menſtrua ſaltus evocat. *l. 5. c. 9.* & deambulatio *l. 5. c. 11. 12. Nephriticis* navigatio maritima prodeſt *l. 6. c.* 11. Ophthalmici geſtatione curati *à Galeno* Tral. Ætio. l. *6. c.* 10. Renes debiles lædit ſaltatio l. *5. c.* 3. Reſpiratio crebrarum oſcitationum eſt remedium, *Hippocrat.* 2 & 6. Epid. l. 6. c. 4. *Mercur.* Saltus humores ſuperfluos evacuat, & loco purgationis & phlebotomiæ teſte Galeno eſſe poſſunt l. *5. c. 8* obeſt tamen ſangvinem mingentibus, podagricis, & qui tum oribus vexantur l. 5. c. 8. *Scabioſis* natatio maritima prodeſt l. 6. c. 12. Seminis fluxum patientes lædit ſaltatio l. *5. c. 3.* Sicci ho-

mi-

beat ridere infans cap. 15. de risu à titillatione, croco, & vino cap. 16. de risu canino vocato cap. 18. de risu è desipientia. cap. 19. de risu statuæ Jovis Olympici, quæ narrante Svetonio in vita Caligul. c. 57 transferri Romam debebat, tantum cachinnum repente edidisse, ut machinis labefactis opifices diffugerent.

XVI. *Lapidatio theatralis.*

PEtronius in Satyric. p. 331. edit. Amstelod de Eumolpo. Lapides in Eumol- " pum recitantem miserunt. At ille qui plausum ingenii sui moverat" operuit caput extraque templum profugit. In quem locum *Erhar*- " *dus*: Ut poetam & recitatorem molestum. Ex more theatrorum, ubi mali poetæ Saxis onerabantur, sicuti boni jaculô floris serti & soluti honorabantur. Ad quem alludit locus ille in malum citharœdum *πολύκτορος δὲ τȣ̃ κιθαρωδȣ̃ φακὴν ῥοφȣ̃ντος κὴ λίθον μασησαμένȣ, εὖ ταλαίπωρε, ἔφη, κὴ ἡ φακή σε βάλλει* Polyctore citharædo lenticulæ pulmentum sorbente & ad lapillum offendente. Recte inquit calamitose! quem & lens lapidat. Lapidationis theatralis exempla multa apud veteres præserrim *Lucianum*, *Casaubon. animadvers. in Athen. l. VI. c. XI. Rader. ad Martial. l. 3. Epigr. XXXIII.* in Ligurinum eodem vitio quo hic Eumolpus laborantem.

Tractat hoc uti solet eleganter *Franciscus Bernardinus Ferrarius* in insigni opere *de veterum acclamationibus l. 2. c. 24. Mediolani excus. 1627. 4°.* Lapidationem talem, *inquiens* ad INFESTUM THEATRI FAVOREM pertinere. *Lapideum* itaq; *imbrem* habuere nonnunquam in theatro & *Ludorum Actores*, si artis suæ specimen infeliciter darent, & ipsi quoq; *spectatores*, si odiosi populo, & invisi. Locum supra recitatum de Polyctore adnotat *Ferrarius*, haberi eum lib. VI. Deipnosophic. Athen. Dabat nimirum Polyctor sæpe Cytharœdus sæpe artis suæ specimen in Theatro; at cum invenuste omnino ac infeliciter id ageret, minusq; ob eam causam á populo probaretur, consvevit lapides pro plausibus reportare. Semel igitur lentem mandens lapillum etiam dentibus confecit, quam rem statim jocose cavillans Coridus *O miser*, ait, *etiam lenticula te lapidibus appetit*, quod proinde est, ac si dixisset. *O infelix, solenne adeò tibi est lapidibus appeti, dum cithara inepte canis in Theatro, ut etiam, dum lentem mandis, lapillos, consvetos scil. comites invenias, qui te conficiant.* Postea Athenæi loci verum sensum eliciens Ferrarius

mines vel parum vel nihil exerceri debent. l. 4. c. 9. Silentium sitim tussim & singultum extinguit. l. 6. c. 6. Somno capiuntur intense speculantes *l. 4 c. 2* *Stomachus in coquendo debilis* á saltatione corroboratur. *l. 5. c. 5.* Surdos *Galen. Tral.* & Ætius gestatione curabant. l. 6. c. 10. Themison coxendicum dolore laborantes equitare jubebat, non probat Hippocrates l. *6. c. 8. Mercur. Vesicæ lapilli* optimé saltatione extruduntur. l. *5.* c. 3. *Urinæ ardor* ex cursu augetur. l. *5. c. 7.*

XVI. De Risu varia.

POetæ Græci *Venerem* appellant φιλομεδὴν *id est risus amicam.* Vel risum Jovis dixit cœca gentilitas. *Tria risus genera* ponit *Clemens Alexandrinus* lib. 2. *pædag. c. 5.* μειδίαμα risum decorum, κιγλισμὸν meretricium καγχασμὸν procacem & notas referentem libidinis. Alii primum faciunt *Naturæ*, quæ potius dicenda est hilaritas, hunc in Sara Abrahami uxore memorant. 2. *Stultitiæ*, sicut est omnium stultorum cacchinnus. 3. *malitiæ*, qualis fuit in Chamo cum paternam derideret turpitudinem. *Vid. Commentar. Claud. Minois Francisci Sanctii Brocens. in Andreæ Alciat. Emblem.* Patav. 1671. 4°. p. 471. Qui etiam *p.* 419. *b.* docent ex Aristotel. 4. ad Nicomach. *risum, & jocum ad vitam degendam necessarium esse.* Democritus vitam beatam in vitæ tranquillitate posuit. Legimus & sapientissimum latorem legum Lycurgum, τῷ γέλωτι id est risui statuam erexisse, eaq; Lacedæmonios ad risum & lætitiam invitasse. *Plutarch.* in Lycurgo. Risus ad dicendum necessarius est *scribit Pontan.* Φιλοκαλι. 4. c. 4. sæpe orator, quæ negare non potest, aut defendere, tempestivo risu, & cavillatione deflectit, ac alio transmittit conjectiq; in se telivitat, aut retundit aciẽ; quemadmodũ bonus gladiator, parva declinatione motuq; corporis adversarii petitiones eludit. Risu sæpe obruuntur, vel elevantur, quæ contentione frangi refelliq; argumentis non poterant. Sic noster Tullius repetundarum reum, & haud dubiè sontem L. Flaccum judicio, & pœnæ legum eripuit. Quid quod interdum in bello plurimum valeant risus & facetiæ? Jocatus in *Gisconem Annibal*, multitudine Romanorum perterritum, exercitum suum confirmavit. Dixerat enim: magis mirum sibi videri in tantis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

tis copiis nullum vocari *Gisconem* scil. timidum. Lacedæmoniis iratum Regem *Philippum*, una salse scripta literula placavit, syllaba uti putant οὐ non. Quæsiti n. à Philippo an se recipere vellent, respondisse οὐ non *Auson ep. 25*. & qui milites Regem *Pyrrhum* in tentoriis probris laceraverant, facete translato in lagenam crimine, è periculo capitis, regiæq; iracundiæ flamma evolarunt: *Quintil. l. 6. c. 3.* Risus corpora nostra agitat, & non parum exercet. Quis enim non videt hominibus, dum vident, tota viscera commoveri, ignescere, faciem, caput, & pectus concuti innumerisq; ferè affectionibus eorum statim affici? Proderit inprimis ridere illis, quibus frigidæ sunt & capitis, & thoracis partes, melancholicis, & à frigida cerebri intemperie desipientibus, attonitisq;, & qui ob mœrorem, ac tristitiam in febres, aut alios affectus delapsi sunt. Risu sese exercere volentes, alas sibi titillari faciant. Magnus n. in illis partibus venularum, atq; arteriarum concursus est, quæ titillatæ concalefiunt; & spiritum subinde ex concalefactione genitum per universum corpus diffundunt. *Hieronym. Mercurial.* de arte Gymnast. l. 3. c. 8. l. 6. c. 6.

Risum Sardonium oriri á Sardonia herba adnotant *Comentator. ad Alciati Emblem. p. 788. b.* ubi hæc: Pestilentem vero Sardiniam intelligunt propter salpugam formicægenus venenatum, & Sardoniam herbam, quæ si edulio admisceatur, nervos vescentibus contrahit, & diducit ora rictu, sic ut morientes ridere videantur, unde *risus Sardonius.* Vide omnino *Erasmi Adag. Chiliad* III. cent. 5. p.m. 726. qui diversas refert opiniones hujus adagii, Esse scil. nonnullos Timæum scilic. qui putarent Sardonios parentes grandævos fustibus ad mortem usq; percussisse, ubi pereuntes ridebant existimantes eam mortem felicem atq egregiam, quod liberorum impietate interirent. Alios perhibere ap. Sardinos usu venisse, ut ex captivis pulcherrimos ac qui 70. annum excessissent Saturno mactarent, ridentes in morte, quod id forte ac virile videatur Vid. *Annales Sardin. Salvatoris Vitalis*, Florentiæ excus. 1639. fol. *Voss. Theol. Gentil. p. 976. 4°.*

Risus Chius de molli, lascivoq; risu. Quandoquidem & Chiorum mores taxavit vetus comœdia. Adagium commemoratur á Diogeniano *ap. Erasm. adag. Chil. I. cent. v. p. 183.* Risus Me-

garicus in eos, qui parum tempestivè jocantur, quique, quod vetat Quintilianus *malunt aliquoties amicum, quam verbum perdere.* Aut quorum artes jam in contemtum abierunt, successione majorum artificum obscuratæ. Neq; malè quadrabit in senes, qui ætate aliena lusus quosdam indecoros, atq; voluptates juveniles turpiter consectantur. Nam Jonica comœdia viguit ad tempus, deinde in contemptum venit, irrisa ab Atheniensibus. De risu intempestivo:

Γέλως ἄκαιρος ἐν βροτοῖς δεινὸν κακόν.

Non in loco ridere pergrave est malum.

Risus Jonicus in molles & voluptuarios dicitur. Nam Jonum mollities, perinde ac Sybaritarum fastus in proverbium abiit. *Athenæus* l. XII. deipnos. de luxu Jonum. l. XIII. docet saltationis genus olim fuisse lascivum, ac petulans, quod Jonicum diceretur. *Risus συγχρύσιος* quod hominem quatiat, quem eundem existimant Sardoniũ esse. Putant autem hunc risum gravi viro vehementer indecorum esse, propterea quod videatur ab animo impotente proficisci. Siquidem ut turpe est viro gravi muliebri more ejulare, si quid doleat: ita gaudio immoderato in cacchinnum effundi parum decorum est. Sic Philostratus *πλατὺ γελᾷν* id est late, diductoq; ore ridere.

Immodicum mortem afferre.

Bene docet *Schottus Physic. curios. p 879.* exemplo *Chrysippi,* qui cum asello conspecto ficus vorante, puer ad eum abigendum advocato accurrente tardius, nempe absumptis jam à bestia ficubus hortatus est puerum, ut quando cibum, asello dedisset, daret & potum adeo vehementem hoc dicto cachinnum sustulit, ut animam efflarit. Idem contigisse Zeuxi fertur, cum anum á se admodum ridicule depictam contuitus esset *Vid. Cæl. Rhodigin. p. 212.* Bruta *non ridere proprie, sed umbraticè* tantum ostendit idem *Schottus* l. 7. p. 879. s.

De *risu* egit omnium optimè & prolixè *Antonius Santorellus. Medicus & Philos. Neapol. excus. de sanitat. Natura* Neapoli excus. 1643. fol. *lib. 20.* cap. 7. & seqq. capite VII. agit de *risus natura* cap. 8 *de risus subjecto* cap. 9. *fiat ne risus ad significandam animi lætitiam* cap. 10. *de causa risus factrice* cap. 11. *de differentiis risus* cap. 12. de *risu moderato & immoderato* cap. 13. *de risu intempestivo.* cap. 14 *quoto ab ortu die, ho-*

„ hunc dicit eſſe : Citharœdus , ædificaturus domum , lapides ab amico pe„ tiit, cumq; paucos nimis pollicitus eſſet, amicus indignans ille: Tu mihi *ait* tam parce LAPIDES promittis, qui MULTO PLURES poſſum ac ſoleo ARTIS MEÆ SPECIMEN DANS, E THETRARO AUFERRE Locus muti-lus Latinè ſic habet.

Malus quidam, ut apparet Cytharœdus valdè,
Ædificaturus domum, ab amico
Lapides petiit - - -
- - - - - auferam ego
Eorum multo plures, ait, ex arte mea.

Sed & *Illuſtres* etiam *Viri*, ſi odioſi populo, & inviſi, *lapideo item imbre in Theatro* quandoq; *exceptos*, Macrob. l. 2. Saturn. c. 6. *falſiorum* in Vatinium Caſelii *J.C. jocum de pomo, ac pinea nuce commemorans*, illud etiam affirmat lapidibus appetitum á populo eundem Vatinium, dum ederet Gladiatorium munus. *Caſellius J.C.* inquit Macrob. *urbanitatis miræ, libertatisq; habebatur : præcipue tamen is jocus ejus innotuit,* LAPIDATUS A POPULO VATINIUS, cum GLADIATORIUM MUNUS EDERET, *obtinuerat, ut* Ædiles, *edicerent, ne quis in arena niſi pomum miſiſſe vellet. Forte iis diebus conſultus Caſellius à quodam, an* NUX PINEA POMUM *eſſet; reſpondit, ſi* IN VATINIUM MISSURUS ES POMVM EST. Ad hanc Theatri lapidationem referam haud invitus illa Spartiani verba in Peſcennio Nigro: Huic de Peſcennio loqv. *ob deteſtationem Juliani primis Imperii diebus ita Romæ fautum eſt à Senatoribus duntaxat, qui, & Severum oderant, ut inter LAPIDATIONES, exercitationeſq; omnium, illi feliciter optarent, illumq; Principem inſuper & illum Auguſtum populus acclamaret.*

XVIII. Καίσαρος φίλον εἶναι *Proverb. 22. 11. Johann. XIX. v. 12.*

NOti olim cum ipſius Alexandri, tum alias Regum & Cæſarum AMICI, quorum poſtremorum frequens mentio in Hiſtoria Auguſta, & qui vulgo Principum gratia florentes, non otii ſolum, ſed negotiorum etiam arbitri, ac diſpenſatores leguntur: ita ut, quod de Alexandro Severo obſervat *Lampridius*, res bellicas juxta ac civiles per Amicos, & ex eorum conſilio tractarent. Unde etiam liquet, cum Adſeſſores & Conſiliarios Principum Ami-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Amicos id genus olim dictos, quod jam ad Spartianum notavit ὁ πάνυ *Salmasius*; tum haud frustra eos Comitibus Augustorum conjungi in lapidibus antiquis AMICO ET COMIT. AUG. N. (*Thesaur. Gruter. MSC.*) ac præterea in Constitutione quadam Constantini quæ exstat in Cod. Theodos l. 9. t. 1. l. 4. *In quemcunq; Judicum*, *Comitum*, AMICORUM & Palatinorum meorum. Ut nec mirum sit, quod legas in dissertationibus *Epicteti ap. Arrianum*, quanti np. faciendum sit inter amicos Cæsaris reputari ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΦΙΛΟΝ εἶναι de qua appellatione pluribus agit. l. 3. c. 26. v. 407. Neq; vero privati solum, sed ut à Claudio Herodes, ita ab aliis Cæsaribus Reges quoq; in Amicorum id genus classem relati leguntur. Tales Amici Alexandri Severi apud *Lampridium*, *idcirco quod per* REGES *AMICOS ambierat admissus*, de quodam ad militiam adspirante, licet vitæ sordidæ, ac variorum furtorum reo. Immo & hoc notandum inter adscriptos olim Regg. & Cæsarum id genus Amicos, ordinem quendam servatum, & inductas varias Amicorum Classes; ut certe licet colligere ex Alexandro Syriæ Rege apud Josephum, ita adfecto adversus Jonathan. Pontificem Judæorum, ὥστε αὐτὸν καὶ πρώτων ἀναγράψαι φίλον, ut etiam ipsum PRIMUM AMICORUM inscriberet *lib. XIII. antiqu. c. 7.* Sic Antiochus ap. eundem *cap. 9.* concedit Jonathæ, καὶ τῶν πρώτων αὐτοῦ καλεῖσθαι φίλον, & vocari unum, ex PRIMIS ejus AMICIS; nempe sicut Coccejus Nerva à Tiberio *proximus Amicorum* indigetatur *Tacit. VI. ann. 26.* Ordines itaq; Amicorum, ut quidam primis alii secundi, & infra adhuc enumerarentur; quod á Romanis & Cæsaribus observatum, liquet rursus ex *Lampridio in vita ejusdem Alexandri*, qui ex locis modo adductis haud parum illustratur *ut* Amicos *non solum* PRIMI ac SECUNDI *loci*, *sed & inferiores ægrotantes viseret.* Ut jam illud prætercam, quod juxta morem eorum temporum superioribus Nummis illustratum, non *Philoclaudium* quidem, immo nec *Philoromæū* aut *Philellena*, vel *Philojudæum* forte sed vere ΦΙΛΑΝΤΡΩΠΟΝ dixerunt humani Generis Servatorem sacri illius scribæ potiori certè jure quam vel *Cyrum* Græci scriptores, aut *Nervam* Dio Prusæus Orat. 45. sicut rursus ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΥΣ, seu eidē Servatori devoto; passim vocant prisci Ecclesiæ Dd. Ignatius, Chrysostomus, Nazianzenus; quorum iste etiam Constantium alicubi, quanquam ut aliunde scimus, Arrianorum patronum Orat. III. in Julian. p. 6. ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΤΑΤΟΝ appellat ὦ θειότατε βασιλέων καὶ φιλοχριστότατε ô Imperatorum divinissime, Christiq; amantissi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

me. Julianum autem meliori jure ΜΙΣΟΧΡΙΣΤΟΝ ſicuti alibi Valentem Arrianæ hæreſeos labe infectum ὁ φιλοχρυσότατος καὶ μισοχριστότατος Orat. in fin. Baſil. p. 337. Immo ſi magni præmii loco, & probatæ demum fidei Regibus PHILOROMÆI ſeu *Amici Romanorum* titulus olim, ut vidimus, conceſſus: quanto melius merces illius hominis qui fuerit mundus, in eo poſita, juxta Magiſtros Hebræorum ut vocetur AMICUS DEI, ſicuti np. ſcriptum in *Prov. 22. 11. Qui amat munditiem cordis pro gratia labiorum ejus* REX AMICUS ejus *futurus eſt*. Vide אבקת רוכל ſeu lib. Pulveris Aromat. *Ezechiel Spanheim*. Diſſert. V. de præſtant Numiſm p. 44. *Sertorius Urſatus de Not. Roman. p. 9.* notat ex Pignor. de Servis ad A. CVR. AMIC. A. cura amicorum, Iſti, Pignorii de Servis monitu p. in aula Palatina Libert: erant, qui amicorum Principis curam gerebant; iu aulis vero privatorum ſervi. Ne novo titulo opus ſit, obſerva quid ſint Kalendaria amicorum? ex Pignorio l. c. Olim Romæ conducebant greges amicorum, ut divitias, & opulentiam jactarent. Juvenal Sat. 6. Mart. l. II. epigr. 64. Imo ut ipſa jactantia ſe proderet magis Kalendaria amicorum excogitata ſunt in quæ nomina illorum referentur. Seneca l. 6. c. 33. de Benefic. Quid
„ iſtos tu libros, quos vix nomenclatorum complectitur aut memoria aut manus, ami-
„ corum exiſtimas eſſe. Non ſunt iſti amici qui magno agmine januam pulſant
„ &c. Olim legebantur Romæ Epigrammata ſepulchralia TIT. CLAVDIVS AVG. LIB. FORTVNATVS A. CURA AMICORUM M. LIBERTORUM. T. FLAV. AUG. LIB. VICT. A. CURA AMICORUM. M. VULPIUS AUG. L. A. CURA. AMICORUM. Elegans gnome eſt Senecæ l. 1. de Benefic. c. 2. Nemo beneficia in Kalendario ſcribit. Obſerva etiam hic morem & formulam rumpendæ amicitiæ & ſocietatis ex Petronii Satyric. p. 301. edit Amſtelod. & Gabbema ad h. l. Quoniam fidem ſcelere violaſti, & communem amicitiam res tuas ocius tolle, & alium locum, quem polluas quære. Sic etiam Tacit. VI. Annal. Cæterum miſſis ad Senatum literis, diſſeruit morem fuiſſe majoribus. quoties dirimerent amicitias, interdicere domo. Sveton. Aug. c. 66. Alteri ob ingratum & malevolum animum domo & provinciis ſuis interdixit. Idem Sveton. Cajo c. 3. amicitiam ei more majorum renunciavit. In libris Epiſtol. Syneſii legitur Amaſidem Polycrati feliciter adhuc agenti per præconem renunciaſſe. Tralate á LL. XII. Tabb. ubi: SI. VIR. AB. VXORE. DIVORTIT. UXORI. RES. SVAS. HABERE. JUBETO. EI. QVE CLAVES. ADIMITO. apud Senecam Suaſ. 1. refertur Athenienſium in ſummô dolore riſus elegans. Cum M. Antonius Triumvir ſe vellet Liberum Patrem dici; habitu quoq; & inceſſu eum imitaretur, occurrerunt ei Athenienſes & per adulationem Διόνυσον (Dyonyſium Bacchum) ſalutaverunt, addiderunt que ſe deſpondere illi Minervam ſuam, rogantes ut duceret. ille iratus eis, quod á parribus Pompeii, & poſtea Bruti fuiſſent, ſe ducturum ait ſed dotis nomine illis imperare mille talenta, (hoc eſt 600000. coronator) Tum ſubſcriptus eſt ſtatuæ Antonii libellus his verbis: OCTAVIA. ET. MINERVA. ANTONIO. RES. TUAS. TIBI. HABE. Non pigeat etiam hoc addere ex laudato Gabbema in Petron. p. 332. Adventitia, vel adventaria cœna dicebatur propriè, qua amicos aut hoſpites peregre redeuntes ſolebant excipere, gaudium ſuum conteſtantes Plaut. in Moſt. Bacchid. Stich. Viatica fuit, quam diſcedentes, amicrs exhibere ſoliti Plaut. Bacchid. 1, 1. 62.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

ANALECTA
MISCELLA MENSTRUA
ERUDITIONIS

SACRÆ & PROFANÆ
Theologicæ, Liturgicæ, Historicæ,
Philologicæ, Moralis, Symbolicæ, Ritualis,
Curiosæ

Ex optimis & rarioribus Authoribus
Collecta & reddita
Operâ

MATTHIÆ ZIMMERMANNI, SS. THEOL. D.
Pastor. Superint. & Basilicæ Misenens.
Concionatoris.

MENSIS IV. & V.

AD
NOBILISSIMUM ET EXCELLENTISSIMUM
DOMINUM
MATTHIAM à BEX/
in Hohenthurm
CONSILIARIUM DUCALEM GRAVISSIMUM.

MISENÆ,
Literis & impensis CHRISTOPHORI GÜNTHERI,

M. DC. LXXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

SApientem semper sui similem, sibiq;
constantem, bene dixerunt Magistri Sapientum τετράγωνον
quadratum. Aristoteles I. Ethic. & III. Rhetor. Julianus in Cæsa-
ribus de Marco Imperatore, de Agapio Damascius apud Photi-
um ἐδόκει τετράγωνος εἶναι καὶ ἦν τῆς σοφίας. De viro Sapiente, Sopa-
ter epist ad Demetr. fratrem, apud Stobæum. De justitia ipsa
Methodius. Et quidem merito, non enim certe judicio Parentis
Philosophorum Chamæleontis induit facies, ut ad quasvis spe-
cies rerum mutaretur; novit enim idq; examussim felicitatem
solidam, non in fluxibilibus & flexibilibus sed in bonis animi
sitam. Assumptus es & TU, in laborum curarumq; Ducalium
gravissimarum consortium, junxit Sangvis Clarus, elegantior
ornavit literatura, dexteritas in admirationem rapuit non è fece
hominum, neq; desunt opes & nervi rerum gerendarum. Ita sa-
ne benignum experiris TIBI Numen! Ast qua parte volvaris, si-
milis TUI semper es, non alia forma ad quemvis jactum con-
spicua. Intuenti dotes animi, mirum videtur, quod mortales,
istosq; caducos titulos, & quæ ævi hujus sectatores avide extol-
lunt, aut depreceris, aut temperes. Scis ubi vera Sapientis, ubi
sempiterna sit TIBI gloria, ubi sint honores, in quos nihil flam-
mis, nihil senectuti, nihil successoribus liceat. Arcus enim & sta-
tuas, aras, etiam templaq; demolitur & obscurat oblivio negli-
git carpitq; posteritas, contra contemptor ambitionis & in-
finitæ potestatis domitor ac frenator animus ipsa vetustate flo-
rescit, nec ab ullis magis laudatur, quam quibus minimè necesse
est. Hæ TUÆ virtutes me jam olim ad hoc quicquid Officii est,
obstrinxêre, solvo fidem, & TUÆ virtuti me totum dedo, quem
securum de precibus & officiis jubeo.

Misenæ e Museo cIɔ Iɔc. LXXIII.
Kalend. Novembr.

MATTHIAS ZIMMERMANNUS,
SS. Theol. D. Past. Superint. & Eccles.
Cathedr. Concionator.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

J. N. J.

MENSIS IV.

I.

Hieronymi Hallucinatio.

SUbinde vacillat Hieronymus, verba ſunt *Bangii Coel. Orient. p. 216. nunc* in vertendo ſacro textu, *nunc* in commentando, nunc deniq; in narrando. Exemplum erroneæ narrationis Hieronymianæ hoc eſto. *Hieronymus* in epiſt. ſub nomine *Paulæ & Euſtoch.* ſcripta ad Marcellam ſic ſcribit: *Deniq; etiam Joſephum, qui vernaculus eſt ſcriptor Judæorum, aſſerere: illo tempore, quo crucifixus eſt Dominus, ex adytis templi virtutum cœleſtium erupiſſe voces dicentium.* Transmigremus ex his ſedibus. Proh fidem Hieronymi! Joſephus l. 7. c. 12. de Bell. Judaic. ſic ſcribit: Feſto autem die, quem Pentecoſten vocant, nocte Sacerdotes, intimum templum more ſuo ad divinas res celebrandas ingreſſi primo quidem motum, ac ſtrepitum quendam ſenſerunt, poſtea vero repentinam vocem audiere, quæ diceret μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν transeamus hinc. Viden ut fidem Hieronymi elevet Joſephus? Nam. 1. Hieronymus dicit hoc prodigium accidiſſe tempore crucifixi Chriſti; Joſephus vero numerat inter prodigia, quæ non longe ante excidium Ieroſolymitanum contigerunt 2. Joſepho unica vox terruiſſe Sacerdotes perhibetur. Hieronymus voces auditas memorat. Et 3. deniq; de ſuo cerebro addit cœleſtium virtutum voces fuiſſe, quod in Joſepho non extat. Euſebius in Chronicis eidem errori obnoxius eſt, quando non minus, quam Hieronymus tempore Paſſionis Domini hoc eveniſſe tradit. Si dicerent rem accidiſſe, quam narrant, neq; teſtem fidei ſuæ Joſephum laudarent, facilè imperitis rerum Judaicarum rem ita ſe habere perſvaderent. Nunc vero inquit *Caſaubon. ex-*

ercit. 16. n. 93. de Eusebio & Hieronymo loquens, quis *non intelligit humanitus illos errasse & in tempore auditæ vocis insigniter esse lapsos, itaq; ne constans quidem sibi, & rem eandem variè narrant h.e. variis modis depravant.* Vide eundem ibi pluribus. Sed & *Joseph. Scaliger.* ad numerum Eusebian. MMXLIV. Habuit præterea S. Pater non exiles *nævos.* I. Quod scripturæ simplicissimos sensus in plures partitus sit, quod mysterium iniquitatis *B. Lutherus dixit Tom. II. Lat. Jen. f. 243. a.* A multis (scribit) seculis cœpit hoc mysterium iniquitatis operari, ut simplicissimæ scripturæ simplicissimus sensus in multos divideretur, quod malum Origeni, deinde ejus sectatori Hieronymo sanctis & electis (ut equidem credo, viris, acceptum referri debet, ut verbum illud *2. Corinth. 3.* Litera occidit, spiritus autem vivificat &c. eò torquerent. Quod *Literam* historicum, *spiritum* mysticum sensum appellarent, nimium infelici æmulatione Apostoli Pauli, qui *Galat.* 4. allegoriam Abrahæ & uxorem ejus ponit, sed non literam aut spiritum appellat. Tale quid & *Philon* (ut Eusebius in Ecclesiastica historia recenset) Christianos Alexandriæ fecisse scribit, in qua urbe tunc erat ingens Christianorum schola, post illam, quæ sub Apostolis Antiochiæ fuerat. Quorum exemplum Origenes secutus fuisse videtur, & de suo addens, prolapsus est nimio, donec historicum sensum literalem, & fastidiendum, & solum spiritualem acceptandum doceret. Restitit tamen ei spiritus in Ecclesia tunc feruens, & magno tumultu coorto, libros ejus damnavit. Siquidem & Porphyrio Apostatæ, iis studiis magnam præbuit & veram irridendæ Christianæ Philosophiæ occasionem. *pag. 230.* monet Lutherus, Hieronymum per *Aquilam Judæum* deceptum, multa infelici copia verborum, eò trahere, quod DEus non tacuerit Christo, sed exaudierit eum, faciens sensum posterioris partis contrarium prioris; quasi die non exaudiat, nocte autem exaudiat DEus. Quod dico, ut homines S. Patres noverimus. Idem *Luther. in præf. Psalm. T. II. J. L. scribit:* O-

mnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

mnia quæ B. Augustinus, Hieronymus, Athanasius, Hilarius, Cassiodorus & alii, super Psalterium contulerunt, verissima sunt, sed á sensu literæ quandoq; remotissima &c. Et *proœm. in Esaiam Proph. T. 111.p. 285. b.* Quanquam Augustinus Grammaticæ ignarus sæpe a genuinò sensu aberret, tamen quia historiam diligenter sequitur, & cognitam habet, manet in analogia fidei. Diversum in Hieronymo apparet, is satis magnam Linguæ Ebraicæ cognitionem habuit; quia tamen historiam frigidius tractat, sæpe nimium provehitur extra Regulam fidei. 2. *Nævus Hieronymi*: Angelos extitisse ante mundum conditum in *exposit. cap 1. ad Titum. In Comment. ad Ephes. c. 1. & cap. 4.* sentit, non hominibus tm. sed & Angelis profuisse crucem & sangvinem Domini. 3. *asserit Liberum arbitriũ.* in spiritualibus, quod Lutherus refutat ajens: optandum ut hoc verbum Hieronymus nunquam dixisset, aut in tenebris sepultum mansisset 4. *Virginitatis studiosus,* conjugio iniqvus, digamiam ferre haud vult *lib. 1. advers. Joviniani.* quo cum faciunt Tertullianus & Augustinns. Edidit *Paratitla Parthenica* Tertulliani, Hieronymi, Augustini Notis & animadversionibus suis *David Pareus*, & extant post Commentar in 1. ep. ad Corinth: fol. 1628.

II. Desiderata quid?

EA vox, *docente Casaubon. exercit. Baron. XVI. n. 45.* si ad ritus paganorum referatur, significat epoptiam, quæ fuit pars ultima mysteriorum. Ad hanc toto quinquennio præparabantur: quo temporis spatio docebantur futuri epoptæ ardentissimo desiderio & cum suspiriis diem epoptiæ exspectare, Tertullian. advers. Valentin. in princip. Sed quia vocem λειτουργία usurpasse veteres in suis mysteriis non legimus, præstat notulam hanc glossatoris ad ritus Christianorum referre. Jam ostendimus Catechumenos & Competentes fuisse institutos desiderare tota cupiditate sacramentorum participationem, quæ erat ipsorum epoptia. Quamobrem *desiderata* est initiatio in Christianismo, id est baptismus, & quodvis Sacramentorum, antonomasticè verò S. Eucharistia teletarum teleta, Sacramentum sacramentorum. De hoc sacramento peculiariter usurpari verbum *desiderare*, apud Latinos

ra fasciculum exurit ante tres figuræ stantes, quarum una (aut juxta nummum Mediceum tres) sublata manu, gaudium & acclamationes suas contestatur. Nummi inscriptio est: RELIQUA VETERA HS. NOVIES MILL. ABOLITA. Per indictiones remissa RELIQVA. *pag.* 4. *Spanheim* & *Joseph. Scaliger. Anim. in Chronolog. Euseb. p.* 210. Remissa vero sunt RELIQVA ab *Augusto*, *Aurelio*. *M. Aureliano Dione*, *Antonino Pio*, *Juliano*, *Valente*, *Gratiano*. Imo si *Procopium* audimus *Arcan. hist. c.* 30. id non jam ab uno, sed à *singulis Cæsaribus*, neq; semel, sed aliquoties fieri solitum, ne perpetuo in his angustiis versarentur, aut Quæstorum Reliqua exigentium molestiæ essent obnoxii πρῶτα μὲν εἰθισμένον ἦν ἐκ παλαιοῦ ἕκαστον τὴν Ρωμαίων ἀρχὴν ἔχοντα οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις τοῖς τῶν δημοσίων ὀφελημάτων ΑΕΙΨΑΝΟΙΣ τοὺς καλήκοὺς δωρεῖσθαι πάντας *primo quidem solitum erat ab antiquo unumquemque è Romanis Cæsaribus, non semel, sed sæpius publicorum debitorum RELIQVA omnibus, qui erant in ditione Pop. Rom. remittere. Justinianum vero spatio annorum* 32. *nulla ejusmodi Reliqua remisisse, quo factum, ut miseri subditi non novam, sed præteriti temporis gravem, & iniquam exactionem veriti, fortunis omnibus exuerentur.* Quam immerito autem hac labe oneretur Justinianus, & quam non inferior fuerit ea laude, quam ex *Indulgentiis Reliquorum* captaverant Decessores, abunde arguunt duæ ejus *Novellæ* 167. & 168. anno imper. 28. & 29. latæ, quibus 23. annorum Reliqua omnia condonavit. Similem vero indulgentiam Reliquorum *Lacones*, & *Persarum Reges* imitasse docet *Herodot l.* 6. ἐν δὲ πέρσῃσι ὁ κατιστάμενος βασιλεὺς τὸ προοφειλόμενον φόρον μετίει πάσῃσι τῇσι πόλισι *apud Persas Rex creatus omnibus civitatibus Tributum, quod debent, remittit.* Talem beneficentiam commendant authores in *Alexandro M.* qui Solensibus L. Talenta remisit *Arrianus* l. II. περὶ ἀναβ. p. 125 in *Perseo* eum universis Macedonibus fiscalia debita condonasse *Polyb. in excerpt.* in *Mithridate* Justinus *debita Civitatibus publica privataq; remisit.* in *Theodorico*, Cassiodorus eum Arelatensibus *fiscalia debita relaxasse.* *Rhodiorum* singulare facinus celebrat *Dio Chrysost. orat. XXXI* qui remissionem omnium debitorum sibi á Romanis, factam, admittere detrectarint.

Grat-

Patres observavimus. Tertullianus ad uxorem l.2. c. 4- *quis patietur de cribo, de poculo invadere*, desiderare, *in mente habere*. Ambros. de fratre suo, *DEI gratiam & accepit* desideratam, & servavit acceptam. Idem l. 4. Eligius homil. 8. Dicitur, & de *Baptismo*, qui erat Christianis initiationis principium. *Optat. Milevit l. 5. Qvum ab accipientibus baptisma* desiderari debeat, vos desiderandos esse proponitis. Augustinus ep. 107. *Audit Sacerdotem exhortantem populum DEI, orare pro Catechumenis, ut eis* desiderium regenerationis inspiret. Hujus desiderii S. Chrysostomus persæpe facit mentionem respiciens Philippum, qui in fide Christiana institutus, cupiditate baptismi subitò correptus, vehementiam desiderii sui ipso loquendi genere declaravit : Ecce aquam, quid obstet quo minus baptizer? vid. Hilarium in Psalm. 67. de Candace *Sacramentum ipsum Baptismi adeo impatientis desiderii cupiditate præveniens &c.* Baptismo adjungebatur unctio, ergo & de hac verbum *desiderare* Patres usurparunt: Zeno Veronens. de jejuniis *ap. Casaubon.* Vid. C. *Barth. Adversar.* l. 28. 1131. p. *Matthia Martin. Lexicon* v. desiderat: & *Francisc. Bernardini Ferrarii l. 2. c. 18. de Sacris Concionibus* Paris. 1664. 8°.

Hæc pia desideria Christianorum opponit *Tertullianus l. 2. ad uxor. c. 4.* desideriis lascivis libidinosis. vid. huc *Nicol. Rigalt.* observ. p. 60. Nuptias secundas *volatica desideria* appellat idem Tertull. *l. 1. cap. 4 ad uxor.* vid. huc *Pamel. adnot.*

III. Coactio ad Religionem ad Luc 14. v. 23.

T*Heodoricus Rex Gothorum*, Arrianæ sectæ addictus, Romanorum fidem & religionem integram & intactam servavit, nec quisquam è Romanis ad Arrianam sectam vi tormentisq; compulsus est. Quinimo Gothis ad Romanam transire fidem tutò licuit. Nemo præterea, qui ad Christiani cultus Ecclesias confugisset, á Gothis per vim abstractus est. Magistratus publici penes Romanos mansere, nec ullus Gothus eos gessit. Ad hæc permissum semper est Romanis, ut ab Orientis Imperatore quotannis Consulatus honorem acciperent, unde & Eucharicus ipse à Justino August. Consularem trabeam accepit teste Cassiodoro in l. 8. epist. I. *Hæc Procopius l. 2. Goth. p. 220.* à Theodo-

Grattum & acceptum ferimus *Josepho Scaligero*, qui in *Animadversionibus ad Euseb.* *Chronolog p. 210.* Hæc porro de RELIQVIS adnotat *Nicephorus Callistus l. III. c. 34. de Hadriano* : Publica is statim civitatibus remisit debita, & vectigalia multa Romanis donat." Unde ei in Vrbe divini decreti sunt honores. Quæ procul dubio ut & alia apud eundem scriptorem ex Chronico Eusebii desumpta sunt. Hieronymus uti solet libertate magna usus est in Græcis vertendis. De decretis Hadriano divinis honoribus propter remissa tributa extat vetus inscriptio de Æede voto suscepto á Consulibus consecrata, quod immanem tributorum summam Hadrianus remiserit nullo tali retro Principum exemplo. Ea inscriptio digna est quæ hic quoq; legatur non solum Romæ: ubi extat hodie.

NUMINI. DEORUM. AVG. JOVI. OPT. MAX. ÆDEM. VOTO S SUCEPTO. Q. LEPIDVS. M. F. CURIUS. M. F. COS. III. S. P. & R.

IMP. CÆS. DIVI. TRAJANI. PARTHICI. F. D. NERVÆ NEP. TRAJANO. HADRIANO. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. II. QVOD UNUS OMNIUM. PRINCIPVM. ET. SOLVS REMITTENDO. SESTERTIUM. NOVIES. MILLIES. CENTENA. MILLIA. N. DEBITVM. FISCI. NON PRÆSENTES. MODO. SED ET. POSTEROS. SUOS PRÆSTITIT HAC. LIBERALITATE. SECUROS. JULIA. AUG.
MATER. AVGG. ET CASTRORUM
MATRONIS. RESTITUIT.
SABINA. AUGUSTA
MATRONIS.
DIVUS. AVG. PONT. MAX. EX. S. C.
REFECIT.

Isti Consules *pergit Scaliger*. Lepidus & M. Curius qui fuerunt suffecti, non ordinarii circa initium Imperii Caracallæ, ædem Hadriano voto suscepto, dedicatam, ac vetustate collapsam refecerunt, propterea quod liberalitatem Sabinæ Hadriani uxoris erga matronas Julia mater Caracallæ & Getæ imitata esset. Liberalitatem Tiberii er-

rico, & ſucceſſoribus religioſe ſervata eſſe dicit. *Valeſ. not. in Excerpt. author. ignot. de Conſtantin. aliisq; Impp.* Et Theodahadus Rex Juſtiniano Imperatori *apud Caſſiodor. l. 10. c. 26. Var.* Cum divinitas *patiatur multas religiones eſſe, nos unam non audemus imponere. Retinemus n. legiſſe nos, voluntarie ſacrificandā eſſe* Domino, *non cujusquā cogentis Imperio. Quod qui aliter facere tentaverit, evidenter cœleſtibus juſſionibus obviavit. Merito ergo pietas veſtra invitat nos ad talia, quæ nobis præcipiunt divina mandata.* In quæ verba *Fornerius* p. 346. Nemo invitus ad religionem cogendus, quæ ſponte ſuſcipienda ſit, non vi, ſupra l. 2. ep. 27. Theodericus univerſis *Judæis*: *Religionem*, inquit, *cogere non poſſumus : quia nemo cogitur* ut credat invit[illegible]s. *Athenagoras* in legatione pro Chriſtianis ad Impp. Commodum & Antoninum ſtatim à principio. Tractat multis hanc materiam *Athanaſius in epiſtol. ad ſolitariam vitam agentes* p. m- 465. Propugnatores hujus ſectæ (Arrianæ ſcil.) videntes ſe in probro agere, & nihil pro ſe habere, quod rationi conſentaneum ſit, aliam viam excogitârunt, & per potentiam ſecularem eam defendere inſtituerunt, qua in re magnopere admireris inſolentiam malitiamq; iſtius inventi, & quantopere ſuperet alias hæreſis. Siquidem aliarum hæreſium inſtituta in perſvaſibilitate verborum inſaniam ſuam conſtitutam habent ad ſimpliciorum circumventionem. Et Ethnici, inquit Apoſtolus ſublimitate & ſvadela verborum & ſophiſmatibus veriſimilibus diſceptationes ſuas inſtruunt: Judæi vero omiſſis ſcripturis, ut Apoſtolus ait, fabulis, & genealogiis decertant. Manichæi vero & Valentiniani cæteriq; alii, ſuis fictis rationibus ſacras literas cauponantes, adulterantesq; nænias adferunt. (Sic etiam loqui amat Euſeb. H. E. l. 6. c. 19. p. 220. de Origene agens, *cum gentilis eſſet, & gentilium innutritus diſciplinis ad barbaram declinavit audaciam: cui ſe ipſum mancipans, & ſe & quem adeptus fuerat uſum in Philoſophia adulteravit* ἐκαπήλευσε, & paulo poſt ὑποβαλλόμενος μύθους. In quæ verba notat *Valeſius A. E. p. 121. Metaphora eſt à cauponibus*, qui vina inter ſe miſcere, & adulterare ſolent, quo ſenſu Apoſtolus : non cauponantes verbum DEI. *2. Cor. 2. 17.* Eſt etiam *metaphora à cauponibus, ſeu doloſis inſtitoribus*, qui falſum pro vero ſupponentes emptorem circumveniunt.

Pergit explicare Porphyrius, quo pacto Origenes ἐκαπήλευσε id est fucum fecit. Et sectam, inquit, Christianam, ad quam se contulerat, & usum, quem adeptus erat in Philosophia, vitiavit: foris quidem vivens ut Christianus: intus verò eadem sentiens, quod Græci, eorumque opiniones pro barbaris Judæorum & Christianorum fabulis in libris suis supponens, atq; substituens.) *Porrò Athanasius d. l.* Ariani autem
„ cæteris proterviores, alias hæreseos sorores suas se multo minores de-
„ clarant, qvum longe majore impietate utantur (ut dictum est) o-
„ mnesq; & inprimis Judæos scelere improbitateq; æmulantur. Ut e-
„ nim illi Paulum, quem de objectis criminibus vincere non poterant,
„ statim eum ad Tribunum, & præsidem adduxerunt, ita quoq; isti in
„ dies plura excogitantes, non nisi judicum potestate utuntur, & ubi
„ quis vel semel illis contradixerit, ad Præsidem, & Ducem rapitur.
„ Cæteræ porro hæreses demonstrationibus convictæ, ab ipsa veritate,
„ tacite obmutescunt, nihilq; agunt, nisi quod de convictione sua e-
„ rubescunt. Nova autem ista, & execrabilis hæresis, qvum rationibus
„ subruitur, cum ipsa veritate pudefacta concidit, quos non potuit
„ verbis inducere, eos vi, plagis, carceribus ad se pertrahere annititur,
„ atq; vel ita seipsam, quam non sit pia & DEI cultrix, manifestat. Piæ
„ enim Religionis (ut dixi) proprium est non cogere, sed svadere. Si-
„ quidem Dominus non cogens, sed libertatem suam voluntati per-
„ mittens, dicebat quidem vulgo omnibus: Si quis vult venire post me;
„ Apostolis vero: Num & vos abire vultis? Quid autem aliud hæresin
„ istam, quæ prorsus aliena est â religione Christiana, quæq; ut Chri-
„ sti perduellis authorem suæ impietatis Constantium, quasi Anti-Chri-
„ stum inscribit, facere decuit, nisi contraria Salvatori usurpet? Con-
„ stantius enim in gratiam hæteseos, primum studio habuit immanitate
„ Saulem imitari. Ille enim Sacerdotibus, qui Davidi viaticum dederant,
„ necem imperavit, ejusq; jussu 305. sacerdotes simul interfecti sunt.
„ Iste verô, quoniam omnes hæresin fugiunt, & sana fides in Christum
„ confessionibus celebratur, Synodum plus 300. Episcoporum ab-
„ rogat, & Episcopos in exilium ejicit: populos vero dum prohibet
„ conventus celebrari, à meditatione pietatis precibusq; ad DEum
„ summovet ac depellit; rursus ut Saul Nobam civitatem Sacerdo-
„ tum evertit, ita & iste ejus sceleris magnitudinem superans, Ecclesias
„ Domini hæreticis tradit. Et ut ille Doeg veris sacerdotibus ante-
po-

" posuit, Davidemq; persecutus est, Ziphæis auscultans: ita quoq; & " iste hæreticos præfert verè piis, & religiosis hominibus, & insuper eos, " qui ipsum fugiunt, persequitur, eunuchis suis Orthodoxos homines " criminantibus, auscultans: nec animadvertit, quod quæcunque pro " Arianorum hæresi scribit, ac facit, ea omnia tendere adversus no- " strum Salvatorem: Nonne talia Achab in sacerdotes ausus est, qualia " iste contra Episcopos molitus est? Ille saltem interfecto Naboth " compunctus est, & viso Elia extimuit. Iste vero Hosium tantum, & " tam eximium virum nihil reveritus est, neq; post tot exilia Episcopo- " rum otio acquievit, aut animo compunctus fuit, sed ut alter Pharao, " quo magis atteritur, eò magis indurescit, & quotidie pejora medi- " tatur. &c.&c. Indignè sane tulit *Severus Sulpitius l. 2. H. E. fin.* quod Ithalius Hispanus author fuerit cædis Priscilliani & sequacium. *Josephus à Costa præfat. de procuranda Indorum salute*, sæpius monet non armis esse apud Indos agendum. l. 1. c. 13. ostendens, quantum officiat violentia. Valde prolixus est *Angelus Maria Verricellus de Apostolicis Missionibus tit. XIII q. 182. de Indorum debellatione* in quæstione tractanda: *An Rex Hispaniarum, possit recta via, ante prædicationem, aut ea non repulsa Indorum Reges infideles debellare, virtute donationis Alexandri VI.* cujus instrumentum ex Bullar. Roman. immediatè subjicit. Pro *Negativa* adducit section. 3. *Bartholomæum de las Casas* Episcopum *Chiapensem*, quem narrat *Verricellus p. 529.* 50. annis in Indiis versatum, & fulgentissimum Prædicatorum Ordinis Sydus vocat, meritò *Salvatorem Mundi, propriissimè nuncupandum.* Tale quid *Caramuel à Lobkowiez p. 28. Theolog. Fundamental.* adscribit *Antonio Dianæ.* *Laudant te Dianam,* scribit Caramuel. & legunt *viri Docti nec est in Europa Theologus, qui sit studiosus & Te careat: si qui obmurmurant, docti non sunt; & tota obloquutio æmulorum pervenit ad columnas Herculeas, cum dicunt;* Dianam esse agnum DEI, qui abstulit peccata mundi. *Idem ego frequenter inculco, ut te commendem, & ex multis locis, in quibus cum encomio te cito, elegit Ausonius Noctinot* §. 1053. *illumq; in sua (imo Tua) doctissima summa posuit: reposuit sub initium nonæ suarum resolutionum*

par-

partis. Ibi ego: Ingenium Dianæ, viri quidem doctissimi, veneror: cujus industria multas opiniones evasisse probabiles, quæ antea non erant, invidus sit, qui non affirmet. *Si jam sunt probabiles, quæ antea non erant; jam non peccant, qui eas sequuntur, licet ante peccaverint: ergo si ejusmodi peccata ab Orbe literario Diana sustulit, merito dicitur esse:* Agnus DEI, qui tollit peccata mundi. &c. Prædictum de las *Casam* ait *Verricellus*, primum omnium fuisse, qui doceret: Indiarum Reges infideles, ante prædicationem aut ea non repulsa, nequaquam debellari posse; virtute donationis Pontificiæ. Cujus sententiam, ait, secutos *Cardinal; Cajetan. 2. 2. q. 66. art. 8. Dominic. à Soto* Caroli V. Imperat. â confessionibus, *4. sent. distinct. 5. q. unic. artic. 10. Victoriam relect. 1. de Indis n. 30. Gregor. de Valentia T. III. disp. 1. q. 10. punct. 7.* Bannes *2. 2. q. 10. art. 10. Bellarm. l. 5. de P. R. c. 2. Svarez, Salas, Lugo Augustin.* Barbos. *Joseph. à Costa l. 3. c. 23. de Procur. Ind. salute, Castropalaum. T. 1. tr. 4. disp. 2. punct. 5. n. 6 Coninch. de fid. disp. 18. dub. 10. n. 160. Arriag. Fagundez, Lopez,* Cordub. *Freitas de Imper. Asiatico c. 7. & 9. n. 2. c. 12. n. 1. &c.* Sectione 4. affert *Verricellus* fundamenta negativæ sententiæ numero *13.* Non pigebit propter raritatem materiæ & libri vel attingere tantum. I. Fundamentum est ex Bulla Pauli III. quæ ibi subnectitur n. *17.* Unde sic arguit Verricellus p. *526. Indi non sunt nec dominio nec jurisdictione, nec libertate privandi; & ad fidem prædicatione & bonæ vitæ exemplo invitandi sunt. Ergo nequeunt bello peti, seu debellari ut invitentur ad fidem.* 2. Fundamentum, quia ad dejiciendos Reges infideles, necessaria est jurisdictio, quam non habet Pontifex, quoad infideles. n. 18. infideles non sunt oves Petro commendatæ n. 19. fatente Bellarm. *l. 5. c. 2. de P. R. & Bonifacio VIII. in extravag. unam sanctam de* Major & obed. ait. Infideles sunt extra Ecclesiæ jurisdictionem, quia non sunt oves Christi 3. Quia Papa nec licitè, nec validè potest Reges mutare sine justa causa n. 20. Justa autem causa non est ad debellandos Reges infideles, prædicatio Evangelii, quia ex Christi institutione, Evangelium prædicandum est, annunciando pacem, non indicendo bellum n. 21.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

At prædicatores illi : In quamcunque civitatem intraverint, primum dicunt : *Bellum, excidium , exterminium huic civitati* 4. Indicere bellum est pœna gravissima, infidelitas autem non est delictum, quoad eos, quibus Christus non fuit annunciatus, n. 22. 5. Per indirectam potestatem in spiritualibus Papa nequit dejicere Regg. infideles, quia hoc est contra institutionem prædicationis, qui misit suos, sicut oves inter lupos n. 24. quæ forma prædicationis instituta est usq; ad finem mundi. Non benè se res fidei habuerunt, cum milites prædicatores somitati sunt *Svarez disp. 18. de fid. sect.* Cardin. *Lugo disp. 20. n. 52. Puente Hurtado disp. 75. §. 15. Castro Palaus T. 1. tr. 4. disp. 2. punct. 5. n. 9. Oviedo de fid. controv. 9. n. 66. Rodriquez. T. 3. q. 32.* qui ait Milites magis impediunt prædicationem Evangelii & conversionem infidelium, quam fovent, sunt enim publici fures, blasphemi, lupi rapaces, qui quærentes divitias, & bona ipsorum infidelium per extorsionem & violentias; quæ proh dolor magis debent fieri, quam scribi, & sunt causæ, ut verbum DEI apud gentes illas blasphemetur, & prædicatores ut socii talium, ut tales ab infidelibus reputentur, quorum vita cum ab ipsis contemnatur, necessarium est etiam doctrinam sperni. 6. Armis fidem propugnare est ipsissimum Machometis dogma dicentis in Alcorano : *Pugnate cum hominibus, usq; dum fiant Mahumedani,* sic nostri dicunt : Pugnate cum Indis, usq; dum fiant Christiani. 7. Nemo metu mortis cogendus est ad fidem, ut docent communiter Theolog. cum S. Thoma 2. 2. q. 10. art. 8. & 12. Svarez. de fide dis. 18. sect. III. n. 4. ubi citantur authores paulò ante alleg. 8 Scandalizantur, & ab ea avertuntur infideles n. 92. Rex Peruanus Atabaliba audita donatione Alexandri VII respondisse fertur referente Verricello : *Pontificem insigniter fatuum, & impudentem esse, qui aliena tam liberaliter largiretur n. 30.* Eum injustum qui aliena donaret, ut scribit Alphonsus Villoa in vita Caroli V. l. 3. fol. 130. *Hieronymi Benzo* in Histor. Nov. Orb. l. 3. c. 3. qui habetur Tom. 2. Americæ p. 6. f. 12. 9. Non possunt invitis parentibus baptizari filii infidelium, ne isti patria potestate priventur. Ergo. n. 31. Prius prob. authorit. Thom. 2. 2. q. 10. art. 12. & qv. 68. art 10. *Cajetan. ib.* Bannes. 2. 2. q. 10. art. 11. *Arragon. Durand. Riccard. Palud. 4. dist. 5. Sotus 4. dist. 5. q.* un. art. 10. *Henriquez. l. 2. c. 25. Azor p. 1. l. 8. c. 25. q. 11. Lorca 2. 2.*

sect. 1. disp. 37. Coninch. q. 68. art. 10. Laymann. l. 5. tr. 2. c. 6. q. 5. concl. 2. Castropal. T. 4. tr. 19 disp. un. punct. 6. n. 13. Julius III. Bulla cum sicut accepimus &c. 10. Nequeunt infideles bello peti, eò quod Christi fidem non suscipiant: ergo nec ex eo quod vicarii Christi ac Regis Hispaniarum dominium non recognoscunt n. 32. 11. Ex ipsis Regiis Schedulis desumitur, quæ præcipiunt non esse Indos recta via bello petendos, & subjugandos, sed tantum quando præcessit justa causa belli n. 33. 12. quia revera Papa non habet dominium & jurisdictionem temporalem, & directam in universum orbem, ex qua potuerit Regna Indiarum donare n. 34. 13. Fundamentum, Quis enim ferat mitissimam Christi Domini legem tot funeribus, cædibus, vastationibus, incendiis, excidiis propagari: *Lege omninò sequentia ap. Verricell. p. 129.* qui librum suum Venetiis 1656. editum B. Caetano Thiene Theatinorum fundatori dedicavit, non sine approbationibus superiorum.

Laudabiliter ergo cautum à Sacratissima Regia Hungariæ Majestate l. articul. 1. Viennens. 1606 p. 3. *Articul. Regn. edit. Patak. 1653. Quantum ad Religionis negotium attinet, non obstantibus prioribus pro tempore constitutionibus publicis, sed neq; articulo postremo, ann. 1604 (cum is extra diætam, & sine Regnicolarum assensu* adjectus fuerit, *& propterea etiam tollitur) Deliberatum est ut juxta Sacr. Regiæq; Cæs. Majest. (Matthiæ scil.) priorem resolutionem, ad æquam scilic. Regnicolæ in sua Replicatione referunt: Nimirum, quod omnes, & singulos Status & Ordd.* intra Regni Hungariæ *ambitum solum existentes, tam Ma-*
„*gnates*, Nobiles, quam Liberas Civitates & Oppida privilegi-
„ata immediate ad Coronam spectantia: Item in confiniis
„quoq; Regni Hungariæ, Milites Hungaros, in sua Religio-
ne & confessione *nusquam & nunquam turbabit, nec per alios turbari* aut impediri sinet. *Verum omnibus prædictis Statibus & Ordinibus,* liber Religionis ipsorum usus *& exercitium permittetur absq; tamen*
„ præjudicio Catholicæ Romanæ Religionis. Et ut Clerus,
„ templa & Ecclesiæ Catholicorum Romanorum intactè, & li-
„ bera permaneant, atque ea quæ hoc disturbiorum tempore
„ utrinq; occupata fuere, rursum eis restituantur. Repetitur

hic Articulus 1608. *rubr. de negotio Religion. Poson.* Quantum itaq; ad primum Constitutionis articulum attinet, deliberatum est per status & Ordd. Inclyti Regni, Hungariæ ut Religionis exercitium, tam Baronibus, Magnatibus, Nobilibus, quam etiam Liberis Civitatibus, ac universis Statibus & Ordd. Regni in suis, ac Fisci bonis, item in confiniis quoq; Regni Hungariæ militibus Hungaris, sua cujusq; Religio, & confessio, nec non in oppidis & villis etiam spontè, ac liberè acceptare volentibus, ubiq; libera relinquatur, neq; quisquam omnium in libero ejusdem usu ac exercitio à quoquam impediatur. Quinimo ad præcavenda inter status & Ordd. aliqua odia, & dissensiones, ut quælibet Religio suæ professionis superiores, seu Superintendentes habeat statutum est. *Iisdem ferè verbis repetitur 1622. Sopron.* Sexta Conditio Religionis negotium &c. propter Regni tranquilliorem permansionem, juxta Constitutiones Viennenses, & articulos ante Coronationem editos maneat liberum, illæsum, & illibatum, ita videlic. ut Religionis exercitium tam Baronibus Nobilibus &c. illud sponte ac libere acceptare volentibus, ubique liberum relinquatur, neq; quisquam, cujuscunq; status, & Conditionis existens in libero ejusdem usu ac exercitio Religionis á Majestate sua Regia, & aliis quibuscunque Dominis terrestribus, quovis modo aut quovis sub prætextu turbetur aut impediatur. *Repetitur articul. 22. Sopron. 1625. articul 33. Poson. 1630.* Articulo 14. 1647. *Poson.* Pœna decernitur 600. floren. qui Templa, Parochias & Proventus occuparint, & alia statuta in Negotio Religionis violaverint. *Articul.* 18. 1655. *Poson.* querelis in negotio Religionis, mederi constituit. &c. Indigitatur, ergo *Luc.* 14. ἀναγκασμὸς non *coactionis*, sed *convictionis, persvasionis.*

IV. Judæi in dispersione Jacob. 1. v. 1. 1. *Petr.* 1. v. 1.

Judæi per totum orbem dispersi sunt variis temporibus & varias ob causas. *Primo quidem cum abducti sunt ab hostibus in* Babylonem & in Ægyptum ac Syriam: cumq; â Romanis duce Pompejo victi & inservitutem redacti sunt. *Deinde spontanea migratione;* ut contigit temporibus Machabæorum, cum quidam sponte ex Judæa in Ægyptum sedes transtulerunt. Lex enim non vetabat, ne *Judæi* in alias terras migrarent, ut ex Libro Ruth colligere est. *Tertio* Id contingebat ob proselytos:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

quos cum ex omnibus gentibus admitterent Judæi, hinc fiebat ut per totum Orbem dispergerentur. Sperabant autem Judæi venturum quandoq; Messiam, qui ipsos ita ut diximus dispersos ac dissipatos in unum colligeret. *Valeſ. A.E.p. 43.* Addi potest generalis illa & notabilis dispersio, quæ contigit post destructionem urbis Ierosolymæ ultimam. *& pag. 60.* notat idem *Valesius* ex Chronico Euseb. Anno 18. Imperii Hadriani: *Bellum Judaicum, quod in Palæstina gerebatur, finem accepit, rebus Judæorum penitus oppresſis: ex quo tempore, etiam introëundi eis Hierosolyma licentia ablata, primum* DEI *nutu, deinde Romanis interdictionibus.* Ejusdem interdicti meminit Tertullianus in libro contra Judæos cap. *v. Et exinde quod interdictum est, ne in confinio ipsius regionis demoretur quisquam Judæorum.* Et paulo post: *quod vobis pro meritis vestris post expugnationem Hierusalem, prohibitis ingredi in terram vestram, de longinquo eam tantum oculis vestris videre permissum est.* Idem quoq; Tertullianus in Apologetico c. 16. eleganter de Judæis dicit: *Dispersi, palabundi, & cœli & soli sui extorres vagantur per orbem, sine homine, sine* DEO *Rege: quibus nec advenarum jure terram patriam saltem vestigio salutare conceditur.* Celsus quoq; ap. *Origenem lib. 8. in fine*, eadem testatur de Judæis. *Gregorius Naz. in Oratione 12. pag. 702.* de postrema *Judæorum* dispersione loquens, testatur *Judæis* fas non fuisse patriam adire, & Hierosolymorum solo insistere, nisi unico anni die, quatenus patriam prospectantes, lugere solitudinem & exilium suum possent. Quem locum non intellexit Billius. *Unum illis monumentum calamitatis est totus terrarum orbis, per quem dispersi sunt: & sublatus* DEI *cultus: & ipsius Hierosolymæ solum vix facile cognitu: quam hactenus ipsis introire licet, & vetere sua gloria hactenus fruuntur, in uno die conspecti vastitatem & excidium ejus lugeant.* Die scilicet quo capta & eversa quondam fuerat à Romanis Hierosolyma, Judæi ex variis gentibus in Palæstinam conveniebant, & mercede militibus persoluta, introibant in eam urbis partem, ubi quondam fuerat

erat Templum Salomonis; ibiq́; exoidium templi & civitatis suæ plangebanr, ut ex *Hieronymo & ex Itinerario Burdigalensi* dudum observavit *Scaliger in Animadversionibus Eusebianis p. 198.* Nullæ Judæis ferè fixæ jam sunt *Coloniæ.* Quibus artibus pellici possint coloniæ in remotissimas etiam regiones, tractat *Cyriac. Lentulus Dub. 354.* & putat 1. privilegiis 2. mercenario opifice, 3. tuta habitatione, injuriæ amotione fieri posse, atq́; sic facile fuisse Romanis, & Græcis colonias deducere. *De coloniis* hæc singularia notat *H. Valesius not. in excerpt. Polyb. p. 348.* Coloniæ eundem honorem originibus suis exhibebant, quem filii parentibus. *Apud Herodotum l. 8.* Themistocles negat Jonas justè agere, qui contra patres militent. Quænam porrò fuerint hæc jura, quæ originibus debebantur perstringere licebit. *Primo* igitur, ii qui in coloniam mittebantur, armis & commeatu à civibus suis instruebantur de publico. *Præterea* publica iis diplomata dabantur, quæ ἀπόικια vocabant. *Jam quod præcipuum est*, sacra patria coloni secum asportabant, ignemq; sacrum è penetralibus urbis depromptum & accensum, qui quidem ignis, si casu extinctus esset, in Prytanæo conditorum, accendi eum oportebat. Moris quoq; erat, ut coloniæ quotannis *legatos* in majorem patriam (*Sic Curtius vertit l. 4.* quam Græci μητρόπολιν dicunt) mitterent Diis patriis sacra facturos *Polyb. l. c. 114. Legation: & Curtius l. 4. de Carthaginen.* Itaq; Corinthios graviter infensos Corcyræis fuisse legimus, quod more reliquarum coloniarum sacra patria Corinthum mittere negligerent.

V. Transitus exercitus Numeror: 20. & 21.

THeodericus universis Gothis per Picenum & Samnium constitutis. ap. *Cassiodor. l. 5. var. c. 26. sic scribit*: Illud tamen necessariò commonentes, ut venientium nullus provenire possit " excessus, nec possessorum segetes, aut prata vastetis. Sed sub " omni continentia properantes, de custodita disciplina grata "

nobis esse vestra occursio possit. Quia ideò exercituales gratan-"
ter sustinuimus expensas, ut ab armatis custodiatur intacta civi-
litas *Fornerius ad h. l.* Transitus militum sit innocens, neq; fruges
lædat: Itaq; quod de jure servitutis hastæ rectæ illæsis fructibus
ferendæ à Paulo scriptum est, *l. 7. qui sella. D. de seru. rust. præd.* qui-
dam tractum â regibus suspicantur, qui extero exercitui commeare di-
tionis suæ regionem per aliquam permittunt. Unde Lysander Laco-
num Dux apud Plutarchum videns Bœotos incertæ fidei qvum per eorum
agros transiret, sciscitatus est, utrum rectis an inclinatis hastis transiret.
Sed ego putem Jureconsultum de privato jure, non imperatorio sensisse.
*l. 13. item quæritur. §. exercitu. l. 15. ex conducto. versi. exercitus præter-
eus per lasciviam ff. locat.* Idem Justinianus. Novell. 130 περὶ παρόδου
στρατιωτῶν. Constituerat: cujus auspiciis, ac legibus Belisarius rexit
exercitum: Nam cum militum quidam in agros discurrentes, fructus
attingerent, eos ignominia notatos convocans sic est allocutus: *Vim
afferre, & ex alienis pasci, turpe semper ac probrosum videtur, Quod
injustum in ipso feratur.* Auctor Procop. *lib. 4. de bello Vandalico. infr.
lib. 12. Ep. 5.* Forner. d.l. vide Johannem Lorinum *loc. allegat. Nu-
meri.* qui multa elegantia pro more collegit. Cæsar *scribit l. 2. de*
,, bell. Gall. ab se prohibitum Helvetiis, & aliis idem doceri exemplis
,, potest illa securissima lex, ut se illis locis milites abstineant, nihil
,, illorum aut attingant, aut corrumpant. Sic Onosander, Leo Impe-
,, rator, Frontinus, Polybius. Scripsit Aurelianus Imperator Vicario
,, suo; si vis tribunus esse, imo si vis vivere, manus militum contine, ne-
,, mo pullum alienum rapiat; ovem nemo contingat, uvam nullus au-
,, ferat, segetem nemo deterat, oleum, salem, ligna nemo exigat, an-
,, nona sua contentus sit. Sylla tanta cum quiete exercitum per Cala-
,, briam, Apuliamq; cum singulari cura frugum, agrorum, hominum,
,, urbium perduxit in Campaniam, ut putares venisse in Italiam, non
,, belli vindicem, sed pacis auctorem. *Vel. Paterc. lib. 2.* Sub M. Scauro po-
,, misera arbor, quam in pede castrorũ fuerat complexa metatio, postero
,, die abeunte exercitu intactis fructibus relicta est. Front. sup. Alexander
,, Severus Parthicã expeditioné tanta disciplina tanta reverentia sui egit
,, ut non milites, sed Senatores transire dicerentur, Quacunq; iter legiones fie-

»faciebant, tribuni accincti, centuriones verecundi, milites amabiles e-
»rant: ipsum verò ob hæc tot, & tanta bona provinciales ut DEum su-
»scipiebant. Lamprid. Collegit ista Onasandri Scholiastes Johannes
»Cockierus. Similia de Belisario prodidit Procopius: Jovius de Sfor-
»tia: de Totila Cranzius; de aliis alii. Tiberium narrant capite pu-
»nivisse prætorianum militem, ob surreptum â viridario pavonem:
»Svet. in Tib. c. 60. Pescennium Nigrum ob unius gallinacei direptio-
»nem decem commanipulones, qui raptum ab uno comederant, secu-
»ri percuti jussisse. Spartian. in Pescen. in hostico ipso prædatio Ro-
»manis libera non erat; furtaq; severius inhibita, & punita demon-
strat *Lipsius 5. de milit. Rom. dial. 15.* ex Gellio *lib. 16. c. 4.* Sallustio *in Jugurth.* Halicarnasseo, *lib. 7.* Polybio lib. 10. nec non *Valtring. de re milit. Rom. lib 1. c. 3. lib. 4. c. 6. lib. 6. c. 8.* Confer omninò Emanuel. Vizzani *cap. 10. §. 22. de Mandat. Princip.* qui sic *Provincialium indemnitati consulturus Justinianus Nov. 30. edidit. in qua huic rei prospiciens decrevit, quod tempore expeditionis certi quidam adessent Delegatores, (qui & Legatarii dicti,* ut animadvertit *ibid. in Princ.* Cujacius & Rittershusius *in Jure Justiniani. p. 14. cap. 6. n. 3.) qui copiis militaribus providerent; & optiones, qui eisdem annonam erogarent & collatoribus facerent re cauta* (id est apochas, ut *ibidem* exponit Cujacius, Matthias Stephanus *n. 3.* & Rittershusius *d. cap. 6. n. 4. §. 5.) ut ex iis constare posset, quid in annonam militarem prædiorum possessores contulissent; idq; deinde eis reputaretur in pensione tributorum, quæ fisco deberent, vel debituri essent; vel redderetur ex communi canone totius provinciæ, vel ex arca Præfecti Prætorio cujusq; diœceseos;* vel *retineretur ab ipsis collatoribus quando ab illis fieret proximæ indictionis illatio, §. 3. & si forte prædicta, re cauta, data non fuissent, tam apud Episcopum &* præsidem, sive Defensorem civitatis, satis erat possessores inter acta docere, quid in exercitus alimoniam impendissent, & tunc non minor erat actorum fides quam apocharum, §. 5. *San*civitq; præterea Justinianus, quod contenti sint milites iis annonæ speciebus, quæ in uno quoq; loco reperiuntur, nec audeant alias quærere, quæ ibi non nascantur, ut audiendi non sine

mi-

„milites delicati, exotica ſibi dari poſtulantes, §. 2. Nec milites
„aut fœderati qvidquam exigant occaſione non factæ præpara-
„tionis, aut introituũ nomine, aut quo alio commentitio titulo
§. *p. in fine*, puta cænaticorum, *l. 1. cænaticorum 3. & ibi Gothofred.*
c. de erog. milit. annonæ. adærationis (hoc eſt, pretii pro annonis
l. nulli. 7. c. eod. vel epidemiticorum nomine, *l. fin. C. de metat.* hoc
eſt pretiorum, quibus ſe redimunt ab onere ſuſcipiendorum ho-
pitum. *Gothofred. ad rubr. tit. C. de metat.* nec Princeps vel Duces mi-
„litiæ poſſint in tranſitu ad alias civitates vel prædia mittere, ſi-
„mulantes exercitum ibi tranſiturum eſſe, vel facturum manſio-
„nem, qui tamen alia via ſit revera tranſiturus; neve quidpiam
„hoc nomine á provincialibus extorqueant; quod ſi id fecerint,
„duplum cogentur reſtituere, & omnino indemnes ſervari o-
„portebit illos provinciales, qvi aliquid eo nomine expenderint,
„§. 6. Quod ſi forte Præſides provinciarum cum Ducibus pacti
„fuiſſent, ut per diverſas civitates, & villas copias perducant, in-
„demnes ſervabuntur provinciales, & cingulo remoti Præſides
„confiſcationi, & exilio ſubdentur, §. 7. pluribusq; impoſitis
„pœnis, quibus auxiliarium quoq; quacunq; ex gente copiarum
„milites obnoxii ſunt, §. 8. hoſpitiis, quæ militibus deſtinata
„ſunt, is præfigitur modus, quod principales ædium partes Do-
„minis, ſeu inquilinis reſerventur, §. fin. obſervata ſemper di-
„viſione per Arcadium & Honorium ſancita, *in l. 2. C. de metat.*
de qua ſuperius *c. 4. §. 2. n. 17.* quæ ſingula diligenter obſervari
„curent Præſides, ii certe Principis & provincialium commoda
„procurabunt, imo magis militum ipſorum, juxta *Joannis* di-
ctum, *Lucæ 3.* quod refertur *in can. militare. 5. 23. quæſt. p.* ille ſcilicet
militibus interrogantibus, quid ſibi faciendum foret, reſpondit:
neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis ve-
ſtris; quem locum conſiderans Cardinalis Cajetanus jure dicebat
in Commentariis ad d. cap. 3. quod *in his tribus genus militum peccare con-*
ſvevit; nam & crebras violentias inferunt ruſticis & hominibus humilibus
viribus; calumniantur quoq;, imponentes aliis quæ non fecerunt, & rapi-

mus est, qui propriis stipendiis sit contentus. Etsi perspicaciter hæc tria considerantur, ordinatur animus militum in tertio : & uterq; modus injuriandi (scilicet manifestè vel occulte, vi vel dolo.) tollitur. Adde *Fabri Semestria lib. 1. p. 108.* Negatus talis transitus quomodo obtineri possit, docet *Theodorus Reinking.* Biblische Policey *L. 2. Axiom. 130.* Wegen der Verweigerung eines nothwendigen unschädlichen Passes, auff anerbotene Caution, mag man wohl die Waffen zur Hand nehmen / und Paß per force suchen. Moses schickte Gesandten an Sichon der Amoriter König / begehrte einen unschädlichen Paß / und ließ ihm sagen / er wolte durch sein Land ziehen / in der rechten Landstrassen bleiben / und weder zur rechten noch zur lincken weichen / Speise und Wasser für das Volck umb Geld bezahlen; Als aber solch billigmäßig Suchen und offerirte Caution bey dem König Sichon nicht statt funden / und er Mosi und den Kindern Israel keinen Paß geben wolte / stelte sich Mosis in gute Ordnunge / suchte den Paß mit Heers Macht / schlug ihn mit der Schärffe des Schwerdts / und nahm sein Land und veste Stätte ein. Numer. 25. Deuteron. 2. v. 26. Judic. 11. v. 19. welche Injuriam GOtt der HErr etliche hundert Jahr hernach durch den König Saul wieder die Amalekiter ferner scharff vindiciren und anden lassen / 1. Samuel. c. 15. v. 2. Augustinus in Quæstion. Numer. ad c. 20. quæst. 44. Notandum est sane, inquit, quemadmodum justa bella gerebantur à filiis Israel contra Amorrhæos, innoxius enim transitus denegabatur, qui jure humanæ societatis æquissimo patere debebat, refertur in jure Canon. in c. notandum. *Caus. 23. q. 2. add. Groti: de jure bell. lib. 3. c. 17. §. 2.* Als Judas der Maccabeer Fürst seine Victori wider den Timotheum verfolgete / und auff dem Wege zu der Stadt Ephron mit seiner Armada kam / da man nicht neben hin konte / sandte Judas zu ihnen / sagte ihnen Frieden zu / und bath freundlich / ihnen den Paß durch die Stadt zugeben / mit Assecuration und Versprechen / daß ihnen von seiner unterhabenden Soldatesca kein Schade geschehen solte / aber die von Ephron wolten ihme den unschädlichen Paß nicht verstatten / dahero Judas lärmen blasen / seine Völcker in Ordnung stellen / und die Stadt anblasen / Tag und Nacht bestürmen / erobern / alle Mannspersonen niedermachen / und die Stadt außplündern und zerstören lassen / 1. Maccab. c. 5. v. 46. & seqq. Welcher gestalt im heil. Römischen Reiche vermög dessen heilsamen Reichs und Cräiß-Verfassungen / mit Vorwissen und Consens eines ieden Cräiß Obristen /

auff anerbotene genugsame Caution und Geissel / Paß und Durchzüge zu suchen und zu gestatten / solches ist ingemeldten Reichs-Constitutionen heilsamlich und wohl versehen. Vid. Reichs-Abschied zu Regenspurg de Anno 1559. §. den zu begegnen. §. seq. & Reichs-Abschied zu Regenspurg de Anno 1526. §. setzen / ordnen und wollen, §. seqq. ubi de modo & forma præstandæ cautionis.

VI. Instructiones Canonicorum.

SCripsit peculiarem librum de Potestate Capituli sede vacante, nec non sede plena, & quid possint Episcopi per se aut debeant una cum Capitulo exequi *Illmus D.D Nic. Rodriquez Fermosini Austriricensis Episcopus*. Prodiit liber Lugdun. 1666. fol. Absolvitur liber 3. Tractatibus, quorum 1. continet quæstiones 27. 2. quæst. 5. 3. quæst. 12. Ex cujus tract. III. quæst. IIX. placuit modo subjicere *S. Caroli Borromæi Archi-Episcopi Milanen. Cardin. S. Romanæ Ecclesiæ monitiones pro Canonicis ad consedendum & standum in Choro, & Capitulo.*

IN CHORO.

1. Vos, qui in Cathedrali Ecclesia Dignitates obtinetis Canonici; item ejusdem Ecclesiæ, cum reliquarum quarumvis Ecclesiarum Collegiatarum, vel Diæcesianarum quicunq; sitis in omni Canonicalis disciplinæ officio ita agite ut Canonicè nempe canonum legibus ad vitæ vestræ institutum pertinentibus, & constitutionum provincialium, Diæcesianarumq; ratione congruente vivatis, idq; primo maximè studete, ut in conspectu Dei omnipotentis puro corde, & casto corpore ministretis.

2. Tum singuli vos Ordinis, Dignitatis, aut Canonicatus, annexi functiones explete, Canonicalisque muneris partes præstate, omnes in Choro statutis horis assistite, & ad DEUM pro fidelibus pias, religiosasq; fundite precationes.

3. Dum in loco estis, memores estote adesse Christum Jesum Dominum, cui seruite cum timore, & tremore.

4. Non pigri, non somnolenti, non oscitantes adestote, adestote, non mente vaga, non vagis oculis, non indecenti corporis statura.

5. At-

5. Attente, studiosè, ritè, piè, religiosè, Divinas laudes concelebrate, & psallite Deo in conspectu Angelorum, cantantes in cordibus vestris Domino.

6. In Choro nemo privatim, nemo tacite officium recitet, sed omnes pariter quicunque adestis, senes cum junioribus laudate nomen Domini, in Psalmis, Hymnis, & canticis.

7. A quibuscunque colloquiis, & à literarum, ac librorum lectionibus, atq; omni vagatione abstinete.

8. Pro temporis autem, & beneficii ratione sedete, state, genua flectite, caput aperite, & inclinate.

9. Accurate demum omnia observate, quæ eo de genere vobis præscripta sunt, ut vestro exemplo aliis sacerdotibus, Clericisq;, & rectè, riteque psallendi, & sanctè orandi, & piè agendi animum addatis.

10. In Psalmorum autem canticorum, & Hymnorum intelligentiam studiosè incumbite, ut dum psallitis pro sensuum sanctorum, quos mente concepistis, ratione, vos ad omnes pietatis, devotionisq; affectum excitetis.

11. Non ordinariæ distributionis lucro adducti, sed Dei charitate, religionisq; cultu commoti Divinis officiis adestote, ut vere, ex animoque psalmi verba illa concionetis (voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.)

12. Divinis officiis absolutis paululum omnes in Choro piè orate, inde obeundi signo per Præfectum dato, consurgentes quo ordine ad Chorum accessistis, eodem in sacristiam redite, ubi Cappas, qui illis induti estis, & superpellicea sine strepitu ullo, & susurratione deponite.

IN CAPITULO.

1. Canonicatus vestros conuentus statis hebdomadæ diebus Capitulariter habete.
2. Omnes, qui debetis, ad illos conuenite.
3. Inde ne discedite, nisi missione à Capituli Præfecto impetrata.
4. Singuli ordine, & loco sedete.
5. Sententiam modeste dicite, & suo quisque loco, non præposterè.
6. A verbis scurrilibus abstinete.
7. In rebus consultandis rixas, jurgia, & contumelias cavete.
8. In initio, & fine uniuscujusq; Capituli staturas orationes dicite.

9. Priori loco tractanda præponite, quæ ad Divinum cultum, quæ ad spiritualis vitæ progressum, ad Ecclesiasticam disciplinam tuendam; tum quæ ad rerum temporalium usum pertinent, ne negligite.

10. Cætera hoc de genere toto servate, quæ provincialibus constitutionibus præscripta sunt.

11. Omnia in primis agite pace mutua, concordi charitate fraterna vos invicem diligite; Canonici enim estis, qui pro Collegii ratione ex antiquo instituto, una collegiata Ecclesia, unoq; ita in Canonicali domicilio collocati fuistis; ita uno pacis, & charitatis fœdere, unaque animorum consensione conjunctissimi, sicut nascentis Ecclesiæ ministri, quorum erat cor unum, & anima una, experiendo vivite, sicut in Psalmo scriptum est (quam bonum, & quam jucundum sit habitare fratres in unum). Hactenus monitiones S. Caroli ad Canonicos.

VII. Adulterii pæna ad Levit. 20. v. 10. Ezechiel. 16. v. 38. Deuter. 22. v. 22.

PRæcepto VII. adulterium prohibetur, hic dictatur pœna. *Brentius in Levit. 20.* scribit: *Quæ seqvuntur leges, institutæ sunt ad conservandam, & muniendam honestatem legitimi conjugii. In Decalogo simpliciter dicitur; Non committas adulterium. Hic autem adiicitur pæna: Mæchus, & Mæcha morientur ambo. Idem* habes *Deuteron. 22. Adulterium quod designatur concupiscentia tantum etsi peccatum sit, dignum perpetuo inferno, politicæ tn. leges non puniunt. Aliud est quod committitur à marito cum aliena muliere, quæ nullius viri uxor est, leges hoc adulterium non puniunt ultimo supplicio. Aliud adulterii genus, quod committitur á viro cum uxore alterius, & hoc vocat Moses propris adulterium &c.* Et sic & decernit Serenissimus von Ehesachen/da einer eines andern Eheweib beschläfft/er sey gleich ein Ehemann / oder ein lediger Gesell/so sollen sie beyde mit dem Schwert von dem Leben zum Tode gestrafft werden/ und mit derer Straffe / soll auch ein Ehemann/welcher in stehender Ehe eine ledige Weibespersohn beschläfft/beleget werden /die ledige Dirne aber auff solchen Fall mit Staupenschlagen des Landes verwiesen werden. Jedoch im Fall wenn ein Ehemann eine ledige Dirne beschläfft / oder ein Eheweib sich mit einen ledigen Gesellen fleischlich einläst / und es würde der unschuldige Ehegatte vor das verbrechende Theil bitten etc. So soll als dann dem Ehestand zu

zu Ehren der schuldige Theil mit der Lebens-Straff verschonet/ und des Landes ewig verwiesen werden / auch der unschuldige Theil seinen Ehegatten aus dem Lande folgen ꝛc. Es soll aber der ledige Mann / so wieder absteher / sich mit einer Ehefrauen vermischet / ungeachtet was die Ehepersohnen einander remittiret / und erlassen/nichts desto weniger vom Leben zum Tode mit dem Schwert gestrafft / des gleichen die ledige Weibespersonen/ so mit einem Ehemann Unzucht getrieben in solchen Fall auch des Landes mit dem Staupenschlag ewig verwiesen werden / wären aber die Personen / so mit einander Ehebruch getrieben / beyderseits ehelich / so soll kein Erlassung der Eheleute stat haben / sondern sie beyde / wie obgemelt/ mit dem Schwert gerichtet werden. *D. Erasmus Marbachius Commentar. ad Levit. 20. addit* : Mulctam adulterio non pecuniariam sed capitalem imponit. Nec immeritò. Cum n. sacrum DEI fœdus sit conjugium, nullo modo tolerabilis ejus profanatio, &c. & scelerata perfidia est, eripere viro uxorem, quæ instar vitæ est, vel saltem pars ejus dimidia. Nec ob id tantum lethale crimen est adulterium, quod maritus gravi contumelia afficiatur, & conjugii fides solvatur, sed etiam quod dedecus transit in posteros & adulterinus partus supponitur pro legitimo, & ad alienos transfertur hereditas, adeoq; familiæ nomen conseqvuntur spurii. Quæ ratio etiam gentes impulit, ut severe in adulteria animadverterent : imo communi gentium jure mortis pœna semper inflicta fuit, quo magis pudendum ac turpe est, Christianos in hoc non imitari saltem Ethnicos. Vide pluribus *Quistorp. A.V.T. Alphons. de* Tostato *Episcop. Abulens. Lorinum.* Bibl. Critic. Londin. & Pol. Synops. h. l. Romuli lege, matrona ejus culpæ rea, marito permissa cognatisq;, ii, uti visum, mulctabant ac puniebant, etiam morte : etenim jure ipso, mulier quæ juxta sacratas Romuli leges nupta, ita in manu viri, ut proles in patris. In eas, quæ sacris Bacchanalibus incestu usæ, cognati maritiq; intra domos animadverterunt, ajunt Livius & Valerius. Vide Valer. Max. *lib. 6 cap. 3.* Plin. *lib. 14. cap.* 13. Tert. *in Apolog. cap. 6.* Præterea adulteræ domo exactæ, & dote privatæ, ut Plautus *in Amphitr.* indicat Valer. *lib. 8. c. 11.* Quod si ma-

riti

riti cognatiq; dissimulabant, hoc est (ut cum Livio loquar) *idoneus in privato supplicio exactor nemo erat*, non rarò publico judicio persequebatur id crimen magistratus: & præsertim ædiles. Postea sequuta est Lex Julia, quam tulit Augustus, qui adulteros *morte*, aut *fuga* punivit, ita ut capitale crimen esset, ut ex Arnobio lib. 4. & Salvian. lib. 6. constat. Quam adulterii pœnam tribuit priscis Saxonib. Bonifacius Archiepiscopus, Epistola ad Ethelbaldum Anglorum regem. *In antiqua*, inquit, *Saxonia*, ubi
„nulla Christi cognitio, si virgo in materna domo, vel maritata,
„sub conjuge sit adulterata, manu propria strangulatam cre-
„mant, aut cingulo tenus vestibus abscissis flagellant eam castæ
„matronæ, & de villa in villam missæ occurrunt novæ flagel-
„lantes & cultellis pungunt, donec interimant. Bros. ad Cassiod. Variarum lib. 5. p. 186. & 187. *Ægyptii* naso mutilabant adulteros *Zacch, qq. Medicoleg.* T. 1. p. 330. ut & 1000. plagis cæsos castrabant *Henel. Ot. Wratisl.* p. 294. s. Adulteri olim puniti *Athenis*, mugile in anum immisso *Voss. Theolog. Gentil*: *l. 3. p.* 140. 4°.

Extat in insigni opere *Joh. Baptist. Ferretii*, *quod vocat Musas Lapidarias*, *Veronæ edit.* 1672. *in fol. l* 5. memor. XVI. epitaphium in Mulierem adulteram a viro interfectam: apud Celtiberos.

HEV. QVID. AMOR. MALE. CASTUS. AMOR. MA-
LA. CRIMINA. POSSINT.
IPSA. MANU. DOCEO. CÆSA. MIELLA. VIRI.
HÆREBAM. MISERA. IN GREMIO. MALE. SAU-
CIA. AMANTIS.
ET. MEA. LANGUENTIS. PRESSERAT. ORA. SOPOR.
IRRUPIT. GLADIO. CONJUX. HEU. VICTA. SOPORE.
VIX. SENSI. ARMATAS. IN MEA FATA. MANVS.
EJECTAM. ?FVRTIM. EXEQVIIS. BVSTOQVE. CA-
RENTEM.
TRISTIS. IN. IGNOTA. CONDIDIT. HOSPES. HV-
MO.

TABVERAM. INTESTATA. DIV. NEC. CRIMINA. PASSVS.
HYMEN. IMMVNDAS. EXCIT. IN. OSSA. SVES.
ERVOR. INFELIX. POPVLI. NOTA. DEDECVS. VRBIS.
MEQVE. TRAHVNT. CVPIDÆ. PER. LOCA. TETRA. FERAE.
QVÆQVE. MIELLA. FVI. NOMEN. SVM. NACTA. SVILLÆ.
DISCE. PVELLA. TVO. CASTA. MANERE. THORO.

Notæ Ferretii : Deteſtabile adulterium & violatio thori famam vitamq; tollit Horat. Od. l. 3. c. 6.

Hoc fonte derivatæ clades,
In patriam, Populumq; fluxit.

Unde ipſe antiquiſſimum morem, ſed ferro abrogandum. Satyr. 6.

Antiquum & vetus eſt, alienum
Concutere.

De *Mœchorum periculis*, & ad quæ ſe exponunt, idem lib. 1. Satyr.

Audire eſt operæ precium &c.
Hic ſe præcipitem lecto dedit: ille flagellis
Ad mortem cæſus: fugiens hic decidit acrem
Prædarum in turbam: dedit hic pro corpore nummos:
Hunc perminxerunt calones; quin etiam illud*
Accidit, ut cuidam teſtes caudamq; ſalacem
Demeteret ferro.

**Calones* ſunt ſervi militum caſtra ſequentes qui fuſtes gerebant, vel qui militibus ligna ſubminiſtrabant, καλοφόροι, Troßbuben / *Cornel. Schrevelius* h. v. *Francis Gouldman. in Dictionar. Anglic. Londin.* 1664. 4°. ἀπὸ τοῦ καλεῖν á vocando quod præſto ſint, quando vocantur, aut quod ligneas clavas gerebant Feſt. Iidem & lixæ Nonn. à lixai, aqua quam militibus afferebant Voc. & *Caculæ*, *Metelli* & *Galearii. &c.*

De *Euripide* Athenienſe Poëta autem memorat *Ferretius* p. 326. caſtitate eum tanta præditum, ut *mulierum oſor* diceretur. De quo porro *Ferretius*. Natus eo die, quo tempore duce Xerxe numeroſiſſimi Perſæ ab Athenienſibus fuſi, Scripſit fabulas 92,

quas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

quarum 19. ſolum ſuperſunt. Anaxagoræ, & Socratis auditor fuit. Noctu periit ab Archelai canibus diſcerptus annum agens 75. oſſa Pellam translata.

VIII. *Expanſum.* רקיע *Geneſ. 1. v. 6.*

SUbſtantia continens aër eſt, quem Moyſes vocat expanſum, judicio *I. H. Engringii M. D. de ſex Dier. oper.* 1650. & cœli nomen illud à DEO inditum dicit, hujus vaſtitas tanta eſt ut totum hunc mundum viſibilem adæquet, ab ima terra ad ſummum cœlum, in quo æternis i-ſtis ignibus, fulgentibus ſyderibus, ad certam diſtantiam ſuus cuiq; aſ-ſignatus locus, quorum infinitum quaſi numerum, quorum immenſas diſtantias & magnitudinem quis unquam cepit? aut imaginari ſibi potuit? ut vel hinc vaſtiſſimum illud aëris corpus facilè conjicere poſſis. quod tamen ut planius intelligas, intuere orbem Planetarum nobis aliquanto notiorem, in cujus centro ſol viget, cujus extimam ſuperficiem orbis Saturni claudit; videmus 7. illa planetarum corpora in eo diſperſa tanquam uni cœlo cum Stellis fixis inſerta, cum tamen maximis altitudinum inter ſe diſtent intervallis. *Luna* namq; terræ proxima 51975. milliaribus Germanicis circiter à terra diſtat; Solis a terra diſtantia centies nonagies major; *Saturnus* millies nongenties lunæ diſtantiam æquat; quæ hoc fine obiter refero paulo poſt fuſius demonſtraturus, ut aërei corporis vaſtitatem aliquo modo adumbrem. Nam ſi unica ex Stellis fixis, propria luce fulgentibus; ſol nempe cum erraticis à ſe dependentibus, tantum ſpatii occupet, quantum ſpatii veriſimile eſt tot inſignes per totam aëris profunditatem diſperſas ſtellas fixas occupaturas: cum earum quæ terra proxima eſt, ad minimum duplo à terra Saturno remotiorem, magis quam probabile ſit, & unamquamque pro exerenda ſua virtute non minorem orbem habere, quam quantus eſt orbis virtutis ſolis, ſuas vires per omnes Planetas ad Saturnum uſq; extendentis: Nimis n. quam puerile eſt exiſtimare & ſibi imaginari, tanquam extenſa pelle mundum hunc circumdatum, in qua ſtellæ tanquam ornatus cauſa affixæ, & paſſim inſertæ: Sydera iſta fulgentia inſignem habent magnitudinem, hac in parte ſoli non cedentia; cujus rei ut argumentum habeas, explora ad modum poſtea dicendum magnitudinis proportionem, quam ad Solem corpus Saturni habet, &

confer v.g. Canem majorem cum Saturno, ponens illum duplo hoc â terra remotiorem, facilè judicabis diametrum canis majoris viſualem ad minimum molem repræſentare ſolis mole non minorem; at non duplo tantum, ſed multoties Saturnus â Canicula remotior; cum orbis magnus curſus telluris ad Saturnum pariat parallaxin, ad Caniculam nullam, ut totus circulus ſit ad infimam fixarum puncti inſtar: Molem ſequitur virtus, hæc ſpatium, in quo ſe explicet, deſiderat: ſic immenſis ſtellæ fixæ inter ſe diſtant intervallis, etiam altitudinis ratione ad oculum quoq; apparente; cum tn. ob ſummam illarum â nobis diſtantiam, non niſi maximæ locorum intercapedines præſertim in altum ſurgentes, & ſic tamen vix poſſint obſervari. At inquis ampliſſima eſſe cœli ſpatia, facile concedo; aër autem quomodo iſta occupet, nondum video; quintam potius aliquam cum Ariſtotele ponamus eſſentiam & orbium ſuorum denſiores partes, ſtatuamus ſtellas? Crede mihi, quinta hæc eſſentia merum eſt figmentum. Radii tam fixarum, quam erraticarum pari modo ad nos delati, ſatis arguunt eos per ſimplex medium ad nos deferri; opticorum n· leges aliud non permittunt. Deinde cum mundus ſit juxta Ariſtotelem τάξις, iſtam ordinationem videmus requirere, ut omnes ſubſtantiæ hoc mundo contentæ, ſingulæ quoq; ad ſuum centrum confluant & circa illud in orbem colligantur, nullibi autem apparet ejusmodi aëris collectio, nullibi illius centrum poteſt conſtitui; quare relinquitur ut cætera quidem omnia aër terminet, ipſius vero & univerſi iidem ſint termini. Quod ſi etiam aliquis Scripturæ noſtræ ſacræ authoritatem admittit, is novit quæ â DEO creata ſunt ad duo referri, cœlum & ad terram, ad terram ergo eum referri nequeat aër, relinquitur, ut nomine Cœli comprehendatur; nam revera eſt illud expanſum, quod DEUS ipſe Cœlum appellavit, quare & eodem nomine appellantur Aer & Cœlum, ut & in hiſtoria Evangelica *Marci 4. Luc. 8.* pro aëre accipitur, ubi volucres cœli appellantur, quod in aëre librentur. Hæc quibus nondum ſufficiant, illi credo acquieſcent, ſi telluris orbem medium inter orbes Martis & Veneris annuo ſpatio circa ſolem, per liquidum aërem circumferri ipſis demonſtratum fuerit: *Engring*. de 6. Dier. oper. p. 1. ſeqq. Sic ferè *Matthæus Polus Londinas in Synopſ. Critic.* h. l. col. 6. Expanſio hæc eſt *diffuſum corpus aëris*. Nam quid niſi aër, dividit aquas inferiores, i. e. mare â ſuperioribus? Nec aliud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

aëri nomen est Hebræis, quam רקיע & שמים. Hoc nomen aëri tribui testantur *Chald. par.* in Ps. 19. & K. in Ps. 77. *ita Grotius & Drusius*. Alii firmamentum accipiunt de orbibus cœlestibus. Complectitur tamen hæc vox etiam aërem vicinum, á cœlo in terram expansum, & suo loco quasi firmatum. Nobis placet discursus eximii Theologi *Augusti Varenii* h. l. p. 44. Rejicimus, *inquit*, Lyram, qui ita exponit: *Sit firmamentum*, id est *solidetur firmamentum*; vel *sit solidum*, atq; adeo nō de ipsa substantia vel substantiali firmamenti forma: sed qualitate aliqua, soliditate scil. illud explicantem, quam ex *Job. 37. v. 18.* ubi שחקים s. superiores nubes dicuntur חזקים כראי מוצק *firmi, sicut speculum* fusum, adducit. Habet id ex *Jarchio* (cujus verba vide ap. *Varen.*) Supponit igitur uterq; expansum illud, quod Hebræi Rakia, Græci στερέωμα, & inde Latini Firmamentum vocant, creatum die primo eiq; non nisi *accidentalem aliquam perfectionem formamq;* accessisse die secundo, quod utrumq; falsum esse docet illud יהי רקיע & עש הרקיע item illud ולהבדיל ut taceam, quæ de illa soliditate & coagulatione uterq; asserit, controversa etiamnum. Porro *Varenius*: Aut vox *rakia* supponit nude pro cœlo aëreo, aut pro solo æthereo, aut pro utroq;. Non *pro solo aëreo*. 1. quia sic excluderetur in prima fabrica τῶν ἔργων id, cui excellenter competit significatio rakiæ, quæ est *expansi solidi*, quæ eminenter competit æthereo. 2. id cui excellenter competit denominatio *Schamaim*. 3. nobilissimi, & mirabilissimi operis ætherei cœli nulla facta esset mentio in historia creationis. 4. nulla quoque esset hujus *diei secundi* & v. 6. 7. 8. ad opus *diei 4.* & 15. 16. 17. &c. relatio: cum tamen omnino id rakia sidereum, sit includendum, & quidem principaliter in eo, quod est secundo die creatum, plane sicut ארץ v. 11. est eadem ארץ v. 10. 5. opus diei secundi solus esset *aër*, idemque solus *Schamaim* ex prima creaturæ nomenclatura.

Non pro solo cœlo æthereo: quia sic omissa esset aëris, non minus expansi creati, & nomine *Schamaim* sæpius in scripturis expres-

pressi creatio & solum æthereum cœlum esset מבדיל בין מים למים, inciperetq; inferius ab Elemento aquæ. Ergo pro utroque hoc venit nomine. Non sufficit ex Cajetano probare rakia aliquando dici de aëre, & ei probando *Judæos*, Patres, Scholasticos testes appellare, quod tamen nec ex Ps. 19. 1. nec ex v. 20 hujus cap. solide hactenus probatum. Pro solo aëre, usurpationē formalē vocis rakia statuere, vix probabile, nec efficit vocabulum *στερέωμα*. Probandum rakia, frequentissime, vel etiam aliquoties pro cœlo aëreo usurpari, & quid. exclusive resp. cœli ætherei & siderei: item hoc in loco necessario sic sumi, nec posse principaliter cœlum æthereum intelligi. Pergit ostendere *Varenius*: Nullibi in totis scripturis sacris de solo prædicari aëreo cœlo, citra principalem complexum siderei cœli: sed semper de cœlo dici æthereo, idque nunc reduplicativè, & formaliter, quatenus expanso, & sic secundario aërem includit, nunc *materialiter*, citra respectum ejus, quod formaliter significatur & sic cœlum expansum vel rakia non est æthereum, Solis, Lunæ & stellarum receptaculum, & sic explicanda loca scripturæ *Genes*: 1. 4. 6. 7. 8 14. 15. 20. *Ps*. 19. 2. *Ps*. 150. 1. Et *Ezech*. 1. 22. 23. 24. seq. c. 10: mysticum plane, & majestaticum cœlum describitur ut æthereum, & hoc nomine rakia exprimitur, dicitur fuisse Crystalli formidabilis, & supra fulgurantem ventorum, nubium &c. regionem vid. cap. 1. 4. Ita patet nullum esse plane in totis scripturis locum, ubi *rakia* supponat *pro solo aëre*, vel expanso aëreo, sed semper pro cœlo sidereo, & adeo non erravisse Patres in quantū explicuerunt de cœlo æthereo &c. Concludimus proinde hunc locum 1. *rakia* opus diei secundi rectius redditur per *expansum* quam *firmamentum* (sic etiam *Münsterus*, *Fagius*, *Vatabus*, *Clarius*, *Drusius*, *T*. 1 Bibl: Critic. Londin. h l.) extra illam tamen hypothesin antiquitatis dici potest & reddi quoq; firmamentum 2. nomine *Expansi* hic principaliter venit *æthereum cœlum*, non excluso tamen aëreo, quippe materia homogenea. 3. Atq; adeo utriusq; describitur creatio, neq; cœlum

eſt æthereum creatum die primo, ſed ſecundo. 4. atq; adeo totum illud *Rakia* ſeu *expanſum in medio aquarum dividens inter aquas ſuperiores & inferiores* eſt cœlum æthereum, pariter, ac aëreum ſ. tota illa congeries atomorum aërearum, totumq; illud expanſum à terra uſq; ad cœlum ultimum. 5. proinde quam verè dantur *aquæ inferiores: tam vere dantur ſupracæleſtes*, eædemq; materia prima noſtris homogeneæ: de cætero incorruptibiles, puræ, perſpicuæ &c. de quarũ forma præſtat tacere, quam incerta dicere, vel myſteria fabricare: neq; mirũ nos harum aquarum naturã ſcrutando nõ exhaurire, qui de forma naturaq; coeli, ſtellarum, imo formis ſpecificis terreſtrium creaturarum tantum poſſumus balbutire: *Druſius h. l.* T. 1. Bibl. *Criticor. Londin. col. 26.* Aëri fluido hoc minus rectè convenit; nam is medius eſt inter aquas ſuperiores hoc eſt pluvias, quæ in media aëris regione & inferiores, hoc eſt marinas &c. Videtur tamen *Druſius* ſententiam tenere eorum, qui expanſum dicunt eſſe aërem. Sed hæc illis relinquimus diſcutienda, quibus, & plus otii, & rerum cognitio eſt. Nos enim jam ad alia vocamur.

IX. *De* Αυτοχειρία *licita & illicita.*

TRactavit omnium opime hanc materiam *Magnificus Dominus* D. *Dorſcheus* præceptor meus deſideratiſſimus jam inter cœlites, in Collegio ſuo Aphoriſtico Caſuali MSC. ad V. præceptum, qui labor utinam in lucem, & integer prodiiſſet. Accipe tu hæc grato animo, & plura expecta.

§. 712 *Vitæ ſuæ deſtructionem per ſemetipſum hominem operari non poſſe, adeoq;* αὐτοχειρίαν *eſſe homicidium*, ex hoc ipſo V. præcepto liquet, quo occiſio, quam nec ordo, nec neceſſitas excuſat aut imperat, prohibetur. Et, uti bene loquitur *Ameſius p. 327.* Caſ. Conſc. ſic faciens I. graviter peccat adverſus autoritatem DEI, qui ſolus eſt Dominus vitæ, *Sap. 16.* II adverſus bonitatem DEI, cujus tantum beneficium contemnit III. adverſus *providentiam DEI*, cujus ordinem turbare conatur, IV. Adverſus *charitatem DEI*, qua non mi-

minus tenetur se, quam proximum in vita conservare. V. Adversus *justitiam*, quæ non patitur, quenquam remp. & alias societates humanas, quarum pars est quisq; membro aliquo ex arbitrio privato spoliare. VI. adversus *communem naturæ inclinationem*, adeoq; legem naturæ. Confer laté *August. l. 1. de C. D. à c. 16. ad c. 28. & hær. 69. contra Donatistas circumcelliones*, qui sibi vitam eripere, genus quoddam martyrii ducebant; *& ep. 166. & l 1. contra Gaudent. c. 28.* & *de unit. Eccl. c. 10. & 19 & in S. Joh. tract. 7. Optat. Milev. contr. Donat. l. 3.* Theodoret. *hæret. fabul. l. 4. c. de Donatistis.*

713. Posse tamen hominem *se ipsum interficere*, si id DEUS jubeat, & revelatione usquequaque certa & indubitata insinuet, patet ex supremo DEI Dominio, quo actum intrinsece non malum circa aliquod objectum, aliás ab illo actu exemptum, præcipere potest pro suo beneplacito. *Deut. 32 39. Thom. Tamburin. explic. Decalog. l. 6. c. 2. §. 1. Alcola Dian*: Coordin. *T. 8. tract. V.*

714. An hæc doctrina de non interficiendo seipsum, *per lumen naturale adeo evidens sit*, ut sufficienter omnibus hominibus innotescere potuerit, si principia practica sequerentur? Negat *Paul. Laymann.* Theol. *Moral. l. 3. tract. 3. part. 3. c. 1. §. Cæterum.* Imo *ait*, prudentes quoq; effugere potuisse, si gravior causa aliquid inhumanius persvaderet. Probat illud exemplo *Stoicorum* & *Romanorum*, Lucretiam, Catonem Vticensem &c. αὐτόχειρας laudantium. Consentit *Lessius. pag. 90.* qui dicit *tam* à Christianis, *quam* ab Ethnicis illud posse inculpate ignorari. *At non sequi hoc*, patet ex *Rom. 1. 21. & seqq.* Alias & prudentes ex lumine naturæ potuisse illud intelligere, & reipsa intellexisse, ostendit ex *Epicteto*, & aliis sapientibus Ethnicis *Lipsius lib. 3. Manud. ad Stoic. Philos. dissert. 23. p. m. 205. & s. Conf. & admiranda mortis JESU p. 81. Dorsch.* Addo ego insignem locum *Alexandr. ab Alexandr. l. 5. c. 28.* G. D. tametsi apud varias gentes vim sibi afferre, & necem sua sponte consciscere, dignum laude & magni fuerit habitum: apud Thebanos tamen, qui mortem sibi conscivit, nulla fuit laude dignus: quin potius id crimini dabatur & probro, eòque facinore pudendam inscitiam, & imperitiam coarguebat suam, velut sui carnifex, immanisq; naturæ foret. Athenienses verò cum mortem quisquam

ſibi manu conſciviſſet, defuncto cadaveri manum tanquam facinoroſam abſcindunt: illamq; diviſam á corpore, ſinhumatam relinqvunt: reliquum verò cadaver humo tegunt. Quod Platonis documentum fuit, qui cenſuit, optimum quenque infracto animo vim fortunæ, & incurſus calamitatum potius ferre, & niſi cum dies promiſſus advenerit, neminem injuſſu DEI mortem ſibi conſciſcere, aut ante tempus fato fungi oportere: idq; magnificentius ſpræclariuſq; videri. Vid. *Sinnichii Saul Exrex l.* 1. §. 206.

715. Quid ſtatuendum *de S. Virginibus*, *Pelagia*, *Sophronia &c.* de quibus *Ambroſ. l. 3. de Virginitate*, ante medium: *Euſeb. lib.* 8. c. 24. *Auguſt l.* 1. *C. D. c.* 26. quæ ne ſtuprum paterentur, *in flumen ſe præcipitarunt*: de S. *Apolonia*, quæ referente *Euſebio l.* 6. *c.* 33 ſeipſam in rogum conjecis: de *fœmina alia*, de qua *Palladius* in *hiſtor. Lauſiaca c.* 150. quæ cum ad tyrannum accerſeretur ſeipſam interfecit. *Leſſius & Laymann.* ad *inculpatam ignorantiam* confugiunt. *Auguſtinus*, heroicum extraordinarium à Spiritu S. excitatum motum in illis fuiſſe, aſſerit. Hoc ſi oſtendi poſſet, rem omnem expediret. Alias *imbecillitatem quandam judicii* in hoc ad ſpeciem fortiſſimo facto martyrum interveniſſe potuiſſe, quam tamen inſignis, in Chriſtum fiducia texerit. Et ſi quis dixerit, nihil â conditione humana alienum judicaverit. Et notat *Jodoc.* Lorichius *in theſaur.* Cathol. V. Martyrium. p. 1377. ex Baronio, olim *fuiſſe Martyres*, qui *non divini Spiritus impulſu*, *ſed temeritate quadam*, *nulla à perſecutore facta interrogatione*, *ſe ſacros habere codices*, *quos non eſſent daturi*, *profiterentur*. Multi, *inquit*, ſancti Martyres, Zelo fidei, non citati, neq; interrogati, ſe perſecutoribus ultro obtulerunt. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 124. *art.* 3. *ad.* 1. Ideoq; olim conſveverunt Martyres *probari ab Epiſcopis*, priuſquam à populo honorarentur, ut S. Martyres. Et *Mart. Navarrus in Manuali* c. XI. n. 40. ait: *Peccat mortaliter*, qui DEum *tentat*, *ſe martyrio temere offerens*, ipſosq; infideles irritans & occaſionem illis ingerens ad eum occidendum, ſine aliqua cauſa, quæ vi præcepti aut conſilii ad ipſum obliget & dirigat. Idem *Navarr.* c. 15. n. 12. citat Hieron. verba ex l. 3. com. ad Gal. c. 5. qui ait; ſi ita *fecerimus Martyrium*

ut nostras velimus ab hominibus reliquias venerari, si opinionem vulgi sectantes, intrepidi sangvinem fuderimus &c. huic *operi non tam præmium, quam pœna debetur,* & *perfidiæ magis tormenta sunt, quam corona victoriæ.* Si ergo fuerunt, qui præcipitantia quadam & temeritate aut opinione vulgi sese obtulerunt, quis neget, fuisse etiam, qui ex dictis causis sibi ipsis vim fecerint.

716. *Hieronym. ad c. 1. Jonæ v. 12. hæc verba habet.* In persecutionibus non licet propria perire manu, absq; eo, ubi castitas periclitatur, sed percutienti colla submittere. Repetit hæc ex Hieron. *Gratianus in caus. 23. quæst. 5. c. 11.* Unde videtur Hieronymum sensisse, in casu periclitantis castitatis licere sibi violentas inferre manus. *Glossator juris Canonici* censet, verba *absq; eo,* esse inclusive accipienda, pro *etiam, tunc* vel *ibi* & verba quidem ita sumi *Cant. 4. 1.* sequitur *Laymann l. c. Lessius* illam explicationem judicat violentam. Id tamen locus adductus monet phrasin ita usurpatam fuisse, quod & *Calvin. in Lex. Jurid.* notat V. absque.

717. *Consilium Anthimi Nicomediensis Antistitis,* quod notat *Nicephorus Callistus lib. 7. Hist. Eccl. c. 13. p. m. 306.* pulcherrimum est, quod dedit Euphrasiæ, jam ab impudicis impotentibusq; hircis ad libidines turpes abductæ, & obvium Anthimum consulenti: Filia Euphrasia, inquit, *pulcherrimum quidem est castæ virginitatis donum, sed majus præstantiusq; fidei præceptum.* Quandoquidem enim si casus aliquis aut necessitas ita ferret, multo magis pallam ipsam præstaret, quam corpus diripientibus dare: in præsentibus quoq; malis & tentationibus eodem modo rem dispicere convenit. Et si permissum non est, ut utrumq; retineas, ut saltem animam incontaminatam conserves, faciendum tibi esse dico; ut sc. mente ipsa per fidem confirmata, carnem injuriis & contumeliis improborum permittas. Sed quid de ipso *Euphrasiæ* consilio, quod illa commenta est, habendum? Persvadet tentatori pudicitiæ suæ, se veneficam esse, mercedemque ingentem conservare pudicitiæ pollicetur, quæ eam á morte conservet; pharmacum sc., quo ille perunctus in bellorum certaminibus & præliis, nullo

pror-

prorsus telo aut ferro violari aut confici posset. Quod si de tali remedio periculum facere vis, illico id tibi manifesto exhibebo. Ille id statim parari permittit. Tum illa ceram oleo liquefactam manibusq; subactam, collo suo circumcirca inungens illinit, quod ubi perfecit, petere eum jugulum suum ense, quibus posset viribus adacto, remediisq; ejus vim & efficaciam experiri jubet. Atq; ille quam potuit validissime ensem in eam demisit, caputq; ejus uno ictu resecuit. *Consilium hoc Euphrasiæ*, nisi sublimioribus circumstantiis cohonestatum fuisse probetur, *pugnat* contra præceptum de non faciendo (atq; etiam dicendo) malo ut eveniant bona, & *contra ipsum de non occidendo præceptum*, quia homicidium materiale quidem admisit ille impurus, justo DEI *judicio* traditus, ut ex uno scelere in aliud laberetur, quoad formale aut. in animo Euphrasiæ fuit. Itaq; periculose Nicephorus eam vere sapientem nominat.

718. De *Lucretia* seipsam ob vim pudicitiæ illatam occidente disputat *Augustinus l.1. de C.D. c. 23.* & hoc dilemmate illius factum constringit: *Si adultera*, cur laudatur? *si pudica*, cur occisa? Nam vel castam & innocentem interfecit, atq; ita injuste egit; vel conscia adulterii sibi vim intulit, qua ratione seipsam damnavit. Si non est impudicitia, qua in vita comprimitur, non est justitia, qua casta punitur. Unde bene d. l. concludit; Sana ratio etiam exemplis anteponenda est, cui quidem & exempla concordant, sed illa, quæ tanto digniore sunt imitatione, quanto excellentiora pietate. Non fecerunt Patriarchæ, non Prophetæ, non Apostoli, quia & ipse Dominus Christus, quando eos, si persecutionem paterentur, fugere admonuit de civitate in civitatem, potuit admonere, ut sibi manus inferrent, ne in manus persequentium pervenirent. Porro si hoc ille non jussit, aut monuit, ut hoc modo ex hac vita migrarent, quibus migrantibus se mansiones æternas præparaturum promisit, quælibet exempla opponant gentes, quæ ignorant DEum, manifestum est hoc non licere colentibus unum DEum.

719. Hoc igitur dicimus, verba sunt *Augustin. lib. 1. C. D. c. 26.* hoc asserimus hoc modis omnibus approbamus, *neminem spontaneam mortem sibi afferre debere*, velut fugiendo molestias temporales,

ne

ne incidat in perpetuas; neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium, quem non polluebat alienum: neminem propter sua peccata præterita, propter quæ magis hac vita opus est, ut possint pœnitendo sanari: neminem velut desiderio vitæ melioris, quæ post mortem speratur, quia reum suæ mortis, melior post mortem vita non suscipit.

720. Inter *autocheiras tamen non numeramus Simsonem* subvertentem columnas Domus Dagon, & tot Philistæos secum interficientem: quia 1. ex vero cordis motu precatus est á DEO restaurationem virium suarum miraculosarum *Jud. 16. 28.* 2. quia procul dubio movebatur justo Zelo blasphemiis lacerati nominis veri DEI, propter nimiam suam cum Delila consuetudinem v. 23. 24. 3. quia in ipso actu subrutionis columnarum suspiriis ad DEum directis fuit occupatus. v. 30. 4. quia Spiritus S. illud *θαυματούργημα* tanquam *μυστηριῶδες* quiddam singulari cum emphasi describit v. 30. 5. quia *Ep. ad Hebr. c. 11. 34.* ait, Simsonem fide fuisse *ἐνδυναμωθέντα ἀπὸ ἀσθενείας.* & 6. quia eum inter eos numerat, qui sunt *μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως*, & *τελειωθέντες* quidem, sed non sine nobis. Et hoc pacto 7. Et illud quod dicitur Simson v. 30. sese inclinasse בכח de robore *non tantum corporis*, *verum & animi*, adeoq; virtutis fortitudinisq; accipi debet. Unde 8. quando vires ad ultionem oculorum suorum rogat divinitus Simson, non omnem finem sed unum tantum explicat, nisi velimus dicere, Simsonem eam ultionem oculorum suorum intendisse, qualis fuit læsio: læsionem autem non fuisse tantum privatam injuriam Simsoni illatam, ut personæ privatæ, sed ut publicæ publicam, adeoq; Simsonem non tam pro se læso, quam pro læso bono publico in oculis suis ultionem petiisse. Unde non probantur *revelationes*, *quas vocant S. Mathildis*, in quibus *lib. 5. c. 6.* refertur, velle DEum hominibus ignotum esse, quid misericordia sua cum *Samsonis*, *Salomonis*, *Origenis* & *Trajani* animabus fecerit. Vide *Matth. Poli Synops. Bibl. Criticor. Londin Col. 1185. Alphons. de Tostato h. l. quæst. 53.* & seqq. *Bened. Ariamontan. h. l. Jacob. Bonfrer.* in Judic. 26. p. 374. *Lavater. Martyr.* h. l. Porro (*addit Polus l. c.*) multi censent ex historia Samsonis gentiles mutuatos esse fabulam Herculis, cum revera alius non fuerit Hercules

quam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

quam Samſon. Probatur *1.* nullum n. talem Herculem extitiſſe, qualem Ethnici deſcribunt, agnoſcunt *Diodor*, *Strabo*, *Philoſtrat.* 2. multæ gentiles fabulæ ex ſacris literis. 3. congruunt tempora. 4. conveniunt res geſtæ. 5. Congruunt nomina, Samſon idem quod parvus ſol, *& revera Herculem, Solem eſſe, vel ex nomine claret, inquit Macrob. Saturnal* 1. 20. *Vid. Dikinſon. Delph. Phœnic.* De Hercule Sam. *Bocchart* Geogr. Sac. P. 2. l, 1 c. 34. ſeqq.

721. *Eleazari exemplum non ἀυτοχειρείας* (Serar. in harmon. Maccab. p. 46 eſt) ſed *inſignis fortitudinis*, heroiciq; plane ſpiritus. Erat enim in ea vocatione, qua cum jactura ſuæ vitæ potuit adire pericula & debuit, & ubi præſentiſſimam mortem cauſa liberationis plurium præſentiſſimæ, & proſtrationis hoſtium maximæ oppetere obligatus fuit 1. *Macc.* 6. 43. Unde etiamſi certiſſimum fuiſſet, non aliter caſuram belluam, quod tamen adhuc incertum erat, tamen ſalva conſcientia elephanto ſeſe ſubjicere confodiendi ejus cauſa potuit. *B. Ambroſius l.* 1. *off. c.* 40. Quanta iſta virtus animi? *primò*, ut mortem non timeret, *deinde* ut circumfuſus legionibus inimicorum, in confertos raperetur hoſtes, medium penetraret agmen, & contemta morte ferocior, abjecto clypeo, utraq; manu vulneratæ molem beſtiæ ſubiret, ac ſuſtineret: poſt infra ipſam ſuccederet, quo pleniore feriret ictu, cujus ruina incluſus magis quam oppreſſus, ſuo eſt ſepultus triumpho. Nec fefellit opinio virum, quamvis regius fefellerit habitus. Tanto enim virtutis ſpectaculo defixi hoſtes inermem occupatum incurſare non auſi, poſt caſum ruentis beſtiæ ſic trepidaverunt, ut impares ſe omnes unius virtuti arbitrarentur.

722. *Raziæ factum* 2. *Macc.* 14. 43. *&ſ.* nonnullis *fabuloſum* videtur, idq; propter circumſtantias hiſtoriæ, quod Razias *primum* ſibi gladium intentaſſe dicitur, *deinde*, quod ex eo vulnere nondum moriturus ſe præcipitem dediſſe aſſeritur: *tertio* tantis viribus fuiſſe, ut poſt id vulnus, poſtq; eum caſum non ſurgeret modo, ſed & curſu præteriret turbas, in quas medias præcipitaſſet ſe; *quarto* neſcio quomodo ſuper quadam prærupta petra conſtitutus in ſubjectam plebem viſcera ſparſit propriis avulſa manibus: quæ eum aut voluiſſe aut valuiſſe vix credibile videtur. *Auguſtin. l.* 2. *contr. Gaudent. c.* 23. quibus omnino ſubſcribendum videtur.

723. Ra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

723. *Raziam Sancti Spiritus instinctu motum, ista fecisse* adeoq; autocheirias culpa vacuum esse, *Franc. Victoria in relect. de homicid.* affirmat. 1. *quia* Razias pius & prudens admodum, neq; mentis impos jam factus : quia domi suæ impetum istum repentinum ignorans, sanus & sapiens commoratus erat : 2. *quia* in sua persona superstite à Nicanore capta, totius populi salus vertebatur v. 40. aut saltem verti credebatur : 3. *quia* jamjam moriturus DEUM pie admodum precatus, illi suum spiritum commendavit : quomodo igitur ab illo ipso sese impulsum, ad mortemq; istam commotum non intelligeret? 4. *quia* tot hactenus annos pro religione tam fortiter, acriterq; decertarat, & ut v. 38. dicitur pro sancto patrioq; DEI cultu, corpus & animam DEO tradere paratus semper fuerit. Cur igitur tam subito à DEO desereretur, ut in istam autocheirias insaniam laberetur? 5. *quia* scriptura ita hunc ejus è vita discessum describit, ut laudare videatur, cum ejus principium & extremum religionem semper faciat : ob hanc enim captus est. Ex hac DEum precari non destitit ;& ubiq; nomina, verba & adverbia, quæ laudationis aliquid habeant, interserit ; nullam vero omnino particulam, quæ vituperet aut reprehendat. Cum in eadem Maccab. historia haustum sponte à Ptolomæo venenum scriberetur, præterquam quod gentilis erat, ut non opus fuerit erroris facti peculiari indicio, tamen à Græco textu vituperatio adjuncta est. At hic in Raziæ historia nihil ejusmodi. 6. *quia si* Raziæ mortis descriptio conferatur cum Simsonis, plus hic laudationis apparebit, adeo , ut nisi Spiritus S. bonam sanctamq; Simsonis mentem mortemq; alibi patefecisset, argumentorum pro eo vel minus, vel certe vix quicquam plus è textu illo suppeditaret. Hæc argumenta copiose *Serarius* recitat è Victoria, & simul, quæ contra unum alterumq; disputat S. Augustinus, quidq; in Razia requirat aut desideret, expendit, ut omnino in eam sententiam propendere videatur. Sed argumenta nequaquam consistunt. *Neq;* enim aut majus malum vitandum, aut majus bonum consequendum svasit illud facinus à lege DEI alienum : *neq;* ullum revelationis divinæ de dispensatione initium apparuit. *Neq;* mentis impotentiam, aut singularem maniam, sed præcipitantiam factum arguit &c. Et *Augustinus l. c. de Razia*, Non plane sapientiæ, sed insipientiæ dedit exemplum, non Christi martyribus, sed Circumcellionibus Donati im-

tandum. *Et ep. 61.* Quid mirum eſt, ſi tanquam homini elatio ſuperba ſubrepſit? Non fuit iſte vir eligendæ mortis ſapiens, ſed ferendæ humilitatis impatiens. Magna ſunt hæc, nec tn. bona. Si iſte innocens & juſtus non fuit, cur proponitur imitandus? Si innocens & juſtus fuit, quare interfector innocentis & juſti, id eſt ipſius Razii, inſuper putatur eſſe laudandus.

724. Raziæ factum *laudari* ab autore lib. Maccabeorum, *negant Pontificii plurimi*. Ita Joh. *Hayus diſp. lib. 1. c.* 16 Raziæ, *inquit*, mors Maccabeorum hiſtoriæ derogaſſet autoritatem, ſi aut ipſius interitum tanquam pium illa laudaſſet aut fictam fabulam juſſiſſet nos credere. Ita *Bellarminus de V. D. l.* 1. 15. §. *Objectionem*: Summa reſponſionis eſt mortes horum hominum narrari in ſcriptura, non laudari, vel certe non ita laudari, quaſi piè & ſanctè fecerint, quod fecerunt, quamvis audacter & viriliter & hominum judicio fortiter eos feciſſe, negari non poſſit. Laudari tamen vi textus adducti, negare non poſſunt Victoria & Serarius. Egit *γενναίως, ἀνδρείως, πεπυρωμένος τοῖς θυμοῖς, ἐπικαλεσάμενος τὸν δεσπόζοντα τῆς ζωῆς τοῦ πνεύματος* &c. Unde judicium de autore libri Maccabeorum.

725. Saulem formaliter αὐτόχειρα eſſe negant quidam Rabbinorum, *Lyranus* copioſe rationes coacervat. Sed nulla eſt, quæ eximat Saulem ab iſto delicto. Et ratio illa, qua verebatur, ne ſi ſe ſuo non jugularet gladio in incircumciſorum manus perveniret, nimis frigida eſt & abſurda. *An vero ſit damnatus*, *ſi* quæratur, *affirmat Ambroſ in c. 9. ad Rom. Hieron. in cap. 20. Ezech.* Bernhard. *ſerm. 26. in Cant. & alii, quos copioſe producit Salianus in annal. V. T. tom. 3. p. 203. n. 127. ſeqq. Sanctius* Com. *h. l.* duo dicit, ex quo Saul in ferrum incubuit, ſatis eſſe potuiſſe ſpatii, ut retractaret animo ſtultum ſceleratumq; conſilium & peccatum illud ingens inducta pœnitentia deleret. 2. Si tamen conjecturis agimus & Saulis peccatum in extremo vitæ articulo legimus, & de illius pœnitentia nihil audimus, eò inclinandum eſſe, quo omnes pene Patres & Doctores. *Conf. 1. Sam. 28. 16. & 6.*

726. Potes, inquit *Leonard. Leſſius* de Juſt. & J. l. 2. c 9. dub. 6. n. 34. p. 91. *injicere ignem in pulverem tormentarium*, ad *evertendam turrim hoſtilem, etſi certum ſit, momento te diſſipandum*: neq; n. tu te interimis

imis propriè, ſed ignis impetus vel turris ruina, quibus te ob juſtiſſimam cauſam exponis, non ſecus ac is, qui ſe objicit telo, ut corpus principis ſalvet. An hoc modo ſalvari & *excuſari poſſint milites & navales ſocii, qui prælio navali dimicantes, cum jam vident navim in poteſtatem hoſtium venturam, communi conſenſu ignem pulveri injiciunt, &, ſe mari committunt, ne ipſi & navis veniant in hoſtium poteſtatem?* Ait *Leſſius*, quia non intendunt ſui interitum, ſed ne hoſtis navi cum publico damno potiatur, & ut ſeipſi, ſi qua ratione poſſint, morti certiſſimæ ab hoſte inferendæ eripiant. Si n. quis poteſt deſilire in mare, ut ſalvet amicum, cur non ut evadat hoſtis crudelitatem? Conſentit *Ameſius de Conſc. p. 328. Dicimus*, ſi ſolum mortis ab hoſte inferendæ cauſa, aut ſervitutis tolerandæ metu id fiat *excuſari non poſſe.* Ubi vero *vel* eſt ſpes probabilis nave per pulverem tormentarium proſtrata & in rudera redacta teque projecto in mare te vitam ſalvaturum, etiamſi mors inopinato conſequatur: *vel* boni publici & ſummæ ad id obligationis reſpectus evidens eſt ratio, excuſari poteſt. In hoc namq; caſu ex *una parte* eſt *boni publici decrementum*, ſi navis in poteſtatem hoſtis redigatur, & *mali hoſtilis incrementum*, quo hoc acceſſu bonum publicum lædatur fortius, & inſuper adverſariorum ingruentium, quibus ex illo ignis in pulverem tormentarium conjectu ingens decrementum contingit: *ex altera* parte vitæ tuæ per iſtum caſum jactura, nulla malitia aut privata conſideratione, per accidens ſecuta. Ibi majus malum culpæ, hoc eſt perfidiæ in bonum publicum cum minori malo naturali periculo expoſitæ vitæ contendit, & omnino vitæ jacturam hoc reſpectu ſvadet.

727. Si *Magiſtratus homini ſupplicium extremum merito mandet certum mortis genus ſibi ipſi inferendum, ſcil. ut vel aperiat ſibi venam, è qua ſanguis effluat ad animi usq; deliquium, vel ut removeat obſtaculum, quo ſecuris deſuper labatur, & collum diſſecet, vel ſumat venenum &c. quæritur an bona conſcientia poſſit obſequi?* præſertim ſi mors lenior decernatur, quam ſpretam gravius ſupplicium maneat. *Leſſius* l. add. poſſe obſequi *negat*: quia eſt contra communem practicorum Docto-

rum ſententiam & quia eſt actio directe pugnans cum inclina-
tione communis naturæ: nulla n. res ſeipſam ullo caſu perimere
intendit. *Rivet. in Decal.* p.281, conſentit, quia hoc eſſet coopera-
ri ad ſui ipſius necem: quia hoc præceptum magiſtratus eſſet ſen-
tentia non juſta, ſi quis condemnaretur, ut ſeipſum occideret.
*Contradicunt Franc. Victoria relect. de homic. n. 30. Arragon. quæſt. 69. art.
4. & Corduba* l. 1. q. *36. q. quando quis legitimè condemnatus eſt à Magiſtratu,
poteſt cuivis committi ab eo executio. E. & ipſi reo.* Et ſaltem hoc caſu
poterit ſeipſū indirectè occidere, quia his circumſtantiis circum-
ſcriptis omnes rationes prohibentes ſui interfectionem ceſſant,
non n. tunc agit contra præceptum charitatis in genere, vel ejus
quæ ſub mandato, non occides, comprehenditur: nam non oc-
cidit innocentē, neq; propria autoritate, neq; abſq; juris ordine:
quia deniq; nulla poteſt afferri ratio, cur hoc caſu non liceat: ſi
dicas, hoc eſſe contra inclinationem naturalem & nimis crudele:
id quidem probabit, reum non eſſe obligatum aliquo jure, ut
eam ſententiam in ſe exequatur, & judicem non poſſe abſq; cru-
delitatis nota ita præcipere, ut hoc obliget rei conſcientiam: non
tamen convincet, reum ſponte non poſſe hanc commiſſionem
ſuſcipere, præſertim ſi permittatur illi mors facilis, ut eſt vena
abrupta, venenum hauſtum, cordis transfixio, qui alias ſubiturus
eſſet mortem acerbiſſimam, quia multò levius eſt, minusq; natu-
ra horret, conſciſcere ſibi letum ſvave, quam ab alio perpeti di-
riſſimum, quia licet nemo ſine cauſa & juſta autoritate poteſt in
ſeipſum eſſe crudelis, tamen ex cauſa & cum tali autoritate
non obſtare videtur, quo minus poſſit: quia cui venenum pro-
pinatur omnino poteſt os aperire ut infundatur. atq; parum re-
fert, an ipſe infundat, an alius, quando nulla datur amplius di-
latio vel tergiverſatio. etenim introſumtio rei directé ipſum oc-
cidentis tamen ab ipſo perficitur, eadem autem eſt cooperatio
in hoc caſu & in aliis, quia ut miniſter juſticiæ & carnifex licitè
interficiat hominem ſontem, ſufficit ſola autoritas publica, quæ
facit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

facit ne sit homicida. E. hac præsente etiam quis se ipsum juste liciteq; occidere potest: quia nulla hic est malitia moralis, sed amor potius, justitiæ & vindictæ imperatæ autoritate publica, cum grata agnitione clementiæ in minoris supplicii irrogatione, quando quis in seipsum sumit ministerium exequendæ sententiæ latæ. Rationes hæ evincunt non esse hunc actum homicidium formaliter, quia nulla omnino hic est malitia. *Nihilominus quia homo hoc* prætextu sese *præcipitare* posset in hujus executionis optione & processu ipso, sibi contrahere immanitatis reatum, & res per se mali exempli esset, neq; Magistratus legis aut justitiæ observantia, qualis in Magistratibus laudatissimis observata est, *nititur, abstinendum videtur.*

728. De *illis qui ex Melancholia & phrenesi sibi violentas manus inferunt* dicendum est illos hoc actu simpliciter considerato, *non esse pro homicidis*, atq; adeò damnabiliter peccantibus habendos, I. quia animus & propositum occidendi rationale deest, quam discretionis potestatem aut impotentiam DEus omnino in factis hominum attendit *Jon. 4.11. Num. 35. 22. seqq. II.* quia ejusmodi homines *similes sunt dormientibus*, qui in somno è sublimi se præcipitantes non habentur pro homicidis. *Act. 20.* Conf. consil. Theol. *Dedeken.* Vol. 1. de ministr. pag. 802. & seqq.

729. *Qui inter pias ardentissimasq; preces, quibus DEO suam animam commendat, sibi ipsi manus violentas infert, eum non posse â peccato mortali & contra conscientiam excusari*; quia habet preces contradictorias, h. e. petit, ut DEus animam suam ex corpore exituram in manus suas sumat, quam scit injussu DEI exire. 1. *Joh. 5. 14. & 3. 22. 15.*

730. *Non omnes etiam formaliter autchiras, hoc est contra conscientiam sibi ipsi violentas* inferentes *manus damnari*, sed *eos tantum, qui cum ipso actu illatæ violentiæ & in illo pereunt*, ut inter ictum illatum & interitum subsecutum nullum sit intervallum, alios autem quibus adhuc aliquod superest resipiscendi spatium non exclusos esse á gratia DEI & merito redemtoris, patet ex amplitudine utriusq; & dictis utramq; confirmantibus, alibi concumulatis, quibus hoc casu nulla ponitur limitatio. *Vide D. Gerhard. T. 8. de Mort. §. 37. & seq.* Unde quod *Origenes l. 2. in Job.* ait: qui se ipsos interficiunt, nunquam requiem habebunt, nec

in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

invenient refrigerium, ſed animæ eorum mox ut de corpore exierint, in tenebras deducentur. Et quod *Hieronymus* ſcribit, DEum non recepturum tales animas, quæ ipſo nolente exierunt de corpore: & quod ait *Auguſtinus l.1.de C.D.c.26.* Reos ſuæ mortis melior vita poſt mortem non ſuſcipit, cum aliqua limitatione eſt acceptandum. Hactenus B. Dorſcheus. Lege omninò *Andreæ Celichii Superintend. Aldenburgenſ.* Nützlichen und nothwendigen Bericht von den Leuten/ſo ſich ſelbſt aus Angſt/ Verzweiffelung oder andern Urſachen entleiben und hinrichten impreſs. ann. *1578. 8°.* Obvia non adpono. Tractant de αὐτοχειρία ſive Suicidio, (ut ipſi vocant) *Caſiſtæ & Moraliſtæ* Pontificii multis, qui tamen ſibi non ſemper conſtant in definiendis reſolutionibus *Antonius Diana Panormitan. P.V. tract. 4. Reſol. 30. P. VI. tr. 7. & Miſcell. 2. Reſol. 47.* Eleganti vero operâ, tractatus Dianæ hinc inde extantes in operibus coordinavit *Martinus de Alcolea Monachus Carthuſiens. prodiit 1667.* Hic *Alcolea* quæſtiones huc facientes congeſſit ex Dianæ operibus Tom. IIX. Tract. V. Reſolut. 49. & ſeqq. Tractat etiam de hac materia *Valer. Reginald. e. Soc. J. Prax.* For. Poenit. T. *2. l. 21.* cap. *4. Thomas Tamburini Soc. J. Siculi Caltaniſettens* P. 2. explic. Decal. l. 6. cap. 2. contra ſuos diſputans. *Eligius Baſſæus Capuccinus Flor.* t. Homicidium I. n. 6. *Martinus ab Azpilcueta Navarrus* Manual Confeſſar. cap. XV. §. 11. Et nuper *Andreas Petrus de Murga* Æmilianenſis Diſquiſ. VIII. Dub: unic. *Andreas Mendo Lucronenſ. Soc. J.* Stater. Opin. Benign. diſſert 4. *Angelus Maria Verricellus de* Apoſtolicis Miſſionibus. Venetiis 1656. q. 107. ſect. 4. n. 22. & q. *197.* ſect. 2. n. 29. *Petrus Franciſcus Paſſerini J. U. & S. Theol. D.* de pollutione Eccleſiarum. Romæ 1654. fol. Diſp. V. cap. 45. qui eo inclinare videtur juſte & capitaliter bannitum, omnibus Eccleſiaſticæ immunitatis privilegiis privatum ſeipſum juſte occidere, & Eccleſiam non polluere. *Johann.* Sinnichius Corcagiens. Hibern. in libro Saul Ex Rex Lovan. 1665. l. *1. c. 6.* multis. cap. 10. diſputat. contra Caramuelem ſtatuentem ſuicidium arctius inhiberi, quam altericidium. Quo in loco porro diſputat contra Caramuelem, & jam citatos Caſiſtas aſſerens:

rens: *Non posse Rempubl.* cuiquam præcipere sui ipsius interemtionem. *Condemnatum* fame ut pereat, teneri *cibum occultum* sibi ministratum sumere. Damnatum, ad pereundum veneno, non posse illud sumere. Nequaquam excusandos *milites navales ignem in pulverem* injicientes, & se in mare dejicientes, unde mergantur. Vide *Laymann. Alloza flores. Busenbaum Manuale. Escobar. Toletum. Leonard. Lessium de just. & jure l. 2. c. 9. &c. De αὐτοχειρία ludorum ad sacrificium*, prolixè *Athanas. Kircher China P. 3. c3.*

X. An Minister Ecclesiæ è carcere fugere possit?

1. AN *è carcere effugere possit, si detur occasio? Casistæ Pontificii* in genere de captivo seu incarcerato omni asserunt, tam eum qui justè, quam eum qui injustâ de causa carceri potestatis civilis est inclusus, tam eum qui nondum audivit sententiam, quam eum, in quem jam lata est sententia mortis, aut mutilationis, posse effugere, si detur occasio, salva conscientia; quia nemo in carcerem detruditur, ut ibi sponte maneat: quia etiam per latam sententiam alicui imponere, ut maneat in carcere cum suo damno superat humanam conditionem, quia nemo potest condemnari ad faciendum aliquid, unde mors ejus sequatur. *Putamus*, incarceratum Ecclesiæ ministrum ex dicta causa, nisi per ejus commorationem in carcere ingens aliquod Ecclesiæ bonum afferatur, aut immane malum scandalumve avertatur, posse datam fugiendi occasionem arripere: quia actus incarcerationis non adimit illi ullo jure eam libertatē, quam etiam ante incarcerationem habuit, adeoq; in eam æque sese asserere potest, quam in ea tueri. *II. An etiam carcerem effringere possit, ut elabendi habeat viam? Casistæ* in genere de effractione carcerum à quibusvis incarceratis habent diversas sententias. *Henr. Gandavensis quodlib. 9. q. 25. Covarruv. l. 1. variar. c. 2. n. 14. Prierias v. Accusatio. n. 12.* negant, incarceratum, quocunq; modo se habeat ejus captivatio, posse vincula rumpere & carcerem effringere; *quia* carceris effractores gravissimè a legibus puniuntur: *quia* tenentur de damno inde secuto: *quia* inferunt vim potestati publi-

cæ. *Thomas 2.2. q.69. art.4. Cajetanus ibid. Sotus l.5. de Justit. & jur. q.6. 4.4. Navarrus Manual. c.17. n.102. Lessius de J. J. l.2. c.31. dub.5. p.399. Filiuccius tract. 40. c. 9. n. 271. & alii multi affirmant*: quia cui licitus est finis sc. fuga, illi etiam media sc. effractio licita. *Putamus quando* illa incarceratio est personale tantum periculum ex odio peculiari injusto erga personam, eam etiam violento isto medio declinari á Parente spirituali posse tum propter commune jus omnibus datum mortalibus ad libertatē, quod nulla elidere potest aut debet tyrannis, tum quia etiam ista violentæ detentionis solutio per effractionem carceris per se non lædit potestatem ordinariam. *III. An filii spirituales Parenti suo spirituali possint fugam ex carcere consulere & auxilium ad eam præbere? Casistæ* rursus in genere diversimodè pronunciant quibusdam affirmantibus, quibusdam negantibus. *Putamus nisi contrarium* appareat, & liquidissimum sit, Ecclesiam isto præstito consilio vel auxilio jacturam famæ notabilem passuram esse, etiam ad effractionem aut fugam filiorū spiritualium pietatem concurrere posse, quia quod tibi licitum est facere, id mihi licitum est tibi consulere. Nec propterea dicerentur tales vim facere potestati publicæ, quia publica potestas posita est in judice sive magistratu & ministris, quibus inferre vim non potest, non autem in lignis aut saxis, sicut qui feris dilaniandus objiceretur, posset se pro viribus contra eas tueri. *IV. An possit ipse vel alius loco ipsius numerata custodi pecunia, vel pretio interveniente, parare effugiendi locum? Casista* nonnulli Pontificii respondēt de omni reo, quocunq; modo quacunq; de causa incarcerato, quod id fieri possit: quia illud est tantum redimere vitam omni meliori modo, quo potest: Ex jure a, quod habet reus conservādi vitam suam etiā oritur, ut possit reus assumere media ad eum finem conducentia. *Filiuccius distinguit* inter pecuniæ vel pretii intervenientis numerationem: vel *enim* fit directè & cum nominato contractu de aperiendis ad effugiendum carceris exitibus, *vel* cum innominato contractu ad hunc

conscientia possit? Respond. *omnino*, quia illud nullâ lege divina prohibitum est, quia detegitur hoc ipso persecutoris vanitas. Hæc iterum debemus B. *Dorscheo* in Aphor: Colleg. MSC. §. 573. tract. seqq.

XI. *Cista mystica in Bacchicis Orgiis.*

ALbertus Rubenius dissertat. de nummo Augusti, cujus epigraphe ASIA RECEPTA in cujus postica parte expressi sunt gemini angues adversi caudisq; in spinis suis inter se impliciti medio inter illos victoriæ simulacro varia & elegãtia cõmentatur inter alia p. 264. Cum igitur alibi quam Romæ nummi signati sint, ego non dubito affirmare illos in Creta insula percussos esse, atq; denotare duos illos angues, qui Cretensium insigne sunt. *Goltz. in Insul. Græc. tab. 3.* qui habent duos serpentes, eodem modo implicitos, & inscriptione ΚΡΗΤΑΙΩΝ. Alii etiam habent templum quoddam inter hos angues positum cum inscriptione ΚΥΔΑΙΩΝ ΑΡΙΣΤΟΚΛΗΣ. Quidam habent hos angues implexos, cum Jove intermedio & inscriptione ΚΥΔΑΣ ΚΡΗΤΑΡΧΑΣ. Ex quibus satis patet hoc Cretensium insigne gentilitium esse. Nec obstare dicit *Rubenius* p. 265. quod hi nummi literis Latinis inscripti sint, cum lingva Græca Cretenses uterentur. Etenim multos Impp. nummos reperias, qui quamvis in Syria vel Græcia cusi sint, literas tamen Latinas præferunt. Sic nummum Antonii habeo, in quo ab una parte Antonii caput est, cum inscriptione: IMP. ANTON. AUG. IMP. IV. COS. DES. III. III VIR. II. R. P. C. ab altera parte palma est in corona hederacea cum inscriptione ALEXANDER ÆGYPT. Qui nũmus cum sine dubio ullo Alexandriæ in Ægypto percussus sit, tn. Latinam inscriptionem habet - - Nunc videndum quare Cretenses in numismatis suis duos angves implicitos & cistam cum serpente impresserint; cum Creta insula nullum venenatum animal producat, testibus Diodoro Siculo, Solino, Aeliano, &c. Et respondet *Rubenius* p. 274. serpentes illi, quorum in Orgiis usus erat, fere erant ex illo angvium genere, quos Græci παρείας vocant, qui haudquaquam venenati sunt, nec quamvis mordeant aliquem, nocent illi; tales autem in Creta insula etiamnum reperiri testatur oculatus testis P. Bellonius l. 1. c. 18. Deinde Orgiastici illi serpentes, quibus in mysteriis utebantur, haud semper veri & vivi angves erant, sed sæpe ficti ex auro, vel alio metallo, ita draco ille, qui in Jovis orgijs per sinum eorum ducebatur, qui mysteriis initiandi erant, ex auro factus erat. Arnob. lib. . Ipsa novissime sacra, & ritus initiationis ipsius, quibus Sebaziis nomen est, testimonio esse poterunt veritati, in quibus aureus coluber in sinum demittitur initiatis, & eximitur rursus ab inferioribus partibus atq; imis.

De

De Ciſtis porro *Rubenius p. 270.* In Bacchicis Orgiis dracones aut ſerpentes ciſtis includebant; quod ex marmoribus antiquis patet, in quibus Bacchantium chori expreſſi ſunt, ubi ſemper ciſtula aliqua cum ſerpente incluſo cernitur; ut Romæ in vaſis marmoreis quæ extant in hortis Juſtinianæis, ſi rectè memini, ex quibus ciſtulas expreſſas hic exhibeo.

Clemens Alexandrinus in Parenetico Οἷαι δὲ καὶ αἱ κίσται μυστικαί; δεῖ γὰρ ἀπογυμνῶσαι τὰ ἅγια αὐτῶν, καὶ τὰ ἄρρητα ἐξειπεῖν. οὐ σησάμαι ταῦτα καὶ πυραμίδες καὶ τολύπαι καὶ πόπανα πολυόμφαλα, χόνδροι τε ἁλῶν καὶ δράκων ὄργιον Διονύσου Βασσάρου. *Quales autem ſunt ciſtæ eorum myſticæ? oportet enim ſancta eorum revelare, & arcana enuntiare: an non ea ſunt ſeſamides & pyramides, & lana bene elaborata, libaq; multis diſtincta umbilicis, ſaliſq; pugilli, & draco orgium Dionyſi Baſſari.* Sic & in vanno myſtica concluſos ſerpentes habebant. Plutarchus in Alexandro: Ἡ δὲ Ὀλυμπιὰς μᾶλλον ἑτέρων ζηλώσασα τὰς κατοχὰς

καὶ τοὺς ἐνθουσιασμοὺς ἐξάγουσα βαρβαρικώτερον, ὄφεις μεγάλους χειροήθεις ἐφείλκετο τοῖς θιάσοις οἱ πολλάκις ἐκ τοῦ κιττοῦ καὶ τῶν μυστικῶν λίκνων παραναδυόμενοι τοῖς θύρσοις τῶν γυναικῶν καὶ τοῖς στεφάνοις, ἐξέπληττον τοὺς ἄνδρας. *Olympias autem præ cæteris motum lymphaticum simulans, & fanaticum peragens ritum, horribiliore spectaculo serpentes mansuefactos trahebat thiasis ingentes, qui ex hederæ subinde & mysticis cunis obiter prorepentes, thyrsosq; & coronas circumplexi percellebant viros.* Erat autem τὸ λίκνον, sive vannus, ut Junius Philargyrus ait in 1. Georgicon, *vas vimineum latum, in quod propter capacitatem rustici congerere frugum primitias solent.* Sic & Hesychius λίκνον κανοῦν exponit, & Julius Pollux lib. 6. cap. 12. Τὸ δὲ νῦν κανίσκιον κανήτιον ἐκάλουν, ὡς καὶ τὸ λίκνον κάνητα.

Ex his nullum dubium est, Cretenses cistam cum serpente in nummis suis signasse ob Orgia Bacchica, quæ apud eos celebrabantur; quod & corona hederacea adiecta indicat.

Eandem ob rationem etiam Macedones cistam mysticam aliquando nummis suis impresserunt, ut apud Golzium in Græcia tab. 34. quia & ipsi Orgia hæc apud se inventa gloriabantur; hinc & Bassarides fæminæ Bacchi comites peculiari significatu vocantur μακέται, ut constat ex Eustathio ad Iliad. Rhapsod. quod observavit Casaubonus ad Athenæum l. 5. c. 7. Atque hæc satis de cista.

Eadem causa adferri potest, quare Cretenses duos angues implexos in nummis suis impresserint. Etenim in Bacchanalibus *pars sese tortis serpentibus incingebant.*

Sed cum videam ab una parte nummorum Cretensium cistam sacram cum serpente cerni, ab altera hos duos angues eodem modo semper implexos, hic aliud quiddam mysticum latere credo.

Cretenses cum alia omnia mysteria Cereris, Bacchi & Magnæ matris cum aliis gentibus communia celebrarent, tum hoc peculiare habebant, quod ipsi sacra Jovis etiam cum Orgiis peragebant; quod nusquam alibi fiebat. Strabo lib. 10. postquam de Phœbi, Musarum, Cereris, Bacchi, & Matris DEUM Orgiis egit, Ἐν δὲ τῇ Κρήτῃ, inquit, καὶ ταῦτα, καὶ τὰ τοῦ Διὸς ἱερὰ ἰδίως ἐπετελεῖτο μετ' ὀργιασμοῦ. *In Creta præter hæc peculiariter Jovis sacra celebrantur cum Orgiis.* Hinc Jupiter Sabazius vocabatur, & Orgia hæc Sabazia sive Jovis Sabazii sacra: Sabazii enim vocantur Dij illi, in quorum honorem Orgia celebrantur. Sic Thraces, qui Dionysiaca Orgia peragebant, Bacchum Sabazium

zium vocabant, ut notat Scholiaſtes Ariſtophanis in Veſpas & in Aves. & Suidas ex eo in V. Σαβάζιος. V. etiam Harpocrationem & notas ibi Philippi Jac. Mauſſaci. Phryges econtra, qui Magnæ Matris & Atthidis Orgiaſtæ erant, Atthidem hoc nomine appellabant. Strabo lib. 10. Καὶ ὁ Σαβάζιος τῶν Φρυγιακῶν ἐστὶ καὶ τρόπον τινὰ τῆς Μητρὸς &c. Et Apulejus lib. 8. Metamorph. *Omniparens Dea Syria, & ſanctus Sabazius.* Eodem modo Cretenſes, ut exiſtimo, qui ſoli mortalium ſacra Jovis cum Orgiis celebrabant, Jovi in ſacris ſuis hoc nomen tribuebant: Τὸ γὰρ εὐάζειν οἱ βάρβαροι σαβάζειν φασίν. ὅθεν καὶ τῶν ἑλλήνων τινὲς ἀκολουθοῦντες τὸν εὐασμὸν Σαβασμὸν λέγουσιν, ut ait interpres Ariſtophanis in Aves. Hinc Jovis Sabazii mentio in antiquis inſcriptionibus apud Gruterum p. 22. Valer. Maximus lib. 1. cap. 3. *C. Cornelius Hiſpallus prætor, qui Sabazii Jovis cultu ſimulato mores Romanos inficere conati ſunt, domos ſuas repetere coëgit.* Huic Jovi Sabazio ſacri erant dracones. Artemidorus Oneirocrit. lib. 2. c. 13. δράκων ὁρώμενος σημαίνει καὶ θεοὺς πάντας οἷς ἐστὶν ἱερός. εἰσὶ δὲ οἵδε. Ζεὺς Σαβάζιος (ita legendum, non σεβάσμιος, ut bene vidit Rigaltius) ἥλιος, δημήτηρ καὶ κόρη, ἑκάτη, ἀσκλήπιος, ἥρωες. *Draco viſus ſignificat etiam deos omnes quibus ſacer eſt; ſunt autem hi, Jupiter Sabazius, Sol, Ceres & Proſerpina, Hecate, Æſculapius, & Heroes.* Hinc aliquis credat in nummis Coriciorum apud Golzium in Inſulis Græciæ tab. 3. num. 9. ubi ab una parte ciſtula ſacra expreſſa eſt, ut in aliis Cretenſium; ab altera caput lauro coronatum cum ſerpente, qui circumvolutus eſt baculo, id Jovis Sabazii caput eſſe, non Æſculapii, ut in ΚΥΔΑΙΩΝ nummis idem caput viſitur, ſed ſine ſerpente, & ab altera parte aquila. non tamen id affirmo. Sed ut ad Orgia Jovis revertar, in his varii concubitus Jovis in draconis ſpecie exprimebantur. Julius Firmicus de Errore profanarum religionum cap. 11. Sabacium colentes Jovem, anguem, cum “initiantur, per ſinum ducunt. Adhuc primi erroris vitia graſſantur; & quid- “quid hominem perdidit colitur, & funeſti angvis calida & malitioſa crude- “litas adoratur. Repræſentabatur autem per anguem hunc, qui per ſinum ducebatur, concubitus Jovis cum Proſerpina, cum qua coiſſe eum credebant in forma draconis. Clemens Alexandr. in Parenætico: Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις ὁ διὰ κόλπου Θεός. δράκων δέ ἐστιν οὗτος διελκόμενος τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων. ἔλεγχος ἀκρασίας Διός. *Sabaziorum certe myſteriorū ſignū eſt iis qui initiantur, DEUS qui ſinū pervadit: eſt autē is draco qui extrahitur a ſinu eorum qui initiantur, evidens argumētum Jovis incontinentiæ.* Eadem habet

Ar-

Arnobius l. 5. adversus gentes. Sic etiam credo, duos angues ita implicitos symbolum fuisse quod in istis Jovis Orgiis usurpabant; ob concubitum nempe Jovis cum Rhea matre, cum qua in dracænam versa coiit ipse in draconem mutatus. Athenagoras in Legatione pro Christianis de Jove: *Matrem Rheam, quæ concubitus ejus respuebat, persecutus est, & cum ille se in draconem convertisset, mox ipse draco factus mixtus est cum illa Herculeo, quem vocant nodo adstricta; cujus concubitus species in caduceo Mercurii spectatur. Post etiam Proserpinam filiam similiter sub draconis specie violavit, & Dionysium ex ea genuit.* Porro hujus concubitus speciem in his nummis expressam esse mihi persvadet nodus ille quo duo angves inter se conjuncti sunt; etenim *hi dracones parte media voluminis sui invicem nodo quem vocant Herculis obligantur.* ut de caduceo Mercurii scribit Macrobius lib. 1. cap. 16. De nodo Herculano videndus Oribasius de laqueis cap. 8.

Orgia Bacchi à Noacho instituta esse audacter asserit *Jacobus Bold... cus Capuccinus de Oggio Christiano l. 2. c. 6.* deducens ex antiquitate, quibus ceremoniis Ægyptii celebrarint, *cap. 7.* Europæi cap. 3. primum Bacchum dicit fuisse *Noachum* c. 8. secundum Bacchum, *Melchisedecum*, & nescio quæ *typica mysteria S. Eucharistiæ* quærit. Lib. III. c. 15. tractandum sibi sumit *Mysteria gentilium non ab alio, quam à vero DEO primum instituta, sed sensim, arte, & invidia Diaboli multis modis conspurcata fuisse, & illos sub nomine Vestæ verum DEum adorasse* cap. 16. *Sacrarium in quo divina ... sub nomine Vestæ advocata fuit, fuisse lapidem simplicem*, quiq; ab Augusto *lapis Capitolinus* appelletur cap. 17. Magnam prorsus convenientiam sacrarii Vestæ fuisse cum *Propitiatorio*, & *Cherubinis*. Vix ferendus hic discursus. Non absimilis *Jacobi Hugonis* in histor. *Romæ, vel L...* supr. Mens. 1. c. 34.

Edoardus Baro Herbert de Cherlibury & Castri Insulæ de Keri in Hibernia & á sacris Belli Consiliis Regibus optimis Jacobo & Carolo, de Religione Gentilium Amstelod. excus. 1663. p. 137. meminit, magnum *Vossium* antiquissimum Bacchum dixisse Noe fuisse, ut alius tn. sit Osiris alius Bacchus, sive Liber ille qui expeditionem Indicam suscepit aut magis stricte loquendo Arabicam. Bacchus hic Arabicus fuit Moses (*pergit Herbert.*) ut post *Sanfordem* nostrum placuit clarissimo *Vossio*. Postea ex iisdem authoribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

á *Grutero* inter tot Inſcriptiones inveniatur. Vera tituli ſenten-
tia videtur : *Cecropius voti compos votum ſolvit.* Origenem for-
te duxit à Cecropio, antiquo Athenienſium Rege. Vota por-
ro tabellis & fictilibus inſculpta, non adeo novum, at in marmo-
nullum in hunc diem occurrit. Eòne factum, ut voventis po-
tentiam, ſeu liberalitatem donantis indicet? vel quia Iſis in
pompa ſacra manum oſtentaverit? Mirum tn. videtur Romanæ
conditionis hominem Ægyptiis ſimulacris vota ſolviſſe (vid.
Analect. noſtr. Menſ. l. p. 50.) Cuinam donarium hoc fuerit ſacra-
tum non definit *Thomaſinus*, an Jovi Ammoni & Æſculapio
indicare videntur Arietis caput, ac ſerpens qui manum ambit,
vel Lucinæ, vel Iſidi. Manus in hunc modum eſt conformata,
ut ſupina pollicem, indicem, & medium ſive impudicum pal-
ſos referat, elevet atq; extendat annularem atq; minimum con-
trahat, quo pictores ab omni ævo Servatoris noſtri dextram ſi-
cræ Crucis teſſeram effigiant. In intima parte manus docu-
Thomaſino cap. 5. ſe offert in carpo *puellus* in amplexu matris ſuæ
viter in lectulo ſpecie ſigmatis effigiato decumbentis, tali-
veſte, palla np. ſeu ſtola obtectæ. *Stola* vero matronæ pudi-
citiam denotat: Votum Magnæ DEUM Matri, ſive natu-
genetrici *pro ſobolis â conjuge matrona lectiſſima ſuſceptæ ſalute reddi-*
ſolutum indicaetur. Huic numini dicatum putant nonnulli inde
quod ejus ap. Ægyptios non exigua autoritas, quandoquidem
Deorum ea mater plurimumq; pueris in ipſius tutela præſidio
eſſet á qua & accepta reſponſa, notum ex monumento Patav.

ISIDI
SACRUM
EX MONIT.
EJUS D.D.
L. VALERIUS
MEMOR
VI. VIR. AUG.
L. D. P.

Cap. 9. declarat *Thomasinus* extimam partem his: Temporis utpote progressu natura morbi dignoscitur ex angve, seu ceraste in digito indice. Oculis is videtur orbatus. Et certe vermes sæpius vexant infantes. Rotundos nempe lumbricos, dum adhuc in utero sunt pueri, nasci, tradit *Hippocrates* l. 4. de morb. é sangvine computrescente, & redundante iisq; ut verè monet *Celsus l.* 4. c. 17. pueros magis exercent. Eum, si quis forte curiosior angvillam putet morbi medium significabit fuisse lethale, ut è manibus parentum infans ad lacum Stygium elaberetur ferme in angvillæ modum. Quo etiam Symbolo hominem fugientem rem aliquam, nulla consequendi spe, indicavere Ægyptii. Quid si puello vitā precatur parens tranquillam & à seditione remotam? Discordias nempe angvilla non inepte denotat, quandoquidem nonnisi turbata aqua capitur. Sed & angvis non raro laborantem demum habiliorem ac de morbo sqvalorem deposuisse connotat. Quemadmodum enim positis illis exuviis rejuvenescit, pariter & convalescentes amissis spoliis ad sese redeunt. Puero fortassis dominium auguratur Heroibus sacer serpens, animal spiritus vitæq; tenacissimum, visus acutissimi, adeoq; Palladi sacrum. *Crocodilus* vero inter pollicem & indicem repens, ut multæ rapinæ animal parentum perniciem refert. Quidni enim puero sapientiæ accessionem, & silentium sapientibus probatum, Deæq; Isidi acceptum ominetur. In hanc rem Patavii apud Bassianos, monumentum est in saxo rubro

ISIDI
SIG. HARPOCRATES
C. DIDIUS.
ACUTIANUS
DON. DED.

Quinimo hoc animal nonnullis silentii symbolum. Ratio ex Plin. l. 8. c. 25. *Unum hoc animal terrestre lingva caret.* Sed

ribus comparationem quandam instituit Herbertus inter Bacchum & Mosen, demum concludens. *Sed de his satis* superq; ; neq; enim multum refert ea adducere, quæ confinxerint olim Græci, sive alluserint alii, quorum nobis meritò suspecta fides. Concludat insignis locus *Euseb. l. 2 de præparat. Evangel. c. 3. qui sic*: Ac primum ecce tibi homines furoris œstro perciti Bacchum Mænolen solemnibus Orgiis celebrant ὀργιάζουσι, crudarum carnium helluatione sacram insaniam peragentes " τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες cæsarumq; victimarum partes dividunt serpen- " tibus coronati ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν Evamq; illam vastis ululatibus " inclamantes, per quam janua est non modo errori, sed ipsi morti " quoque patefacta. Et sane cum Orgiorum Bacchicorum sit quasi " quoddam insigne serpens arcano ritu consecratus, tum vero si accu- " rate vocem Hebraicam interpretari velis Heva cum aspiratione gravi- " ori serpentem fœminam notat. Deinde Ceres & Proserpina in my- " sticum & fabulæ genus transiere, quarum errores, & raptum, & lu- " ctum nocturnis facibus Eleusis illustrat. Ac mihi quidem tanti est " propriam Orgiorum & Mysteriorum notationem excutere. Orgia " sane ἀπὸ τῆς ὀργῆς, hoc est ab iracundia nomen accepere, quâ Ce- " res adversus Jovem exarserat. Mysteria vero ἀπὸ τοῦ μύσους, hoc " est ab execrando scelere, quod circa ipsum Bacchum contigerat. " Quod si vocem istam á Mysunte quodam Attilo derivare placet " quem Apollodorus in venatione periisse testuatr, eqnidem hoc vobis " nihil invideam οὐ φθόνος ὑμῶν δεδοξάσθαι, ut mysteria vestra sepul- " chrali cum nomine, tum etiam honore decorentur - - At malè per- " eat, quisquis tantæ vecordiæ hominum generi author fuit, seu Dar- " danus, qui Matris DEUM mysteria docuit: seu Eetion, qui Samo- " thracum Orgia cum eorum initiis protulit καὶ τελετὰς ἀποστησάμενος " seu Phryx ille Midas, qui cum ab Odrydo callidam & artificii plenam " fraudem accepisset, eam postmodum in subditos suæ ditioni sparsit. " universos.

XII. *Cecropii votum.*

CECROPIUS. V. C. VOTVM S.

INstituit *Cecropius*, vir clarissimus, non Consularis, judicio *Jacob. Philip. Thomasin.* tractat. *Manus Ænea Cecropii votum referentis* Amstelod. 1669. 4, pag. 34. cum nec inter Consules, nec

Plinius non denegat lingvam Crocodilo, sed usum innuit ob-
scurum.

Flagrum manubriatum ejusdem sacris usurpatum ex *Apule-*
perspicuum est. Ovid. Fast. 4. *Et feriunt molles taurea terga ma-
nus.* Quo in memoriam revocârunt, sapientissimos Lacon-
hoc ipso mortalium animis, & adversam fortunam, quinim-
tolerantiam insinuasse. Quid si puelli mater initio conjugii, ex
sterilitatem averteret in æde *Junonis*, quemadmodũ moris erat
sacerdotis etiam Lupercalis flagrum è tergo arietino explora-
verit (Tu vide huc *Johann Heinrici Meibomii epistolam de Flagrorum
usu in re Veneria, & lumborumq; renumq; officio.* Lugd. Batav.
1643. 4°.)

Medii porro digiti *Rana* morbi declinationem osten-
dit. Ea namq; hominem, qui diu vi morbi sese movere non
potuit, denuo progredi significat. Postquam enim orta pe-
dum usu destituitur, ætatis progressu posticis primum pedibus
utitur. Nec aliter intelligendum putat T*homasinus*, Horum
Apollinem hieroglyph. l. II. ubi tradit animalculum hoc pri-
mum sine pedibus nasci dum augetur, pedes assumere poste-
ores. Qui & hieroglyphic XXIV. hominem nudum in utero
efformatum ranâ intelligi præcipit. Forsan & puellus Cecro-
pii ortus sui initia satis dubia habuit. Cæterum & Mœcenati
erat ea sigillum, quæ silentii testis arctam fidem unice obser-
vandam significabat. Eamq; fortassis terrestrem putaverim,
quæ in vepribus tantum degit rubetæ appellatione, usq; plane
muta & vocis expers. In quem etiam modum puer amissa
voce, & desperata salute, terræ tradendus videbatnr.

Verum & *Serpentem* omnium consensu Æsculapio dicatum
narrat *Pausanias*, & Val. Maximus siquidem autor ille medici-
næ valetudinem homini reddit, ne dicam, quod plurima inge-
nus humanum remedia ex hoc animalium genete depromun-
tur, unde & salutem promittit. Serpente igitur, cui caput crista-
tum

tum, aſſurgente inter 4. & 5. digitum, parentibus pro ſalute pueri ſacrificantibus, mox pueri ſalus emergit. Plura etiam numiſmata draconem SALUTIS titulo referunt. Vigilantiſſimum eſt animal, ſic & medicus. Per ſomnium viſum impetium pollicetur. Divinæ naturæ putarunt eſſe quod vivaciſſimus, cui incumbere videtur accipiter, quia prolificus & vivaciſſimus. Apollinis apud Homerum internuncius &c. Forſan & hic puello ingenium ominatur rebus agendis per neceſſarium.

Voto jam ſoluto, puer quidem convaluit, ſed paulatim *teſtudinis* exemplo in minori digito repentis, diutiuſq; domi manſit. Hoc nempe animal mutum eſt, elingue, tarde incedens, domum ubique ſecum circumfert, quæ omnia puero debili convaleſcenti vere conveniunt, Cybeles ſacris conveniens.

Hoc vero ſub autumnum contigiſſe veriſimile eſt ex *Libra* menſis Septembris, quo dies noctesq; pari lance procedunt. Septimo nempe menſe valetudinem recuperavit. Tres quippe digiti manus extenſi dies bis centenos indicant, qui ſex menſes dieſq; vicenos conficiunt. Quid ſi pertinacis mali dixerim præmaturum puelli ortum. Forſan & puellus diuturno morbo afflictus, ſeptimo menſe convaluit. Haly judicio. *Libra* conformitatem & moderationem adfert corporibus, imo quibuſdam victoriam denotat. Et ſic puero reſtituto conjugalis ſocietas crevit. Inde opum lætitiæq; incrementa. Mercurio negotiis favente, cui caduceus eſt peculiaris binis anguibus indicans prudentiam, & calliditatem forſitan & geneſin. Orationis etiam promptitudinem parentes forte filio precabantur, quam Aſtrologi Mercurio in Ariete tribuunt *Apulei. LXI. met.* *Cornucopiæ* appictum, felicitatem, abundantiam, bonum eventū & pacem notat, quo etiam fœdera conciliabantur. *Horat, ep. l. 1, ep. 12,* - - - - *aurea fruges*

Italiæ pleno diffudit copia cornu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Hunc in modum *Trajani* nummo cum cornu copiæ, & caduceo inſcriptum

FELICITAS. AUG.

Quid autem vicino huic *clava*? Thyrſum arbitror Caulis enim eſt in columnæ modum rectus, ſeu cum Pierio, telum ligneum circumfuſa coopertum hedera. Hedera vero corymbos ferens nigros, ſacra fuit Dionyſio, qui Ægyptiis eſt Oſiris &c. Caduceo autem ſociata, virtutis paciſque eſt Symbolum. *Inſtrumenta præterea* muſica lætitiæ ſacriſque peragendis dicata, quid velint, niſi parentum ſupplicationes & vota? Ea namq; ex *Livii lib.* 29. didicimus ſacrificiis Saluti dicatis, fuiſſe adhibita, ſed & Galli Sacerdotes, atque Curetes Cybelem in tympanis colebant, è buxo tibiam comitantibus Buxeam porro tibiam, ut in ludis argenteam Matris DEUM Sacris adhibitam tradit. *Ovid. Metamorph.* XIV. fab. XII. Ejus uſum & figuram tradit, *Apu ei XI.* metam *l. Ibant & dicati magno Serapi tibicines:* qui per obliquum *calamum ad aurem porrectum dexteram, familiarem templi Deique modulum frequentabant.* Qua etiam in ſacris jam DEUM adeſſe indicatum fuit &c.

EX Jacob. Phil. Thomaſin de donar diſce c. 5. Vota fiebant *vel cum* deprecatione, *vel* adoratione. Græci uno vocabulo προσκυνεῖσθαι ſignificarunt. *Quidam* humi more Perſarum proſtrati vota peragebant, *alii* ad terram inclinato capite: *nonnulli* flexis genibus, *alii* manuum protenſione & elevatione. *Romani* ex Pyrhagoræ inſtituto capite velato ſedentes adorabant. Et quidem vittis, mitris, coronis, capita velabant, & aliquando inter ſacra, veſtes ad aures uſq; attollere ſolebant ut humiliores ſe oſtenderent, vel ne inter orandum triſte quid aut ignominioſum aliunde occurreret, quo animi religioſa attentio turbaretur. Saturno vero Romani aperto capite ſacra faciebant tanquam veritatis Numini, cui nihil obtegere poſſent; Honori DEO itidem, quia aperta & patens ſit gloria. Compreſſis etiam

am digito dextræ, labris, & osculis quod pauperum erat, quamvis & Principum id fuisse ex *Svetonio* notum, qui de Claudio *manu veneratus est* Apulei. l. 4. Miles. de Psyche. *Antiquus Græciæ*, inquit Plinius nat. H. l. XI. c. 45. *in supplicando mentum attingere.* Imo vota facientes & supplicantes barbam tangere solitos observav. *Homerus.* *Turcæ* vero adventantibus hodieq; barbam tangere in veneratione habent. Aliquando vota fiebant pressis Deorum vestibus & genibus. Stando vota fiebant. Interdum taciti vota murmurabant. Manus abluebant Tibull. l. 2. eleg. 1. v. 13.

Casta placent Superis, pura ac veste venite
Et manibus duris sumite fontis aquam.

Quo adducitur *Judith cap. 16. 22.* Vota etiam publica quæ pro Imperii æternitate pro felicitate Principis, pro re feliciter gesta, nonnunquam pro salute Civium verbis solennibus concipi solebant, *aliquando praeunte Pontifice* Maximo, conceptis verbis, ex tabb. scriptis fiebant *Plin. l. 8. c. 22.* ne quid præpostere diceretur, ut ex *Livio VIII.* patet. Hac tamen lege ne interveniret luctus, quem inauspicabilem, ac detestabilem execrabantur. De Decimis Herculi á Sylla oblatis, Plutarchus. *Medio hoc epulo, quod multorum fuit dierum, decessit ex morbo Metella. Quia vero vetuerunt Sacerdotes ei illam adire, vel funere domum ejus pollui, misit ei libellum repudii Sylla, jussitque spirantem adhuc in aliud domicilium transferre. Atque hac in re curiose ex superstitione servavit: at legem funerariam quam tulerat ipse, convulsit nullo habito sumptus modo. Luctus* igitur alienus erat à votis. Hinc apud veteres superstitioni ac idololatriæ deditos celebrata fuere *Taurilia* Marti sacra, *Sueove taurilia*, ex ovibus & sue appellata; itemque *Pulvinaria*, *Lectisternia.* *Pervigilia*, *supplicationes*, *Funalia*, *Pocula* & præsertim Diis epulæ dapesque opiparæ dicatæ erant, cum enim nihil quicquam cibi, potionisque sumere potuerint falsa eorum numina, sed sacerdotes eorum gulosi & ebriosi Idolis apposita devorabant &c, Multi sunt Ca-

nonistæ & Moralistæ de votis quos vide si licet, & vacat. Benè concludit *Petrus de Murga* in disquisitionibus Moralibus *Tom. II. disquis. I. Dub. 13. n. 86.* Vota & juramenta Stulta nullius apud Deum sunt valoris, prout tradit Corduba in communi.

XIII. Publicani nomen apud Romanos honestißimum.

PUblicanorum munus apud Romanos honestissimum fuit, eò quod ex honestissimo ordine equestri, qui vectigalia populi Romani exercerent, essent delecti, de quibus *Tullius* Orat. *pro Planc. hæc ait*: *Qui ordo quanto adjumento sit, & honore, quis nescit?* Flos *n. equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum Reipublicæ Publicanorum nomine continetur.* Et orat. pro Lege Manilia, ubi de Asiæ vectigalibus, & ad Q. Fratrem de regimine præfecturæ Asianæ. *Apud Judæos tamen, maxime Christi tempore, id muneris odiosum*, & infame habebatur, ideoq; à Magistratibus publicis una cum cæteris turpibus personis prohibebatur, quin & ab eorum consvetudine, ut Ethnicorum, quod peccatores publici reputarentur, Judæi abhorrebant. Matth XVIII. *Sit tibi tanquam Ethnicus &c.* Id ea maximè ratione, quod in publicanorum negociatione multæ fieri soleant injuriæ, & vexationes debitorum; cum vero Hebræorum gens liberam se esse, utpote ex Abrahamo ortam censeret, ad pendendum tributum per eos cogi maxime odiosum habebant; præsertim si qui ex sua gente id muneris pro Romanis administrarent, Claudat hanc notam *Suidas*: Criminosum erat Publicani, *inquit nomē apud Veteres, Publicanus alienæ rei particeps, aperta violētia, impunita rapina; negotiatio nulla ratione constans,* ἀναιδὴς ἁρπαγὴ, ἀναίσχυντος πλεονεξία, πραγματεία λόγον οὐκ ἔχουσα. Lepidū etiā *Jamblichi* scomma in publicanum vid. ap. eundem in voce τελώνης p. 881. T. 2.
,, Reddidit torquem publicanus mercatori. Jam etiam deponent lupi
,, agnos ex ore eductos θήγουσι. Et leones â suis dentibus liberatos, tra-
,, dent hinnulos matribus. Quandoquidem & publicanus dimisit prædalem. Hæc *Fr. Scorsi* not. in Theophan. homil. p. 47. vid. *Baron.* T. I. ann. ad ann. XXXI. n. 73. & *Caspar Waser. de antiquis nummis Hebræor. l. 2. c. 17. & 18. prolixè & eleganter*, habetur T. VIII. Bibl: Critic. col. 926. seqq. Hierosolym. Sanhedr. fol. 23. 3. querela: Mortuus est quidam è discipulis Sapientum & non exhibita est ei misericordia. At mortuus est quidam publicanus, & ab operibus suis cessavit tota urbs, ut exhiberent ei misericordiam i. e. curarent funus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

I. N. J.

MENSIS V.

I.

De Catechumenis notatu digna.

VIgente in Ecclesia severiori disciplina, anxie admodum & solicitè cavebant S. Patres, ne ulla sibi esset cum impiis, profanis & impuris hominibus communicatio, quos non solum â mysteriorum participatione, sed ab ipso etiam aspectu arcere solebant. Ideo cancellis & velis Ecclesiarum sanctuaria undiq; clausa erant, ne quispiam in ea aut nondum Christiana fide imbutus, aut aliqua sorde pollutus introspiceret. Cumq; inchoarentur eorundem mysteria solemnia, omnes indigni à Diaconis ejiciebantur, donec priores vitæ maculas præscriptis purgationibus eluissent, hinc missa *Catechumenorum*, & *fidelium*. Et illa quidem duobus vel tribus primis Ecclesiæ seculis, aliquot precibus & Psalmis constabat, quibus absolutis voce Diaconi dimittebantur Catechumeni & alii, qui Missæ fidelium adesse non poterant. Sed cum postea S. Patres & Episcopi animadvertissent sermones & scripturarum expositiones, ad infidelium conversionem, cæterorumq; instructionem multum conferre, admissi sunt omnes in Ecclesia, donec lecto Evangelio fieret sermo; quo habito, & illis exclusis *Missa fidelium* incipiebat. Ita sâncitum in Concil. Carthagin. c. 4. c. 84. *ut Episcopus nullum probibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum DEI, sive gentilem, sive hæreticum, sive Judæum, usq; ad missam Catechumenorum.* Edicti rationem reddit Concil. Valentinum Hispaniæ cap. I. *Sic enim Pontificum prædicatione audita nonnullos ad fidem attractos evidenter scimus.* Vener. Beda l. 2. Comm. in Esdram ipsos Catechumenos *novæ vitæ auditores* appellat, & ante ipsum *Isidor l. 7. Orig:* c. 14. Catechumenus dictus est pro eo, qui adhuc doctrinam fidei audit, necdum tamen Baptismum percepit, nam Catechumenus græce auditor est. Nemo admittebatur ad Baptismum nisi præmisso tyrocinio: & si quis infans baptizabatur, susceptores se illos docturos spondebant, cum ad ætatem capacem pervenissent. Non omnia ta-

men religionis nostræ mysteria nec ipsum quidem Symbolum fi-
dei ipsis exponebant: sed quædam reservabant, vel circa finem tyro-
cinii, vel post Baptismum. *Isidor. l. 2. c. 21. de offic: Eccles.* Symbo-
lum Catechumenis traditum non fuisse, nisi cum mox baptizandi e-
rant & dicebantur *Competentes.* Ambros. ep. 33. ad Marcellin. soro-
rem, *Post lectiones*, inquit, *& tractatum dimissis Catechumenis, Sym-
bolum aliquibus Competentibus in baptisteriis tradebam.* Modus vero
qui in traditione Symboli servabatur accurate describitur in ordine
Romano in denunciatione scrutinii ad electos; præmissis n. exorcis-
mis lectisq; initiis 4. Evangeliorum, symbolum ipsis recitabatur
primum græce deinde latine addita præfatione parænetica, & subjun-
cta appendice in ejusdē Symboli comendationē. *Bona l. 1. c. 16. de Ps.*
Orationem quoq; Dominicā nefas erat Catechumenis discere, vel reci-
tare, sed eam audiebant post symboli traditionem adjecta singulis peti-
tionibus brevi & solida expositione, quam vide ap. *Cardinal. Johan.
Bona de rebus Liturgic. l. 2. c. 15.* Ratio additur p. 460. *ex Chrysost.
homil 21. in Matth.* qui enim non initiatus est non potest patrem ap-
pellare DEUM & lib. 1. cap. 16. p. 122. *Bona*, Ideo, *inquit*, interdicta
illis erat oratio ante lavacrum, quia ut loquitur *Cyprian. ep. 74. ad
Pompejum, Nativitas Christianorum in baptismo fit, nec potest DEum
Patrem* habere, qui filius Ecclesiæ non est. Filii ergo DEI, & fra-
tres fidelium non censebantur, nisi per aquam regenerati. *Canone 2.
Concil. 1. Arausicani* vetitum, ne cum Fidelibus benedictionem acci-
perent, sed seorsim, nec licebat Episcopis illis præsentibus manus im-
ponere super ordinandos *c. 4. Concil. Laodic.* aut baptizare, adeo ut
ab aspectu ejus lavacri removerentur, quod tantopere exoptabant.
Nullum vero Sacramentum studiosius celabant, quam Eucharistiam,
de qua propterea antiqui Patres & pauca scripserunt & obscurius lo-
cuti sunt; quia vel aderant eorum sermonibus non initiati, vel time-
bant, ne libri sive tractatus in manus illorum inciderent. Basilius l. de
Spiritu S. ad Amphilochi. c. 27. *Quæ nec intueri fas est non initiatis,
non conveniebat eorum doctrinam scripto publicitus circumferre.* Quod
si aliquando de hoc mysterio mentio habenda foret, illud ea peri-
phrasi obvolvebant: *Norunt fideles* Augustin. in Ps. 33. *Nondum
erat*

erat sacrificium verum, quod fideles norunt. In Ps. 39. *Sacrificium verum, quod fideles norunt* Chrysostomus h. 12. in Matth. *Eucharistiæ mysterium quanta* misericordia plenum sit, initiati solummodo noverunt. Usi autem sunt hac circumspectione Patres, *vel* quia putabant mysteriorum majestatem quodammodo imminui, si aperte coram Catechumenis, & profanis hominibus enunciarent: *vel* ut eorum desiderium in corde initiandorum magis accenderent. *Augustin. tract. 96. in Johann. ut ab eis tanto ardentius concupiscantur, quanto honorabilius occultantur.* Hanc disciplinam spernentes *Marcionistæ, ad omnia mysteria Catechumenos* cum fidelibus indiscriminatim admittebant *ut Epiphan. hæres. 42. Hieronym* in 6. *Galat* referunt. Etiam Eulogiæ, sive panis reliquiæ quæ distribui solebant post missam negabantur Catechumenis, ut constat ex cap. 7. Theophili Alexandrini cum ejusdem Balsamonis explicatione. Nam cum panis usualis, & communis aliquid in terram decuti anxiè, eo quod esset materia Eucharistiæ, Fideles paterentur ut loquitur *Tertullianus*; multo magis inconveniens existimabant frusta panis benedicti dare profanis & nondum initiatis, *Illis tamen dabant Sal,* non solum in Baptismate, sed etiam in Catechumenatu; ad quem ritum non autem ad Eulogias, respexit *Augustinus l. 2. c. 26. de peccat. mer. & remiss. Quod accipiunt Catechumeni, quamvis non sit corpus Christi sanctum est tamen, & sanctius, quam cibi, quibus alimur, quoniam sacramentum est.* Et lib. 1 Confess. c. 11. agens de suo catechumenatu. *Audieram ego,* inquit, *adhuc puer de vita æterna nobis promissa per humilitatem filii tui Domini DEI nostri; & signabar jam signo crucis, & condiebar ejus sale.* Canon 5. Concil Carthag. III. *Placuit ut etiam per solennissimos Paschales dies Sacramentum Catechumenis non detur,* nisi solitum sal. Vid. Tom. 1. Concil p. 710. Post baptismum vero egressi de lavacro, *mel & lac degustabant*, tanquam Symbola mysticæ infantiæ Tertull. l. 1. de Coron. milit. c. 3. *Inde suscepti* ait *ex fonte* lactis & mellis concordiam prægustamus: *Hieronym. adv. Lucifer.* dicens: *Multa quæ per traditionem in Ecclesiis observantur autoritatem sibi scriptæ legis usurpaverunt: veluti in lavacro ter mergitare caput,*

deinde egreſſos lactis ac mellis guſtare concordiam ad infantiæ ſignificationem. Porro *Catechumeni in varias olim claſſes diſtincti.* Nam primo infideles declarabant ſe fidem Chriſti amplecti velle, tum privatim in aliqua domo Paganiſmi falſitatem edocebantur: poſt hæc admittebantur ad Conciones audiendas, deinde in eadem Eccleſia precum & orationum participes effecti poterant in genua procumbere: demum datis nominibus in albo eorum ſcribebantur, qui mox ſacro fonte abluendi erant. Singularum claſſium *ordo & nomina* Can. 7. Concil. I. Conſtantinopol. ſic exprimuntur. *Primo die ipſos Chriſtianos facimus, 2. catechumenos, 3. exorciſamus ſive adjuramus ipſos ter ſimul in faciem eorum & aures inſufflando, & ſic eos catechizamus, ſive initiamus & curamus, ut longo tempore verſentur in Eccleſia, & audiant ſcripturas, & tunc eos baptizamus.* Idem ordo etiam indicatur can. 95. Concil. Trullani. Alias in 4. claſſes diſtincti, ita ut fuerint 1. *audientes*, 2. *ſubſtrati*, ſive *genua flectentes*, 3. *Competentes* 4. *Electi.* Quidam n. ab infidelitate ad fidem converti deſiderantes audiebant in Eccleſia verbum DEI ſed nondum petebant baptiſmum, & ii dicebantur *Audientes.* Alii audito ſermone procumbebant in genua, & orationum Eccleſiæ aliquo modo participes erant, & vocabantur *Subſtrati.* Alii in fide rectè inſtituti Baptiſmum petebant, & dicti ſunt *Competentes.* Qui vero ex iſtis in albo baptizandorum deſcripti erant *Electi* nuncupari ſolebant. *Auguſtinus ſermone 116. de tempore* Competentium nomen eo deducit, quod gratiam ,, Baptiſmi ſimul peterent. Competentes dicuntur ſimul petentes, ,,quo modo conſedentes nihil aliud eſt, niſi ſimul ſedentes, & collo- ,, quentes, nihil aliud eſt niſi ſimul loquentes &c. Sic etiam *Iſidorus l. 2. de Eccleſ. off. c. 21.* Hæ duæ claſſes *Catechumenorum, & Competentium* à Sanctis Patribus commemorantur. In Codice MSC. Reginæ Svecorum num. 914. extat antiquiſſima collectio Canonum & poſt eam ſermo ad conjugatos ſine nomine auctoris, in quo omnes compellans, qui adeſſe ſolebant concioni fideles & pœnitentes ſine claſſium diſtinctione; catechumenos autem & competentes diſtinctè nominat. *Audite*, inquit, *cariſſimi, membra Chriſti, & matris Ca-*

tho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

-bolicæ filii. *Quod dico Competentibus, audiant fideles: quod dico Fidelibus audiant Competentes: quod dico Competentibus & fidelibus, audiant Pœnitentes, quod dico Fidelibus, competentibus, & Pœnitentibus audiant Catechumeni. Audiant omnes, omnes timeant, nemo contemnat.* In primordiis Ecclesiæ & cum necessitas exigebat, *nullum tempus Catechesi præfinitum erat.* Postea visum Patribus ut diu persisterent in ediscendis fidei rudimentis, certo tempore instructioni præfixo, diverso tamen pro regionum & personarum varietate. *Concilium Eliberitanum* Flaminibus triennium præscripsit c. 4. Quid sint hoc loco *Flamines*, disce ex *Gabriel. Albaspin.* not. in canon. Concil. Elibertin. " p. 189. Flamines scribit, *id est Christiani, qui sacerdotio gentilium fungebantur*: quamvis enim non liceret Christianis hæc munia & hono- " res gentilium ambire & persequi; nonnulli tamen aut ambitione du- " cti, aut coacti hæc sacerdotia suscipiebant: cum n. apud popula- " res aliquo in honore essent Flamines, & populi gratiam muneribus, " aut ludis facilè sibi conciliarent, reperiebantur inter Christianos, qui " spreta religione hos honores flagitarent: nonnulli etiam inviti ad " ea munera cogebantur: quia erant patrimonialia, â quibus nemo ex- " cusabatur, ut ex Codice Just. manifestum fit, & ex Hieronymo in vita " Hilarionis: *His de causis reperiebantur Christiani, qui essent Flamines gentilium, in quos Hispani Pp. has pœnas constituerunt. Neq; vero audiendi sunt, qui putant hic agi de Christianis, non qui erant re ipsa Flamines, sed qui ante lavacrum hae sacerdotia functi essent. Nam cur potius ageret de iis, qui fuerunt Flamines, quam de illis, qui nunquam fuerunt Flamines, qui nihilominus post fidem satrificaverant? Nonne ineptum videretur si canones ita se haberent: Sutores aut sarteres, qui post fidem sacrifisarunt, quia cum Flaminum, sutorum, sartorum non gravius sit peccatum, quam aliorum, si omnes illis Diis sacrificassent, non debuit canon hos potius corrigere, quam alios. Deinde & hac verba:* Flamines qui munus tantum dederunt, *indicant agi de Flaminibus, qui revera post lavacrum flaminia susceperant*, quemadmodum etiam illa *Flamines si Catechumeni* ostendunt agi de Catechumenis, qui actu & reipsa erant Flamines, non qui fuerant.

Fœminis quæ maritum sine causa reliquissent & aliis se copu-

lassent denegata communio etiam in fine c.8. prædicti Cõcil. Elibertin. vid. per totũ cõcil. Elibertin. & *Gabriel Albaspin. not. in canones hujus Concilii* reliquis biennium c. 42. Judæos 8. mensibus inter Catechumenos retinendos esse statuit *Agathense c. 34.* Ipsos vero lapsos Catechumenos 3. annis inter Audientes morari *Nicæna Synodus* sancivit c. *14.* Cum sæviente persecutione hæc spatia contracta fuissent, hæc ipsa Synodus c. 2. vetuit, ne id deinceps fieret, sed statuta tempora servarentur. Demum post aliquot secula redactum est ad dies 40. Inquirebant autem Episcopi & Presbyteri, qui *mores* essent, quæ *vita*, quæ *fides* Catechumenorum, & si discoli reperiebantur, severiori disciplina usque ad *ejectionem* coercebantur. Hæc omnia multis *Cardin. Johann. Bona de reb. Liturgic.* l. 1. c. 16. confer. *Vicecomit. & Casaliũ de veter. rit. Christianor. & dissertat. nostrã ad dictũ Tertull. passim, Justell. Cod. Canon Gisbert. Voet. Polit. Eccles* p. 12. seqq. Dan. *Chamier Panstrat.* Cathol. T. IV. p. 140. *Alsted. P. T.* V. P. C. p. 67. *M. Ant. de Domin.* P. II. de Rep. Eccl. p. *157.* De Officio & oratione faciendi Catechumenum vide *Jacob. Goar Eucholog. Græcor.* pag. 334. & elegantissimas ejus notas ibi. De *catechumenorum Catechesi* Chamier Panstrat. Catholic. T. IV. p. 140. De *Catechizandi ordine Augustin.* T. IV. de Catechizandis rudibus col. 902. seqq. *Raban. Maurus* l. 1. de institut. clericor c. *27. D. Meisner.* in Catech. Palatin. & seqq.

II. An Symbolum Apostolicum ab Apostolis sit conscriptum?

RESpondet D. Dorscheus in Colleg. Didascalico MSC: Ita pronunciat *Facultas Theologica Coloniensis contra* Monhemium in Censura Catechismi p. *230. Gilbertus Genebrardus de Trinit, l. 3. p. 204.* magno numero S. Patrum id probare contendit, & addit, præfractã esse temeritatem vertere in quæstionem, num Apostoli verè sint autores Symboli, quod circumfertur istorum nomine: *Francis. Fevardent. in notat. ad Irenæum l. 1. c. 2. p. 51.* asserit: Et adultos tempore Apostolorum, ac postea illud ante susceptum

ptum Baptiſmum decantaſſe, & ipſos Apoſtolos in celebratione Euchariſtiæ. Sunt tamen ex ipſis etiam Pontif. qui in nonnullis circa illud Symbolum hæſitant. Antonius Nebriſſenſis (ante Luth. temp. exiſtens.) in quinquagena, ſub titulo Symbolũ, ambigit Apoſtolorumne tm. an & *120* virorum (de quibus Act.1.) quos Spiritu S. ſuo afflavit adventu Symbolum extiterit illud conſenſu. Recitant communiter ex *Leone ep. 96. ad Pulcheriam Auguſtam* & aliis, unumquemq; *12.* Apoſtolorum ſeparatam ad illud ſymbolum contuliſſe ſententiam. Sed *Albertus Patavinus ſerm. 103.* accenſitis etiã Paulo & Barnaba in Apoſtolorum collegium *14.* ſententiis & quidem á ſingulis prolatis Symbolum natum eſſe aſſerit. Rurſus *communiter apud iſtos aſſeritur*, ex Spiritus S. immediato dictamine ſymbolum ortum fuiſſe. *Paſchaſius Radbertus* (vixit temp. Bereng. multa cõtra Bereng. ſcripſit) tn. in præfat. lib. de Sp. S. exiſtimat ex ſacris literis Apoſtolos illos articulos excerpſiſſe. Adhuc pleriq; aſſerunt, Apoſtolos diſperſione ipſorum inter gentes imminente Symbolum contuliſſe. *Baron. in* ann. Claud: 2. conjicit ſub perſecut: Herodianor. de qua Act. *12 Ruffinus tn.* in præfat. expoſit. ſymboli & poſt eum Iſidor. Hiſpal. de officiis Eccl. lib. 2. c. *22.* tradunt, in ipſa effuſione Sp. S. in pentecoſte habuiſſe ſuam originem non demum imminente diſperſione. *Dubitant v. de. ſymboli compoſitione per Apoſtolos*, poſt *Laurent. Vallam, Polydorius Vergilius de rerum Invent. l. 5. c. 13.* qui ait: Apoſtoli ſive Patres. *Eraſmus* in præfat. paraphraſ. Matth. & in ſupputatione Errorum *Natalis, Bedæ p. 53 ſeqq.* Ex noſtris *Brentius* in Catechiſmo. Ex Reformatis *Calvinus* l. 2. Inſtit. c. 16. §. 18. *Chamier* Panſtrat. Cathol. T. *1.* l. 9. c 10. *Lavaterus* & *Robertus Parkerus de deſcenſ. ad inferos. l. 3. qui in ann. Chriſt.* 382. ejus originem formalem ponit.

Qui *Symbolum aſſerunt Apoſtolis*, utuntur pro firmanda ſententia iſta I. *Antiquiſsimo nomine*, quo Symbolum ſ. Collatio Apoſtolica vocatur. II. *Traditione vetuſta*, & autoritate Patrum, *Clem. Rom.*

epi-

epistola.l. Ruffini in expos. symboli. Isid. Hispalensis de divinis offic. l. 2. c.
22. Leonis l. ep. 96. Hieronymi ad Pammach. ep. 65. Venantius Fortuna-
tus l. 11. etiam exponit symbolum tanquam Apostolorum opus, &
Augustinus Serm. 115. de tempore totum recitat. V. *Alardi Vad.*
prolegom. in Symbol. Apost. *cap. 2. Qui nolunt ad Apostolos* ipsos referre
Symbolum, illi se tuentur fundamentis sequentibus:

I. *Quia* Apostoli neque in historia Evangelica, neq; in
Epistolis suis illud orbi Christiano commendarunt, quod fa-
cturi procul dubio fuissent, & facere debuissent, si illud symbo-
lū vel pro consensus sui tessera, vel pro regula aliqua abbreviata,
Ecclesiæ condidissent. II. *Quia* ex tot scriptoribus historiæ Ec-
clesiasticæ, qui ab ipsis etiā Apostolorum temporibus eam de-
ducunt, nemo Symboli alicujus ab Apostolis conditi meminit.
III. *Quia* si ab Apostolis tale aliquod Symbolum fuisset Eccle-
siis commendatum, nunquam in publicum producta essent tam
diversa Symbola, quæ passim in Ecclesiis fuerant concinnata,
qualia ex antiquitate constant, quæq; huic in perfectione
multum cedunt. Quia Ecclesiæ tantopere in recitandis
verbis Symboli non variassent, si credidissent illud Sym-
bolum Sanct. Apostolos habere authores, neque enim cir-
ca Apostolica decreta, talis mutatio conceditur, Atqui vero
variationem quam plurimam docet sola collatio *Aquilegiensis,*
Romani & Orientalis Symboli, Vulgare Symbolum habet: Credo in DEUM
Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ. *Orientales inse-*
runt ante DEUM unū. *Roman. & Aquilegiense* omittunt creatorē cœ-
li & terræ. Deniq; *Aqulegiense* adjicit post omnipotentem invi-
sibilem, impassibilem. Liquet hoc ex collatione *Ruffini* in ex-
plicat: Symboli, & Novatiani de Trinitate. *Vulgare* Symbo-
lum habet. Et in JESUM Christum filium ejus unigenit: Dom.
nostrum. *Aquilegiense Symb.* pro unigenitum legit unicum. Et
Orientalis pro Dominum nostrum legunt unum Dominum. *Venan-*
tius Fortunatus in Exposit. symb. plane omittit ista verba. *Vulgare*
Symb.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Symb. habet. Qui conceptus eſt de Spiritu S. natus ex Mar. virg. *Aquilegienſe* habet cum Venantio Fortunato: qui natus eſt de Sp. S. ex Mar. virg. *Vulgare* Symb. habet: paſſus ſub Pont. Pil. crucif. mortuus & ſepultus, deſcend. ad inferos. *Aquilegienſe* ſic recitat. Crucifixus ſub Pontio Pilato & ſepultus, deſcendit ad inferna, quod ſequitur Venantius. *Vulgare Symb.* habet, inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Id v. & in *Aquilegienſi & Venantii Fortunati* recitatione plane omittitur. *Vulgare* Symb. ht: Credo in Sp. *S. Aquileg.* omittit Credo. *Venantius* legit Credo in S. Spiritu. *Vulg.* Symb habet: Credo S. Eccleſiam catholicam, Sanctorum communionem. *Aquilegienſe Symb.* in libb. veteribus omiſit nomen catholicam, licet in editione Cypriani, cui commentarius Ruffini in ſymb. per errorem inſertus eſt, propter Codd. fidem adjiciatur. Nam Ruffinus ſi agnoviſſet vocem Catholicam in Symbolo *Aquileg.* etiam interpretatus fuiſſet. Omitit & *Aquileg.* Symb. communionem Sanctorum. *Vulg.* habet reſurrectionem carnis. *Aquileg.* legit hujus carnis, omittit & Aquileg. & Roman. Symb. vitam æternam. IV. *Quia* hoc Symbolum in nulla Synodo Oecumenica, ſive Nicæna ſit, ſive Conſtantinopol. ſive Epheſina, ſive Chalcedonenſ. ſive alia aliqua priorum Eccleſiæ ſeculorum, fuit aut allegatum aut commendatum. V. *Quia* Eccleſia Orientalis, cui tn. diſperſio Apoſtolorum in univerſum orbem fuit proxima, alio Symbolo uſa fuit, quam hoc Apoſtolico, quod nunquam factura fuiſſet, ſi hoc ipſum depoſitum à tantis viris accepiſſet. Fuit equidem & in Orientalibus Symbolis variatum, cujus ſpecimen eſt Symbol. Nicænum, cui propter Arium aliqua adjecta fuerunt: credibile n. eſt Patres Nicænos in iſta propter excitatam hæreſin facta adjectione retinuiſſe omnia, quæ prius recepta erant, & iſta in expoſitione in Symbolum ſubinde Ruffinus adducit. VI. *Quia* Cyrillus Hieroſolym. Epiſcopus in Catecheſibus illuminatorum, ſuis Ieroſolymitanis anno 350. nō exponit Hieroſolymis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

ab Apostolis ut fertur conditum hoc Symbolum, quod tn. maxime facere debuerat & tanquam genuinus Jacobi Episcopi Hierosolymorū successor ut diciturfacturus fuisset, si tale quidpiam ab antecessore suo accepisset. Ille v. exponit diversis Catechesibus Symbolum plane aliud, scil. catech. 6.7.8.9.10.11.12. seqq tale: Credo in unum Deum Patrem omnium factorem cœli & terræ visibilium & invisib. Et in unum Dom. Jes. Christum, filium DEI unigenitum ex Patre genitum. DEUM verum ante omnia secula, incarnatum & hominem factum, crucifixum & sepultum & tertia die resurgentem á mortuis, & ascendentem in cœlos, & sedentem ad dextram Patris, qui venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Sp. S. paracletum, in unum baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum, & in unam S. Catholicam Ecclesiam & in carnis resurrectionem, & in vitam æternam. Tale 1. Symbolum. VII. *Quia* constituto canone Sacrarum literarum, aut etiam de constitutione consilio á Sp. S. facto, neq; resp. Apostolorum neq; ipsius primitivæ Ecclesiæ intuitu tale aliquod Symbolum condere necessarium fuit. Non resp. Apostolorum circa illorum dispersionem in universum orbem terrarum tale quidpiam comportari necessarium fuit, quia omnes erant repleti Sp. S. & *θεοδίδακτοι*. Neq; ipsa primitiva Ecclesia opus habuit aliqua ejusmodi tessera, quandoquidem aut præsentes habebat Apostolos, aut sane Apostolicos viros, libros, monumenta, quodq; de professione fidei in baptismo dicitur ibi Symbolum erat non ista series diversorum articulorum, sed professio Trinitatis.

Ad rationes eorum, qui Symbolum Apostolis tribuunt Resp. 1. Appellationem Symboli non inferre plur. litatem collegiorum, satis esse, si sit pluralitas collectorum. Confitetur hoc *Cajetanus ad Thom. secund. secundæ quæst. 1. art. 8.* Notatur insuper propter illos, qui dicunt istam collationem ex scripturis exceptam esse, rationem temporis isti assertioni reclamare, sive enim in

in ipsa Sp.S. effusione in die Pentecostes, sive in persecutione Herodiana, conditum dicatur Symbolum, nondum tum erant scripta Apostolica, é quibus ista excerptio fieri poterat, si ergo est excerptum ex libb. Apostolicis, non est ab ipsis Apostolis. Sed & symbolum non est hoc in negotio necessario collatio, sed tessera, sive militiæ sive pacti tesseræ analoga. Quod autem *Apostolicum* dicitur, non ad compositionem rursus necessario pertinet. Nam & Synodum Nicænam de incarnatione verbi DEI p. 463. vocat Synodum Apostolicam. Et *Cyrillus Hierosolym. Catechesi.* 18. Symb. Hierosol. vocat ἐπαγγελίαν ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς πίστεως, annunciationē sanctæ & Apostolicæ fidei. Ad. 2. Arg: Resp. *Ruffinum* Symboli originem ad Apostolos referre ex traditione majorum, in qua sæpe antiqui decepti sunt. *Sermonem* 115. *autem non esse Augustini*, sicut multi inter illos sermones dubio Patre vulgati sunt, quod ipse *Baronius l. c.* agnoscit, & *Lovanienses Theologi* in *censura Tom.* 10. istum removent ex sermonibus de tempore, & inter sermones de diversis in appendice loco 42. collocant, quos omnes dubiæ autoritatis esse profitentur aut esse illi istam additiunculam de 12. articulis á 12. Apostolis seorsim profectis intrusam. Prius quidē ad marginem ea adscripta, postea tamen vel incuria librarii vel malitia in textum recepta. Proditur id ex aliquibus signis. Author enim de Symbolo dicturus ait: se modo hoc est paucis interpositis Symboli textum propositurum, & tamen nil interponens, statim recitat, quid de Symbolo Petrus dixerit, quid Johannes, quid Jacobus, quid reliqui Apostoli. Atqui non de conditoribus, sed de textu Symboli modo se dicturum fuit author pollicitus. Nunquā autem solebat alias ita textus recitari, ut insererentur ejus authores ipsi Apostoli. Et videtur certe author, postquā dixit: cujus textū vobis DEO annuente modo dicemus, prius ad illam adhortationem quā subjunxit progressus esse, quæ est: *Audite ergo Fratres carissimi, redemptoris nostri vocem, per Prophetam dicentem: Venite Filii audite me &c.*

Et post hæc præmissa demum ad integri Symboli tractationem fecisset transitum, non autem ut nunc librarii exhibent, dixisse: Credo in DEum Patrem omnipotentem, & reliqua sicut supra. Supra enim articuli continua serie recitati non sunt. Quæ vero etiam pro hac sententia allegari solet *Epistola I. Clementis*, supposititia est, inscribitur enim illa B. Jacobo fratri Domini, qui octennio decessit ante B. Petrum, dicitur enim B. Jacobus anno Neronis *7*. B. Petrus vero anno *14*. obiisse apud Hieron. de viris illustribus, in illa tamen Clementina Epistola commemoratur obitus Petri.

Refutatis argumenris prioris sententiæ, qui alteram sententiam tuentur, asserunt, Symbolum Apostolorum, *non Apostolos, sed aliquem Rom. Episcopum & Clerum illius Ecclesiæ authorem habuisse:* quia enim nec ab Apostolis, nec ab ulla Synodo Generali factum esse dignoscit, *nec* in Græcis *nec* in ullis Orientis Ecclesiis obtinuit in Ecclesia autem Romana usitatum fuit, in eaque tam diu, jam circa finem *4*. seculi personuit, ut inter Apostolicas traditiones recenseretur, & ab Ecclesia Romana in Occidentis alias Ecclesias disseminatum fuerit, aliis interea in Oriente symbolis usu receptis, ideo non aliam originem habere potest, quam in Romana Ecclesia.

Nobis de Symbolo, quod Apostolorum vocant dicendum videtur I. *Incertũ esse*, an illud ab ipsis formaliter ortum sit, licet materialiter eorum doctrinã contineat II. Esse tamen *monumentum* Ecclesiæ jam inde *per 13. retro secula* ferê in Latina Ecclesia usitatum III Esse etiam ante ista secula in ipso I. seculo post Christi natum illius collectionis articulorum aliqua *vestigia*. Sane *Ignatius* Polycarpi discipulus *Epistola ad Magnes: p. 59. edit:* Vedelii primo articulo prætermisso fere totum *2*. commemorat cum ait: *plenam de Christo cognitionem habeatis, qui ante omnia secula natus ex Deo Patre post vero natus est ex Maria Virgine, sine viri commercio, quique sanctè vixit omnemq; morbum & imbecillitatem curavit in populo, signa & prodi-*

digia patravit ad benefaciendum hominibus, & iis qui in superstitionem plurium Deorum impegerant, unum verum DEum Patrem suum annunciavit, qui passus est, & a Christicidis Judæis sub Pontio Pilato Præside, & Herode Rege crucifixus, mortuus, & resurrexit, ascendit ad cælos ad eum á quo missus erat, sedetq; ad dexteram ipsius, qui venturus est in fine seculorum cum paterna gloria, ut judicet vivos & mortuos, reddatq; unicuiq; secundum opera sua.

In 2. seculo *Justin. Martyr apolog. scripsit ad Antoninum Imperatorem*, in qua exponit *articulos*, ut in *Symbolo ordine sunt propositi*, imprimis *secundæ partis*, quæ est *de Christo*, ferè omnes, ut omnino videatur etiam ipsi talem aliquã articulorum de Christo seriem tum temporis in animo fuisse. In *Irenæo lib. 1. adversus hæreses* & talis aliqua articulorum fidei idea apparet. Sic enim inquit: Ecclesia per universum orbem usque ad fines terræ seminata, " & ab Apostolis & a discipulis eorum accepit eam fidem, quæ " est in unũ DEUM omnipotentẽ, qui fecit cœlum, & terram, ma- " re, & omnia quæ in eis sunt: Et in unum JEsum Christum fili- " um DEI incarnatum pro nostra salute: Et in Spiritum S. qui per " Prophetas prædicavit dispositiones DEI, & adventum, & eam " quæ est ex virgine generationem, & passionem, & resurre- " ctionem à mortuis, & in carne ad cœlos ascensionem dilecti " Jesu Christi Domini nostri, & de cœlis in gloria Patris adven- " tum ejus, ad recapitulanda universa, & resuscitandam omnem " carnem humani generis. In 3. seculo *Tertull*: aut potius Novatianus (nam varie de eo libro judicatur ut patet ex Riveti Critic. Sacro lib. 2 c. 6.) *lib. de Trinitate* pleraque symboli capp. sed commentario quasi circumvestita pertexit. *In seculo* 4. sub *Julio Pontifice* qui circ. an. Christi 337. sedem Romanam gubernavit extitit *Marcellus Ancyranus Episcopus*, qui ad Julium suam apologiam scripsit, in qua, symbolum, licet non per omnia conforme nostro expressit. Est autem hoc: *Credo in DEum omnipotentem, Et in JEsum Christum, filium ejus unig*: *Dominum nostrum, ge-*

uitum ex Sp. S. & Maria Virgine, crucifix. sub Pontio Pilato, & sepultum, & qui resurrexit tertia die ex mortuis. Et ascendit in cœlos, & sedet in dextera Patris, unde veniet ad judicandum vivos & mortuos. Et in Sp. S. S. Ecclesiam remiss. peccat. carnis resur. & vitam æternam. Vide istud producentē *Epiphan. contra Marcellianos hæres. 72,* &c. *Hæc Dorscheus.*

Ut tempori & chartæ parcamus, remittimus Benevolum Lectorem ad. *Gerhar. Joh. Voss. de 3 Symbolis qui* prolixe hanc tractat materiam *dissertat. 1. Chamier Panstrat* Cathol. T. 1. l. 9. c. 10. *Amyrald. exercit. in Symbol. Apostol. Carpzov. Isagog. Meisner. Catech. Palat.* Confer. Jacobi Usserii Armachani de Romanæ Ecclesiæ ymbolo Apostolico vetere. Oxon 1660. 4. qui quam plurima exempla Symbolorum producit. Observa ex *Heinrici Vales.* Annot. Euseb. ad l. 7. c. 8. p. 144. Catechumeni *priusquam sacrum lavacrum susciperent, symbolum, quod ipsis traditum fuerat, memoriter recitare jubebantur interrogatiq; à sacerdote ad singula capita respondebant:* Credo. *Ultimum caput interrogationis erat hoc:* Credis in vitam Æternam, & remissionem peccatorum per sanctam Ecclesiam, *ut docet Cyprianus in epistol.* 70. & 76. *Cum igitur Novatianus remissionem peccatorum adimeret, simul etiam fidem, quam ante sacrum Baptisma Catechumeni se habere profitebantur abolebat. Unde* Euseb. τὴν πρὸ αὐτοῦ πίστιν ἀνατρέπουσι. Confer *Chamier Panstr. Cath.* T. IV. l. 5. c. 15. §. 18. Baptizandi recitabant *Symbolum*, docet idem *Chamier* ibid. sed & in *Missa* referente *M. Anton. de Domin. de Rep. Eccles. P. 2. l. 6. p. 97. ViceComes de ritibus sacri Baptism. Casal. de ritibus Veter. Christian. vid. dissertat. nostr. Histor. Theolog.* t. Baptismus & Catechumeni.

III. De homicidio Omißionis & Commißionis ex Dorschei Colleg. Aphorist. MSC.

§. 668. *Quæ ad conservationem sui* faciunt, ratione præstandæ curationis, licite ab aliquo omittuntur variis casibus, ut: ad conservationem vitæ alicujus, pertineret *medicina aliqua pretiosa*, qua curaretur corpus; sed illius pretium excedit facultates ægroti: pe-

tineret *conductio ædium sumptuosarum* & splendidarum, ut aëris salubritate reficeretur corpus alias in sordido tuguriolo tabe consumendum: pertinerent *cibi teneriores & delicatiores*, cum pane subcineritio & furfuraceo ventriculus sit vitium contracturus: hæc omnia omittuntur licite, *quia nemo* ad vitæ suæ conservationem, & curationem per media, quæ non potest habere, obligatur. Sic in *naufragio* posito licitum est tabulam, qua enatare & vitæ suæ conservationem curare posset, dare alteri, ne pereat: *in fame* constituto licet panem, quem residuum habet, alteri suppeditare, ne consumatur: *in bellico infortunio* hærenti, ubi in fuga omnis salus posita est, licet eqvum, quo se salvare posset, alteri dare, ut fugiat, etiam cum vitæ meæ periculo; *in medio frigore & nivibus ambulanti* licet vestem, qua corpus curat, conservatq; alteti commodare, etiam cum vitæ dispendio: *ratio est*, quia istorum præsidiorum curandæ conservandæq; vitæ retentio non est absolutæ obligationis, ita ut nullo objecto exhibito solvi possit, imò si sese in simili nobiscum periculo offerat Princeps aut persona publica, qua communitas carere sine jactura nequit, ipse respectus boni publicî nos commonefacere debet, ut quicquid de nobis fiat, nostra subsidia curandi servandiq; corporis in eam conferamus.

669. ***An mulier gravida ægrotans teneatur omittere curationem corporis sui, qua omissa probabile est, mulierem occubituram cum fœtu, admissa vera probabile est fœtum periclitaturum?*** quæritur. *Antonius P. 3. tit. 7. c.2. §.2.* & *Sanchez lib.9. de Matrim. disp.20. n.9. p.m. 231. Tom.3*, distingvunt supposita animatione fœtus (quæ suppositio originem habet ex falsa opinione de animæ rationalis per infusionem creativam ortu, de qua alibi) inter medicinas, quarum quædam directè ad fœtus occisionem & expulsionem tendunt, ut: venenum, dilaceratio, percussio; quædam directè & per se ad morbos pravosq; humores expellendos, pristinamq; salutem restituendam ordinatæ, ut venæ sectio, pharmaca purgantia, balnea: prioris generis medicinas sumere nefas capitale esse dicunt; quia cooperantur directè innocentis neci, quod intrinsece malum est; posterioris generis medicinis uti, licitum esse prægnanti etiam cum probabili abortus periculo, ubi omnino ad ejus salutem desiderantur: *1. quia* principalis intentio usus horum medicamentorum eorumq; constitutio & nativa proprietas eò

ten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

tendit, ut ad pristinam salutem Mater restituatur, fœtus autem mors abortus per accidens & præter intentionem accidit: Actiones autem humanæ speciem, bonitatemq; aut malitiam accipiunt ex eo, quod per se est in operantis intentione. *2. quia* per accidens & præter intentionem occidere innocentes nulla est culpa *3. quia* potius jus habet mater ad medicamentum salutiferum cum fœtus morte, quam fœtus contra illud, cum morte matris: cum hic à matre non econtra pendeat, & matre vi morbi peremta, fœtum in lucem edi rarissimum est. *4. quia* si proles jam nata materno lacte extremè indigeret, matri autem ad vitam tuendam opus esset exsiccatione uberum, posset utiq; non obstante fœtus morte per accidens eventura id efficere; Magis enim suæ quam fœtus saluti consulere potest. Et hanc sententiam tribuit Sanctius, *Banni Henriquez*, Rud. Benzoni, *Saa*, *Aragonio*. Imo n. 18. referens sententiam *Cordubæ*, *Lopezii*, *Manuelis & Vegæ* putantium, *ubi medicamenta æquè ordinantur ad matris salutem & fœtus nocendum* ejusq; abortum, nequaquam licitum esse prægnanti eis uti ad vitam propriam tuendam necessariis, hanc addit ἐπίκρισιν: Cui innitantur fundamento nec ipsi explicant, nec ego assequi possum: atq; ideo credo licere, quia potius jus habet mater ad vitam propriam, quam fœtus ipse: cur ergo ubi æque tendit, ad matris salutem & fœtus necem medicina, præferenda esset incolumitas vitæ matris, ut propter illam cum hujus dispendio applicanda non sit. Idq; magis confirmatur ex eo, quod matre obeunte pene miraculosa erit fœtus evasio, & fieri potest utriusq; vitam salvari eo medicamento sumto. Ita Sanchez. In eandem ferè sententiam scribit *Alstedius de cas. consc. c. 18. p. 356.* *ubi ait*: Prægnans fœmina aut periclitans in partu, licite potest medicinam sumere, sibi quidem salutarem, fœtui autem periculosam: quando scilicet medicina est salutaris matri & non ordinata ad interitum fœtus; sed solum per se ordinata ad salutem matris, licet per accidens sequatur mors fœtus. *Putamus tutissimum* esse abstinere à medicamentis prægnanti periclitanti porrigendis etiam in probabili expulsionis & interfectionis fœtus: *1. quia* in ejusmodi casu expulsio fœtus, etsi non sit de primaria intentione, non tamen merè per accidens est, & præter intentionem, tum quia de fœtus præsentia constat,

tum

tum quia medicamentorum qualitates & virtutes non ſunt ignotæ & ſecundum communem ſententiam ejuſmodi propinatio periculoſa eſt & fere cum interitu fœtus conjuncta judicatur. At per ſe intentionem ſaltem probabilem habere vita privandi innocentem contra legem eſt. *II. quia etſi* abſolute matri jus competat ad medicamentum, illo tamen jure nulla ratione uti poteſt, cum probabili periculo fœtus; poſtquam enim conjugis legibus ſeſe ſubjecit, etiam jus liberi corporis cum ſervitute, etiam cum vitæ periculo liberorum ferendorum, permutavit, idcirco fœtum ex obligatione iſta non poteſt etiam in probabili vitæ ſuæ diſcrimine intrinſecus adhibitis expellentibus turbare. Eſt enim iſta fœtus à matre dependentia nulla humana poteſtate ſolubilis. Et quamvis ſine auxiliis medicis relicta matre neq; infans vitalis edatur, res tamen potius DEI benignitati & prudentiæ permittenda, quam humanæ poteſtati aliquid permittendum: quia tum incertum eſt matrem iſtis auxiliis adjutam iri; tum fieri poteſt, ut, etiam abſentibus iſtis utrumq; ſoſpitet DEUS. *Dico notanter* de probabili periculo, quod ex qualitate & quantitate medicamentorum aut aliis circumſtantiis vir prudens definire poteſt. In eo igitur ſine conſcientiæ læſione omittere curationem corporis ſui & vitam indefenſam relinquere poteſt mulier. Secus ubi ſe res habet, & periculum præter omnem πρόνοιαν nil tale cogitantibus emergit ex ſumtis medicamentis, ut in utero deliteſcens fœtus periclitetur aut pereat, mulier conſcientiam contra homicidii formalis & lege prohibiti reatum bene defenſam habet.

670. *Sanchez d. l. n. 17. etiam hunc caſum proponit de prægnante ſimul & ægrotante, ſuppoſito, eam poſſe medicamentis uti, licet non directè ad expulſionem fœtus ordinatis.* Ægrotat prægnans & extremè periclitatur, ita ut non adhibitis medicamentis nulla ſpes vitæ ſuperſit: e contra autem veriſimiliter appareat, omiſſis medicamentis prægnantem quidem morituram, attamen eo uſq; ſaltem infantem vivum emerſurum, ut Sacramento baptiſmi initiari queat, quid facto opus? Ipſe reſpondet, caſum hunc moraliter eſſe impoſſibilem; quia matris morbo lethali laborantis corrupti humores alimentum, quo puer nutriendus eſt, ita inficiunt, ut pene miraculum ſit, matre pereunte infantem incolumem evadere: addit tamen, ſi res ita contingeret, lethaliter pecca-

turos & prægnantem & cooperantes ad medicamentorum servandæ matri destinatam exhibitionem : quia hoc casu periret infans sine baptismate, quod non fieret non assumtis medicamentis. Ordo autem charitatis hoc requirat, præferre vitam spiritualem proximi extreme periclitantis propriæ corporali: *Nos casus hic non angit*, qui neq; directe neq; indirecte ad fœtus abactionem ordinatis medicamentis uti posse prægnantem censemus.

671. Quæritur: an *homicidium illicitum committatur ab eo, qui omittit curationem & alimentationem corporis sui tum, cum derelictus ab omnibus omnino subsidiis, frustra omnium ordinum & hominum misericordiam aggressus, adeoq; ad præsentissimam per famem mortem redactus est, nisi subtrahat aliquid de bonis alterius?* Intelligimus, ejusmodi hominem *tentasse omnia*, quæ in ista necessitate apud hominum ordines exponenda tentare necesse est, quo præsupposito, *vix putamus* ullibi tantopere ejectam fore misericordiam, ut consentientibus ordinibus & consciis aliquis mortalium ad id mortis genus compellatur ibi, ubi auxilia adhuc supersunt. Sed quid si sic? *Putamus* illos homines, quibus consciis & non juvantibus aliquis ita in angustias cogitur, *homicidas esse pessimos*, & jura gentium & naturæ violare. *Putamus secundo*, si ejusmodi miserabilis persona omittat ulteriorem corporis sui curationem & pereat, eam non esse ream abolitionis suæ, cui non nisi ab invitis deprompto remedio obviam iri potuit. Præstabit potius patientiæ in tantis miseriis grande documentum, quam ut ad extrema progrediatur. *Quid si tamen* putet, negantibus possessoribus id, quod humanitati & miseriæ deberent, *sibi* ad interitum redimendum licere *tantum vendicare, quantum ad vitam pertinet?* Soti & Lessii & aliorum, Jurisconsultorum etiam sententia est, ita esse, si rerum possessores tam sint proprietatum suarum tenaces, ut rite sollicitati nolint exaudire precantes, hos posse uti jure suo & velut in extremo gradu necessitatis positos, jus naturæ, quo ista divisio proprietatisq; rerum posterior est, sequi, adeoq; postliminio sibi tantum vindicare, quantum necesse est, quia in extrema necessitate omnia sunt communia, ut habet receptum axioma, non quod per illam statim transferatur dominium, sed *quia quoad jus utendi communia sunt*, ita ut licite

qui-

quivis illis angustiis pressus, possit occupare sibiq; vendicare rem quamlibet adeo sibi necessariam, & ex ejus usu sibi & proximo opitulari: *quia* finis rerum inferiorum est, ut hominibus in necessitate sint subsidio & ut homines per illas possint vitam suam conservare, & tueri, ac proinde omnibus á natura hoc jus competit. Neq; divisio jure gentium introducta potuit hoc jus adimere: quia jus gentium supponit, non evertit jus naturale: præsertim quod tantopere necessarium ad conservationem vitæ humanæ. Censeri itaq; debere, divisionem esse factam reservato cuiq; jure naturali, quatenus erat necessarium ad vitam tuendam: alioqui non esset rationabili modo facta. *Hinc sequi*, si quis in tali necessitate constitutus, vellet aliquid sibi necessarium occupare, non posse à Domino illius rei prohiberi, quia jure suo utitur, quare poterit se tueri, tanquam qui injuste ab altero invadatur, etsi necesse sit servato justæ defensionis moderamine impedientem occidere. *Sequi secundo*; talem acceptionem non esse furtum aut rapinam; quia non sit Domino jure invito: tenetur ergo consentire, cum tamen tuo jure utaris. Ita disputat *Lessius p.145.* Nos porro *putamus* 1. diligenter dispiciendum esse, annon talis homo *sua culpa* in ejusmodi fuerit extrema prolapsus, & seipsum vitio suo destituerit omnibus præsidiis, ut justo DEI judicio jam taliter affligatur. Talis sane nullo jure ad jus naturale recurrere potest. 2. Pios ad ejusmodi necessitatis redactos judicamus meminisse debere dicti Christi *Matth.* 4, 4. 3. Ob *Consequentias periculosas* existimamus non satis tutum esse indiscriminatim hanc ad jus naturale regrediendi facultatem propalare; sub hoc namq; prætextu invasiones plurimæ sibi patrocinium quærent. 4. censemus etiam *vix evenire*, ut qui eo aggressu vitæ suæ consulit, ad illud fundamentum, quod ex juris naturalis reservato Lessius deducit, respectum habeat: cum origo divisionis rerum & proprietatum altioris sit indaginis. Unde fiet, ut non bona conscientia agat, quia nullum fundamentum, nullum principium suæ actionis supponit, nisi solam necessitatem; unde autem necessitas patefiat, injuste interclusum ad fruitionem bonorum corporalium aditum ignorat. 5. In foro Soli tamen probabile est ejusmodi committentes *pœna ordinaria absolvendos* esse. 6. In foro Poli apud

MISERICORDIARUM PATREM, qui juſto judicio immiſit illas calamitates, *humilibus ſuſpiriis potius*, quam iſtis principiis practicis rem expediendam eſſe.

672. An homicida eſt, qui adeo *omittit curationem ſui corporis*, ut jejuniis atq; vigiliis ad carnem refrenandam ſpirituiq; ſubjiciendam illud potius affligat, & ita vitam brevius citiuſq; finiat? Affirmamus, ſi illæ macerationes aſperitateſq; corporis aſſumantur, ut vita citius finiatur. Alias ſi in iſtis exercitiis ſpiritualibus ex ſancta intentione occupatis hoc accidat, ut vita nobis terminetur celerius, extra reatum homicidii ſumus. S Paulus 2. Cor. 4. 16. vult non multum curandam eſſe τοῦ ἔξω ἡμῶν ἀνθρώπου διαφθορὰν. Ait 1. Cor. 9, 27. ſe ὑπωπιάζειν & δουλαγωγεῖν τὸ σῶμα. Conf. de varia lectione Bezam annot. h. l. & Heinſium h. l. Et imperat τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθαι εἰς τὰς ἐπιθυμίας, Rom. 13, 14. Alias ſalva coordinatione, ſeu potius ſubordinatione vitæ temporalis ad vitam ſpiritualem, & virium naturalium ad regnum gratiæ & gloriæ ipſe S. Paulus urget τὸ ἐκτρέφειν καὶ θάλπειν τὴν σάρκα Eph. 5, 29.

673. Licite homicidium permittit omiſſione defenſionis ſui, qui permittit ſe vulnerari ab invaſore aut occidi, ſine repulſione illatæ injuriæ, quando invaſor eſt *perſona publica* reipubl. præfecta, & poteſtatem in læſum habens, quia tum bonum publicum antefert privato.

674. Læſionem *à parente* etiam ad mortem uſq; ſine defenſione ſui repellente perferens, licite permittit homicidium ſui, quia amorem parentis antefert amori ſui.

675. Præcepto quinto non adverſatur, *qui omittit defenſionem ſui* in caſu, quem exprimit Salvator Matth. c. 5, 39. Quia privatam ſui defenſionem in iſto caſu omittere jubetur a Chriſto. De privatæ enim defenſionis & reactionis omiſſione præcepiſſe Chriſtum d. l. contra Socinum libr. cur Evangelici ſe Photinianis adjungere debeant c. 3. p. 23. Smalcium contra Franz. p. 239. Oſtorod. Inſtit. p. 166. probatur l. exemplo Chriſti, qui referente Joh. 18, 23. non ſtatim alteram maxillam præbuit percutienti, ſed expoſtulavit de injuria. Imò Chriſtus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

stus dicit Joh. 18,36. regnum hujus mundi, quod ille nullo indicio abolet, injuriarum vindicias posse & solere sumere. II. exemplo S. Pauli Act. 23,3. qui jubente summo sacerdote percussus, non ultra se percutiendum præbuit, sed gravibus verbis contra protestatus est coram universo synedrio. Vocat summum Pontif. Hierosolymitanum τοῖχον κεκονιαμένον v. 3. & quidem non incognitum, cum alia in illo cœtu penitiora cognoverit v. 6. (quod autem dicit v. 5. non novi fratres, quod sit summus sacerdos nequaquam hoc sensu accipere necesse est, quasi Paulus hic suam ignorantiam excusationis loco prætexuisset. Potest enim commode hic esse sensus. Non novi ex hactenus gestis, non potui ex documentis summi Pontificis gravitatem indicantibus cognoscere, Ananiam esse Pontificem. Habs nicht mercken können/ daß etwas Hoh-Priesterlichs an ihm sey. Verbum ergo ᾔδειν notitiam experimentalem aut certis indiciis elicitam sæpe notat. Matth. 25,26. c. 27,18. Marc. 1,34. Luc. 2,49. c. 19,22. Joh. 1,31. 33. c. 5,13. Et Joh. 8,19. ait Christus εἰ ἐμὲ ᾔδειτε si me agnosceretis pro eo, qualis sum & me esse testificor &c. Conf. Joh. 20,9. Act. 7,18. Et alias verba notitiæ in sensu lit. cum connotatione affectus sunt explicanda Matth. 25. 12. Matth. 7,23. Joh. 3, 2. c. 4,25. 42. Hinc Augustinus l. 1. de Serm. Dom. in monte c. 19. & Ep. 5. ad Marcellin. Beda Com. h. l. & Lorin. in Act. h. l. censent S. Paulum ironicè & irrisorie locutum fuisse. Beza in ann. h. l. revera Ananiam á S. Paulo pro usurpatore summæ sacerdotalis dignitatis habitum judicat. Nobis subscribit Brentius T. 7. O. hom 104. in Act. p. 416. Luc. Lossius Com. h. l. p. 594. Flacius in gloss. comp. h. l. & plurimi è nostris alii. Calvinus h. l. Gualth. hom. 147. in Act. p. 257. Marlorat. Bullinger ad h. l.) III. Circumstantiis textus. Tale ἀντιστῆναι interdicitur, quod fit circa nos 1. extra periculū vitæ. 2. in ipso ῥαπισμῷ & actui violento violentam reactionem opponendo. 3. in expostulatione & vindicatione rei privata (ea enim per τὸ κριθῆναι notatur, ut

pote quæ cum ipſa apprehenſione rei petit æconjuncta eſt) 4. in angariatione & adactione aliqua ad opus indebitum. Hoc autem ἀντιστῆναι eſt pro modo extemporaneæ vindictæ: publica enim ſub illis circumſtantiis ê veſtigio haberi nequit. Quod autem Photiniani ajunt, ἀντιστῆναι quo oculus pro oculo, dens pro dente poſtulabatur, fuiſſe judiciarium. Tale autem Chriſtianis non permitti. Itaq; judiciarium non permitti, neq; vindictam privatam tantum vetari. Reſp. 1. illud ἀντιστῆναι primæva inſtitutione fuiſſe judiciarium. Prava uſurpatione & Phariſaica interpretatione ad privatum arbitrium detractum, adeo ut cenſuerint Judæi, ſi in vindicta quomodolibet exercita non ultra proceſſiſſent, ſed legem talionis obſervaſſent, nihil peccatum fuiſſe. 2. Illud ἀντιστῆναι primæva inſtitutione fuiſſe forenſe & ad rigorem populi directum, juxta quem illud etiam interpretati ſunt Baithuſæi, ſapientibus Judæorum ſolo pretio oculi aut dentis acquieſcendum arbitrantibus. Conf. Druſ. l. 1. præt. pag. 15. Ejuſmodi ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ etiam ſublatum eſt. Quomodo etiam exiſtimamus, ſi quis etiam omnino publica vindicta nolit ῥαπισμὸν proſequi, eum nihil contra charitatem acturum. Conf. de ῥαπισμῷ Bezam in annot. h. l.

676. *Illicita adeoq; reatum homicidii contrahens omiſſio curationis fui eſt*, quæ *oritur ex præſentia ingentium dolorum, quibus nonnulli victi abſtinentia á cibo ſibi mortem attulerunt: qualis fuit Coellii Rufi*, quam laudat Plin. lib. 1. Epiſt. 12. aut ex imaginatione vana, ut *Zenonis* nonagenarii, qui ad offenſam pedis in lapidem domum veniens vitam poſuit: aut ex tædio vitæ, ut *Cleanthis*, qui ulcere in ore nato, medicorum conſilio biduum à cibo abſtinens, & poſt ſanatum ulcus ad cibum revocatus, abnuit, nec majore viæ parte confecta ſe rediturum. Vide Lipſii manuduct. ad Stoic. Philoſ. diſſ. 22. p. 204. Conf. Job. 14. 5. Pſ. 31, 16. Pſ. 139, 16. Hebr. 9, 27. Pſ. 90, 3. Rom. 6, ult.

677. O

677. *Omißio curationis sui illicita*, omittentem coram DEO homicidam constituens, est pertinax & ex proposito orta medicamentorum, quæ habere & accipere quis posset, cum præsentissimo jam urgetur morbo, aspernatio 1. Tim. 4, 4. 5. Syr. 38. 1. Jac. 5, 14.

678. Etiam *ciborum potionumq; curationi corporis necessariorum, ex opinione obligantis voti*, non admissio, ex qua probabiliter mors sequitur, homicidale facinus est. *Nullum enim votum obligat contra legem moralem & jus naturæ. Conf.* 1. Tim 5, 23.

679. Intermissio *periodicarum evacuationum* corporis nostri, negligentia & contemptu corporis facta, ex qua organa visceraq; in vitalibus suis operationibus postea impediuntur & moriendi non raro necessitas oritur, ex iisdem causis homicidale peccatum est.

680. Si quis gloriæ cupiditate aut sciendi ardore ductus, nullius vocationis & ex ea emergentium occupationum adactus legibus, nec boni majoris & catholici objectu commotus, *vigiliis continuis & laboribus pertinacibus* ita atterit corporis vires, ut ei restaurando spacia quietis necessaria non concedat, non multum abest à *propriicidii* peccato. Eccles. 12, 12. Matth. 6, 25. 1. Cor. 13, 3. c. 12, 18. & seqq. Adde Col. 2. 23. ubi verba οὐκ ἐν τιμῇ τινι πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκὸς magna audacia Seb. Castellio ad superiorem rapit versiculum, vicesimum secundum sc. & ita exprimit locum: Quorum omnium is usus est, ut pereant & ad corporis expletionem pertineant, non ut in aliquo sint honore. Beza etiam violenter tractat, cum ita exprimit versiculũ istum: Quæ rationem quidem habent sapientiæ in cultu voluntario & submissione animi & in eo, quod corpori non parcant, nec tamen ullius sunt pretii, cum ad ea spectent, quibus farcitur caro. Diserte enim indicat S. Paulus id, in quo fanatici λόγον σοφίας collocarint sc. ἐν ἀφειδίᾳ σώματος, οὐκ ἐν τιμῇ τινι &c. Itaq; τιμὴ non refertur ad ἄτιμα sed est oppositũ ἀφειδίας. Cõf. Bez. ann. h. l. Heinsio

exerc.

exerc.h.l. verba illa πρός πλησμονὴν τῆς σαρκὸς trajecta censet & col
locāda ita, ut cum quo collata ista de quibus fanatici glorian-
habeant λόγον σοφίας, exprimant. Unde ita ordinat; ἅτινά ἐστι λό-
γον μὲν ἔχοντα σοφίας πρὸς πλησμονὴν σαρκὸς ἐν ἐθελοθρησκείᾳ & verba
οὐκ ἐν τιμῇ τινι, pro ἀτιμίᾳ per hebraismum posita esse judicat.
Ut sensus sit; Quæ speciem quidem habent sapientiæ, quatenus
in cultu voluntario non præscripto, in demissione humili, in
afflictione & vexatione aut contumelia corporis consistunt; si
cum indulgentia præsertim carnis & sagina cōferantur. Atqui
manifeste verbis οὐκ ἐν τιμῇ τινι, S. Paulus indicat aberrationis
Donatistarum causam, quod plane omnem honorem carni seu
corpori humano, quod tamen inter creaturas DEI corporeas nō
infimum est, detraxerint: cum, licet non anteferendum sit ani-
mo, non tamen permittendum sit, ut animus per ἀφειδίαν & im-
manitatem quandam adversus corpus sibi λόγον σοφίας concilie-
2. Vocabulum πλησμονῆς quidem apud profanos scriptores a-
bundantiam, indulgentiam & saginam notat; unde proverbi-
um ἐν πλησμονῇ κύπρις, in luxu & abundantia Venus, de quo apud
Athenæum Antiphanes lib. 1. & Eurip. l. 6. & Henr. Steph. in
thes. T. 3 p. 376. Attamen apud Hellenistas, πλησμονὴ notat id
quod sufficit, quod satis est, etsi non semper cum affluentia,
redundantia aut copia conjunctum sit, Ex 16, 3. 8. 18. Lev. 25. 9.
c. 26, 5. Hagg. 1. 6. Sicut & ipsum שׂבע quando LXX. Interpp.
per πλήθω reddunt, non semper superfluitatem & redundantiam
notat, ut Ps. 104, 28. Prov. 5. 10. c. 12, 14. c. 28, 19. eodem modo
quando per ἐμπλήθω Lev. 26, 26. Devt. 6, 11. c. 8, 10. c. 11, 15. c. 14, 29.
Ruth. 2. 14, 18. & quando per ἐμπίπλημι ut Ps. 145, 16. Prov. 13, 25.
& quando per χορτάζω ut Ps. 37, 19. 81, 17. 104, 16. 107. 9. 132, 15.
sicut & in N. T. πλήθω Matth. 27, 48. quantum necesse aut satis
est notat. Conf. Joh. 19, 29. Luc. 1, 23, 57. c. 2, 6. 21. 22. Itaq; sim-
plicissima est B. Lutheri versio: Daß sie des Leibs nicht verschoneten/und
dem Fleisch nicht seine Ehre thun zu seiner Notturfft. Quorsum & colli-
mat

mat Vulgatus: Non ad parcendum (fortassis, ad nō parcendum) corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Et Erasmus: læsionem corporis, non per honorem aliquem ad expletionem carnis. Clarius idem in paraphr. h.l. Cibi cæteraq; visibilia non ad hoc data sunt, ut cum corporis injuria cogamur ab his abstinere, sed potius, ut horum adminiculo corpori subveniatur, veste quacunq; defendatur adversus ventorum aut frigoris injuriam, cibo quocunq; saturetur, citraq; discrimen adhibeatur, quocunq; tempore, quocunq; loco, quodlibet, quantumlibet opus fuerit, ad præsentem necessitatem. Hæc de loco Col. 2, 23 quem perobscurum Heinsius vocat, obiter.

681. *Defensionis sui omißio illicita & homicidii reatui subjacens est*, ubi est necessaria non tantum ratione violenti invasoris, sed etiam ratione qualitatis nostræ, ut si omissa defensione nostri, vel respublica & bonum commune atq; catholicum periclitatur, vel familiæ nostræ præsidium eripitur, vel alius quispiam talis casus est, ubi nos eversione boni alicujus privati temporalis, majus sive temporale sive spirituale obtinere possumus.

682. Unde necessario *tenetur se defendere miles in statione sua aut excubiis positus*, *neq; potest fuga sese subducere periculo occisionis*, *tum* propter juramentum, *tum* propter majus bonum, quod omissa defensione in periculum conjicitur.

683. Et necessario tenetur se defendere quis, qui novit omissione defensionis *Principem*, *parentes*, *magistratum* vitæ discrimen subituros ob eundem respectum. Vid. *Dian. Coord*: T. 9. *tr*. 5. *resol*. 33. *f*.

684. Qui novit, omissa sui defensione, *se & temporali & spirituali periculo* involutum iri, quicquid sit de constitutione invasoris, ad quam in hoc casu nulla nos obligat consideratio, is nullo modo absq; homicidii reatu defensionem sui omittere potest, ob sui maximi boni intuitum.

685. Quibus exploratum est, *locum aliquem infectum esse morbo contagioso*, *illi non* possunt omittere defensionem sui contra

injurias aëris per arma medica; nisi velint cooperari morti suæ inexcusabiliter, quicquid sit de prætextu charitatis in periclitantem proximum: quia ista indefensa, & possibili tamen proximi sublevatione, nec proximo præstatur, quod intenditur, & proprium periculum contrahitur.

687. *Condemnatus ad mortem*, inquit *Leßius l. d.* per famem potest abstinere à *cibo clanculum oblato, juxta Henricum, Sotum, Lopez*; quod mirum est negari ab Aragonio & Victoria, *cum doceant reum teneri bibere venenum*, si ad hoc condemnetur. qui enim haurit venenum, positive sibi infert aliquid, directe interimens: qui non comedit, nihil sibi infert, sed permittit calore interno vitam absumi: itaq; solum non conservat vitam, ad quod satis gravem causã habet, np ut se justæ sententiæ conformet: quia si quis tantum haberet idolothyta in extrema necessitate, posset iis non vesci & præoptare mortem, ut docet Augustinus ep. ... in fin. Idem dico, si solum haberet carnes humanas, quamvis eo etiam eventu talibus posset vesci, ut docet Cajetanus 2, 2, q. 148. a. 2. ad 1. In assertione ipsa de abstinentiæ à cibo per judicis sententiam impositæ observantia non repugnamus, quicquid Alstedius Theol. cap. 18 p. 354. dicat in contrarium. Ista enim nullum præceptum divinum violat. De idolothytis pronunciavit S. Paulus 1. Cor. 10, 27. & seqq. quæ an ad extremũ necessitatis casum pertineant, disquiri posset. De carnibus humanis res clara est ex divina eduliorum hominibus permissorum determinatione Gen. 9. 2. 3. Verba Cajetani hæc sunt; Homo non potest occidi, ut sit nutrimentum nostrum; & propterea talis bestialitas est peccatum mortalissimum, per se loquendo: *Manducare autem per accidens* quandoq; liceat, puta, quia homines jam sunt occisi in bello & non subest cibus alius, alterius rationis est; & necessitas excusare videtur, ex quo nocumentum proximi non est, & inhumanitatem urgens necessitas apud se & alios operit. Circa quæ ponderanda attendendum ad Deut. 28, 54. & seqq. Zach. 11, 9. Sap. 12, 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

688. *Grassante incendio*, inquit Lessius d. l si non suppetat alia ratio tam horrendæ mortis evadendæ, potes te è sublimi per fenestram demittere, etiam cum certo vitæ periculo : non enim intendis te occidere, sed dirum illud tormentum fuga evadere, quomodo etiam animantia se salvare nituntur. Hæc ille. *Ratio potest esse* : quia certum vitæ periculum minus malum pœnæ est, quam præsentissima mors.

689. *In Naufragio*, inquit idem d. l. potes alteri permittere tabulam nondum â te occupatam: imò etiam occupatam, & committere te undis, etsi non sit spes evadendi, ut docet Victoria & Petrus Navarra. Hoc enim non est directè se interimere, sed exponere se periculo, ut ab undis deprimente corporis pondere vincaris. Ubi adverte; *eum qui prior rem occupavit, in tali eventu non teneri alterum admittere*, sed posse *impedire, nisi utriq; sufficiat*: si simul occuparunt, sorte dirimendum, nisi alter alteri sponte cedere velit. Hæc *Lessius*. *Et Diana Coordinat. T. 8. resol. 37. Putamus* rem ex regula illa confici: Charitas ordinata in eodem gradu diligendorum, incipit à se ipsa. *Sorti* hic vix locus est. Tenendum & illud. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Intentius in universum ad DEUM, quam ad tabulam spectandum.

690. In eandem sententiam definire fas in eo casu, *quo in mediis fluctibus duo*, una navicula comprehensi, ambo in eadem salvari nequeunt, sed ad alterutrum servandum, unum deserere naviculam necesse est. In hoc :inquit *Alstedius, l. c. p. 356.* sors inter eos est mittenda. *Sed sors in* ejusmodi ex improviso emergentibus tempestatibus locum non habet. Quid ergo? si sors non mittatur, inquit, neuter potest alterum ejicere è navicula, quia uterq; est in possessione justa naviculæ. Atq; in istis casibus non titulus possessionis tantum, sed etiam consideratio personarum spectanda, & ex respectu majoris minorisve boni decisio per judicium charitatis facienda. Sed quid si navicula pertineat ad alterutrum? Æquitas svadet, inquit *Alstedius* ut ille, qui est possessor naviculæ, maneat in illa, nisi forte alter sit persona *publica* utilis. *Addimus*: Charitas Christiana & hoc spectat, & alia, quæ in materia dilectionis prosecuti fuimus. Obligationes & æstimationes complures sunt attendendæ.

691. *An sit licitum mulieri gravidæ, se ab imminente igne, bellua,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

hoste defendere fugâ, & concitato cursu, cum cursus cum abortus periculo est conjunctus? Putamus quod *sic*, quia nisi cursus consilium locum habeat, utrique & matri & fœtui pereundum sit: & cursus non est actio pertingens ad fœtum, aut ejus destructionem tendens. Itaq; certum & dubio in casu tutissimum incerto anteponendum.

692. Quia ordo charitatis quemcunq; adstringit, ad præferendam vitam spiritualem proximi extreme indigentis, qualis est infans nondum baptizatus, propriæ corporeæ, ut ἀφ. 246., &seqq. patuit. Quæritur *an minister Ecclesiæ in collatione baptismi occupatus, invasus autem ab hoste, aut alio casu impetitus, quo periculum vitæ præsentaneum est, posit sese fuga tueri ante absolutum baptismum, inprimis quia metus est, ne iste hostis furore & infans pereat?* Barth. *Fumus* in armil. v. defensio n. 3. *Navarr*. l. 2. de restitut. c. 3. diffic. 2, & *Sanchez*, de matrimon. T. 3. l. 9 disp. XX. n. 17. p. 231. *negant*, & rectè ex dicta causa. Putamus tamen, si quid ex præcipitantia in tam subito casu, ubi omnes obligationes & respectus ita exquisite ponderari vix queunt, contingat, id *non obfuturum saluti æternæ infantis*, quem DEUS, ut in similibus casibus, pro multa miseratione solet, procul dubio acceptabit, etsi actus baptismi non sit absolutus.

693. Ex dictis liquet, quando quis homicidii hoc præcepto interdicti reatu sese contaminet ex omissione sive curationis sive defensionis proximi. Quousq; nos obligat dilectio proximi in ordine ad conservandam salutem corporalem proximi, eo usq; non possumus intermittere sine reatu homicidali curationem & defensionem proximi. Quanta sit obligatio hominis ad vitandum eam homicidii reatum, in ordine ad conservandam, curandam, defendendamq; salutem corporalem proximi superioris naturaliter, ut filii erga parentes ostensum est ἀφ. 277. 278. 279. 280. 283. 284. & rursus hoc modo superiorum erga hoc modo inferiores, definivimus ἀφ. 285. 290. 291. 292. 294. 296. 297. 298. 299. 301. 302. 303. Quanta erga superiores οἰκοδεσποτικῶς seu dominice in hoc ordine, & rursus hoc respectu inferiorum, patet ex ἀφ. 324. 325. Quanta erga superiores ἄρχοντας & Magistratus docet ἀφ. 396. 397. 402. & inferiores liquet ex ἀφορ. 346. 363. 364. & seqq.

694. Homicidii reatu contaminat se homo per admissionem

nem læſionis tendentis ad deſtructionem corporis. Et primum per enormes injurias fuſtigationis aut flagellationis corpori illatas. Neque enim eo uſq; dominii in corpus proprium limites ſeſe extentunt. Unde eas prætergreſſus homicidarum circulum ingreditur.

698. *Committere in ſeipſum læſionem corporis, etiam mutilando aut caſtrando, extra caſum neceſſitatis non ſolum eſt peccatum contra charitatem ſui, ad corporis deſtructionem partialem tendens ſed etiam injuria contra DEum.* Auguſtin. lib. 1. de C. V. c. 20. quia homo membrorum ſuorum non eſt Dominus, ſed ſolus DEUS eorum & conditor & conſervator. Pſ. 94, 9. 1. Cor. 12, 18.

699. *Neceſſitas, cujus declinandæ cauſa membrum aliquod licet amputare*, eſt 1. membri illius tam *periculoſa diſpoſitio*, ut non aliter totum corpus ſalvari, niſi admiſſa illa ſectione poſſit, patet: quia quamvis in membra directè dominium homini conceſſum nullum ſit, indirecte tamen, quoniam membrorum bonum bono totius corporis cedere debet, fieri poteſt ut eatenus in membrum ſibi ſumat licentiam aliquam quiſpiam, ut totum conſervet.

700. An aliquis non tantum licentiam habeat, ſed etiam indeclinabilem obligationem in iſto caſu admittendi amputationem membri pernicioſi, ne pars inficiatur ſincera, *an vero libertati permiſſum ſit?* Teneri hominem ad id, ſi non ſint magni perferendi dolores, ſentit *Sotus l. 5.* de J. & J. c. 2. q. 2. a. 1. quem ſequitur *Leſſius* de J. & J. p. 101. quia tenetur vitæ ſuæ periclitanti mediis ordinariis non admodum difficilibus opitulari: ſi tamen ingentes dolores atque cruciatus tolerandi, inquit *Leſſius* non tenetur permittere neq; poteſt ad hoc cogi, quia non tenetur quiſquam cum tanto cruciatu vitam incerto eventu conſervare. Excipit tamen duos caſus, quando vita alicujus cenſetur bono communi neceſſaria: hanc enim ad bonum publicum tenetur, & poſſet cogi á repub. Secundo ſi eſſet religioſus, qui ſe totum conſtituit in poteſtate ſui ſuperioris. Quamvis addit, de hoc dubitari poſſit: quia non videtur ſuperior rem tam heroicam imperare poſſe. Ita docet

Sa-

Salonius & videtur probabilius. Nisi forte religiosus ille esset necessarius reip. & salus omnino certa & dolores non nimis diuturni. Alstedius p. 355. pronunciat; quando ad vitæ conservationem consilio Medici necessaria est cruris vel brachii amputatio, magno cum labore & dolore futura, liberum esse homini tantum dolorem subire ut totum corpus conservet ne pereat. *Putamus I.* in casu atrocissimorum dolorum amputando sentiendorum nulla vi externa sive reip. sive superioris cujusvis posse aliquem cogi ad illorum perpessionem: quia casus iste est plane extraordinarius, nec imperatus â potestate politica. 2. nihilominus in respectu ad DEUM obligationem esse integram ad conservandam vitam etiam isto casu, si modo probabiliter conservanda hoc modo videatur; quia vita, præsertim utilis bono publico aut insigni privato, incomparabiliter majus bonum est, quam sit malum in perferendis istis doloribus. Cum præsertim in divinam miserationem recumbentibus nunquam desit levimentum. 3. Imbecillitatem tamen humanam passis nec ad istam tolerantiam progressis, sed mortem præferentibus ex gratia condonaturum DEUM; quia non est contra conscientiam, sed ex imaginatione difficulter vincibili, ingentium dolorum.

701. Deinde necessitas membri amputandi licentiam dans, est *II. periculum externum alio modo insuperabile*: ut si quis esset membro aliquo, loco alicui affixus, in quo subitum incendium exoriretur, ubi unica evadendi via est membri abscissio, quia semper destructio partialis in eodem genere objecti minus malum est, quam destructio totalis. An huc referri possit exemplum adolescentis, hujus meminit Hieronym. in vita Paul. qui mordendo sibi lingvam præscidit, & in faciem meretricis exspuit, ut ab impuro ejus contactu, cum aliter non posset, sese tueretur? Ita videtur D. Balduino p. 876. *Putamus, fieri* potuisse, ut extraordinarius quispiam è cœlo motus hoc ab adolescente elicuerit; quo casu consentimus. Secus si sit, non existimamus membrum, inprimis tam nobile destruendum esse ad contactum il-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

illiusmodi evitandum. Neq; enim censemus, posse hominem licite tantum in se committere malum, ad depellendum minus malum, quale est contrectatio impudica, quæ ex parte contrectantis morale malum est, non item ex parte contrectati, nisi libere consentiat.

703. *Liceatne II I. pro salute reip. ad compositionem ingeniosi strategematis, nares, aures &c.* sibi *præscindere* ut *Zopyrus* apud Herodot. l. 4. Id *valde probabile censet Lessius* l. c. quia etsi non simus membrorum nostrorum domini, ita ut pro arbitrio possimus de illis disponere, nullam tamen apparere rationem, cur ob causam tanti momenti non possimus ea perdere, cum ad vitam non sint necessaria; & confert Prophetam 3. Reg. 20. sui vulnerationem postulantem. *Existimamus* non nisi in extremo casu periclitantis reip. licere ad hostis eversionem destruere membra isto modo, quia hic solus cohonestare potest illam in templum DEI violentiam.

704. Benene fecerunt sanctæ quædam *virgines, quæ nares sibi præsciderunt ad deformandum corpus*, ut evaderent petulantiam tyranni? Putat *Lessius l. c.* Nisi superioris adsit motus, malum factum judicamus. Licet ob aliquas circumstantias excusabile: quia processit ex conscientia erronea.

705. *Ad declinandas carnis tentantis libidines & ex libidinibus metuenda peccata an licita sit mutilatio & castratio corporis IV.* ? Negant Dd. Ecclesiæ communiter: 1. quia hoc medium non est necessarium ad animæ salutem, cum non membra, sed malitia & negligentia liberæ voluntatis afferat homini perniciem. 2. quia in membra & organa divinitus data ex hac causa exercita sævitia est injuriosa & blasphema in DEUM. 3. quia non tollit id quod tollere debet, sed Basilio l. d. virgin. sub fin. Chrysost. homil. 63. in Matth Augustino l. c. contra Julian. c. 5. probantibus, auget. Nec juvat Matth. 19, 12.

706. *Origenis castratio*, quæ in hac materia ut plurimum allegatur, non omnino dubitatione caret. Eusebius quidem l. 7. H. E. c. 7. factum illud narrat, tanquam ex animo rudi & juvenili, & non recte verba Salvatoris intelligente profectum, & tamen fidei atq; castimoniæ specimen maximum. Epiphanius tamen hæresi 64. Contra Origenem Adamantium dubitanter loquitur. Verba Græca ita habent:

φασὶ δὲ καὶ τοῦτο τὸν Ὠριγένην ἐπινενοηκέναι ἑαυτῷ κατὰ τὸ σωμάτιον· οἱ μὲν λέγουσι νεῦρον ἀποτετμηκέναι διὰ τὸ μὴ ἡδονῇ ὀχλεῖσθαι μηδὲ ἐν ταῖς κινήσεσι σωματικαῖς φλέγεσθαι καὶ πυρβολεῖσθαι· ἄλλοι δὲ οὐχί φησιν, ἀλλὰ ἐπενόησέ τι φάρμακον ἐπιθεῖναι τοῖς μορίοις καὶ ἀποξηρᾶναι· ἕτεροι δὲ καὶ ἄλλα εἰς αὐτὸν ἀναφέρειν τολμῶσιν ὡς ὅτι καὶ βοτάνην τινὰ εὕρηκεν ἰατρικὴν μνήμης ἕνεκα. καὶ τὰ μὲν ὑπέρογκα ὑπὲρ αὐτοῦ λεγόμενα οὐ πάνυ πεπιστεύκαμεν. Eadem ratione loquitur Suidas v. Origenes. Quod notandum propter Baronii Annal. ad ann. Chr. 230. n. 4. & Centur. Magdeb. 3. c. 10. p. 266. 40.

707. Posito, *Origenis castrationem esse ita certam* ut traditur, non legitimus aut justus fuit processus Demetrii, qui postquam nescivit a Theoctisto Cæsareæ Episcopo & Alexandro Hierosolymorum Origenem ad presbyterii dignitatem promotum esse, sparsit rumorem de castratione Origenis, quo eum presbyterii dignitati tituloq; indignum convincere voluit; quem processum tamen Baronius l. add. defendere satagit. Nam partim, ut Eusebius l. add. observat, malo animo id Demetrius propalavit, (verba Eusebii sunt: Quoniam Theoctistus Cæsareæ Episcopus, & Alexander Hierosolymorū, spectati inprimis & præstantes præ cæteris Palæstinæ Episcopis, amplissima dignitate & summo honoris gradu Origenem dignum arbitrati, manus illi, ut presbyterio fungeretur, imposuerant: idcirco Demetrius, simul atq; Origenes ad tam magnam gloriæ claritatem processerat, atq; adeo apud omnes homines ubiq; gentium non obscurum virtutis ac sapientiæ nomen decusq; obtinuerat, cum nulla alia criminatio contra Origenem ipsi suppeteret, facti illius, quod ab ineunte ætate consciviset, calumniam, tanquam gravem ignominiæ notam, ei objectavit, eosq; simul, qui illum presbyterum creavissent, involvere conatus est) partim factum illud tantum non est, ut nullo hæretico affectu, sed juvenili ætate perpetratum, arcere à presbyterii honore resipiscentem & donis ministrantibus conspicuum, jure divino potuerit.

708. Lev.

708. *Locus Deut.23.1.* quem loco alleg. n. 5. Baronius producit, qui habet, ne eunuchus intret in Ecclesiam DEI, non continet legem moralem, adeoq; in N.T. non obligat. P. Fagius in Targum Onkelos h. l. ita scribit: Ingredi Ecclesiam Domini est habere commercium cum populo DEI, & habere jus ducendi Israelitidem. De lege ergo & fide nulla hic mentio. Quasi dicat: Virgines Israeliticæ non nubent iis, qui fractos habent testiculos & pudenda amputata. Inepti ad generandum non ducent Israelitidas in uxores. Allophyli post circumcisionem & baptismum si liberi sunt, omne jus Israelitarū habere censetur, exceptis servis, mulieribus, & quatuor generibus hominum, de quibus hoc capite. Proinde jus erat contrahendi inter se matrimonia, qui de Ecclesia Domini erant. Sed qui lege ab ea arcentur, mulierem ad Ecclesiam DEI attinentem ducere nefas erat. Ergo in præsentia vetando Ecclesiam Domini Eunuchis, pariter vetat liberarum filiarum in Israel cōnubia, sed ex adverso alia permittit, nimirum servarum & id genus, quæ similiter extra Ecclesiam sunt. Cæterum illud notandum, quod, qui extra Ecclesiam Domini per legem retinebantur, à cultu legis ac ceremoniis non sint exclusi, sed habiti suo loco: neq; quicquam defuerit, quod ad fœdus & æternam salutem pertinebat. Observabis ergo, Scripturam hic attestantibus etiam veteribus Hebræis locum & populum proprie Israeliticum Ecclesiam DEI nominare. Hæc Fagius. Ita & Corn. a Lap. h. l. Non intrabit in Ecclesiam Domini, in Hebr. est, non intrabit in congregationem Domini, ut sc. sit de populo sancto, ut censeatur Israelita & filius Abrahæ, ut habeat jus ducendi Israelitidem, ut gaudeat juribus Judæorū. Intrare ergo Ecclesiā Domini est annumerari populo Israelitico & frui gratiis ac privilegiis, quibus in lege Israelitæ fruebantur, ut quod illis pecunia non daretur ad usuram, quod fruerentur privilegiis anni septimi remissionis, & anni jubilæi ac aliis pluribus. Non ergo, eunuchi, Am-

monitæ & Moabitæ &c. arcentur hic a Judaiſmo, fide, ſalute &
templo: hoc enim alienum videtur a DEI bonitate : poterant
ergo fieri proſelyti, itaq; admitti ad phaſe, aliaq; ſacra Judæo-
rum, ut patet *Ex. 12, 48.* Arcentur ergo tantum a ſocietate poli-
tica Judæorum, ut non habeantur cives, nec habeant jus civi-
cum apud Judæos. *Conf. Num. 20. 4. Jud. 20. 2. Piſcator. in not. germ.*
& ſchol. lat. h. l. Franc. Jun. Lorin: Matth. Pol: & alios.

709. *Nulla lege morali prohibitum eſt, eum, qui juvenili qua-*
dam præcipitantia & errore mentis ſeductus, ad caſtrationem ſui proceſſit,
admittere ad officii Eccleſiaſtici adminiſtrationem, ſi præſertim errorem
agnoſcat, & donis ad munus ſacrum egregiis polleat. Unde nimis cru-
de dureq; concepti ſunt can. 22. & 23. ut vocantur Apoſtolo-
rum, prout extant in Jur. Can. diſt. 55. c. 4, Si quis abſcidit ſe-
metipſum (id eſt, ſi quis amputavit ſibi virilia) non fiat clericus,
quia ſui eſt homicida, & DEI conditionis inimicus. *Si quis, cum*
Clericus fuerit, abſciderit ſemetipſum, omnino damnetur, quia
ſui eſt homicida. In Nomocan. Photii, qui cum Comm. Theod.
Balſamonis a Joh. Tilio editus eſt, canones ita habent. Qui
ſe ipſum mutilarit, ne ſit clericus: eſt enim homicida, & DEI
opificii hoſtis. Si quis cum ſit claricus, ſeipſum mutilaverit, de-
ponatur, eſt enim ſui homicida. Græca ſic habent : ὁ ἀκρωτηριά-
σας ἑαυτὸν, μὴ γενέσθω κληρικὸς, αὐτοφονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ καὶ τῆς
τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός· εἴ τις κληρικὸς ὢν, ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσει,
καθαιρείσθω· φονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ. Placet nobis Iſidorus Hiſpa-
lenſis apud Gratianũ diſt. 16. cap. Canones dicens: Canones, qui
dicuntur Apoſtolorũ, ſeu quia eoſdem nec ſedes Apoſtolica re-
cepit, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt, pro eo, quod
ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcun-
tur, quamvis in illis utilia inveniantur, tamen ab autoritate Ca-
nonica atq; Apoſtolica eorum geſta conſtat eſſe remota, atq;
inter Apocrypha deputata. Et ne quis cum Poſſevino in ap-
paratu V. Clem. Somniet, ita judicaſſe Iſidorum propter
ad-

admixtionem canonum ultra quinquaginta, notandum Gratianum istud Isid. judicium proposuisse, postquam indicasset Canones Apostolorum esse 50 Conf. D. Gerh. Conf. Cathol. l. 1. part. 2. c. 6. p. 395. & seqq. Unde frustra Baron. l. c. hanc regulam ut antiquam & Apostolicam contra Origenem pro Demetrio urget.

710. Quod *Can. 1. concilii Nicæni, qui etiam extat dist. 55. c. 7.* apud Gratianum, sanis seipsos castrantibus præcipit, ut si in clero constituti sunt, abstineant, si nondum, nunquam promoveantur, id propter hæresin Eunuchorum *partim* factum est, qui occulte grassabantur in Ecclesia, de quibus Epiphan. hæres. 58. *partim* etiam propter ἐθελοθρησκείαν, qua mire se idoneos ad officia Ecclesiastica arbitrabantur, qui mutilavere genitalia, *partim* deniq; ob periculum, quo ista sub ratione nefandis perpetrandis incredibili simulatione sese nonnulli maleferiati compararunt, de quo jam monuit *Basil. l. de virgin. sub fin.* Ita etiam intelligendum est *Concil. Arelatense II. c. 7. quod est apud Grat. dist. 55. c. 5.*

711. *Glossator Juris Can. ad dist. 55. c. 4.* memorat, *Marcum Evangelistam præscidisse sibi pollicem*, ut sic fieret indignus sacerdotio, & tamen postea sacerdotem factum esse. Non esse autẽ hæc contra cap. 6. dist. 55. in conseqentiam trahenda, in quo edicitur ab Innocentio Papa in ep. ad Felicem Nucer. Episcop. Qui partem cujuslibet digiti sibi ipsi volens absciderit, hunc ad Clerum Canones non admittunt. Cui vero casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens se non sponte percussit, hos canones præcipiunt & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, non abjici. In illis enim voluntas est judicata, quæ sibi ausa fuit ferrum injicere, in istis vero casus veniam meruit. *Sed* 1. rectè monet Baronius, *non Marco Evangelistæ*, verũ *Anachoretæ*, factum illud tribuendũ esse. *ad ann. Chr. 45. n. 46.* 2. qui digitum volens sibi præscindit *non ex malitia*, sed mentis quadam persvasione inconsulta, omnino

quidem male agit, si tamen agnoscat præcipitantiam, qua lege divina non debeat admitti aut vocari ad Ecclesiæ gubernacula, non liquet.

Multis agunt Casistæ & Moralistæ *de castratione.* *Diana Coordinat. Alcol.* T. *8. tract. 5. Resol. 58. & seqq.* 1. An consentiente filio possit illum Pater castrare, ut cantu Ecclesiæ deserviat? Affirmat *Salonius*, negat *Iannerus 2. 2. Thom. dis. 4. q. 8. dub. 5. n. 101.* qui inter „alia: *bonum illud*, voce & cantu Ecclesiæ inservire, non est tanti mo„menti, ut ob id res tam per se a natura aliena suscipiatur, quando nec „ pro salute spirituali aut periculo animæ vitando id licitum. Et sic etiam *Angelus Maria Verricellus de Apostolicis missionibus tit. 14. q. 197. copiosissime*, qui demum sectione 7. statuit: *Eunuchum licite non posse contrahere matrimonium.* Stante, *scribit*, dubio de vero semine, ac de vero teste, nequeat licite contrahere matrimonium: Nam quamvis graves Doctores asserant, quod stante dubio de impedimento dirimente, licitè, sine dispensatione contrahitur matrimonium; quia stat possessio pro libertate contrahendi, quæ possessio certa prævalet dubio impedimento, ita docent Joh. Sanchez *in selectis disp. 41. num. 44.* Thomas Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 6. num 18.* Merolla *tom. 1. disp. 3. c. 3. corollar. 10. n. 134.* Diana *p. 4. tr. 3. resol. 17.* Tamburinus *in Decalogum lib. 1. c. 3. § 7. verbo matrimonium*: Nihilominus hæc doctrina vera est, quando impedimentum dirimens est juris humani; secus si sit juris naturalis, prout est eunucismus; nam Eunucus jure naturali est incapax matrimonii, prout declaravit Sixtus V. *in sua constitut.* Hoc enim est discrimen inter impedimentum juris humani ac juris naturalis: quia quod est jure humano introductum, si sit dubium, omnino cessat, nam lex ad illud non se extendit; quare stante dubio, nullum adest impedimentum, & sic sine ullo prorsus periculo invaliditatis contrahitur: Quando vero impedimentum est juris naturalis, prout est eunucismus, tunc stante dubio, nequit aliquo modo caveri periculum invaliditatis, ergo stante periculo invaliditatis, nequit licite contrahi matrimonium; nam sequerentur duo inconvenientia. Primum est, nam exponeret se periculo copulæ fornicariæ, imo copulæ contra naturam; Eunuchus enim cum nequeat finem à natura institutum assequi, contra naturam copulatur, etenim copula cum Eunucho habet speciem malitiæ

contra naturam necessario in confessione explicandam, Henriq. *lib. 1. c. 6.* Lessius *lib. 4. c. 3. n. 45.* Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 5. n. 14.* Card. Lugo *de pæn. disp. 16. num. 338.* Secundum est, quia si deinde aliquo alio signo adveniente, appareat certo esse ruptionem inguinalem, esse etiam aqueum humorem, esse revera eunuchum, tunc cum magno scandalo, & dedecore violatæ fortè virginis in uxorem ductæ, oportebit separari matrimonium: Ergo stante dubio de impedimentô dirimente jure naturali; seu stante dubio de Eunucismo, nequit licite matrimoniũ cõtrahi. *Confer Thomæ Tamburin. Expl. Decalog. l. 6. c. 2. &c.*

731. Homicidium, *quod committitur per commissionem læsionis alterius à se l. est casuale*: dicitur a tale, quando præter agentis intentionem accidit, ita ut neq; in se fuerit intentum, neq; in aliqua causa, ex qua homicidium accidere solet semper aut frequenter, ad quod, si reatum aliquem aut homicidii culpam exinde homo contrahere debet, tria requiruntur *1. ut* non fuerit per se intentum. *2. ut* sequatur ex opere illius, cui imputatur, id enim necessarium est, ut sit aliquo modo voluntarium, etsi non in se, tamen in causa sua. *3. ut* is, cui imputatur, debuerit vitare opus illud, ex quo sequitur homicidium, idq; ex jure divino vel naturali vel humano. Etenim si rei jure divino vel naturali, vel humano vitandæ adeoq; illicitæ operam dedit, cujus operationem præter intentionem sequatur homicidium, omnino in foro conscientiæ & interiori peccavit contra 5. præceptum. Pariter si rei non illicitæ, sed licitæ operam dans, non adhibeat debitam & imperatam jure aut divino aut naturali aut humano, ad quod & consvetudo talia agentium referri debet, diligentiam, reus est. Tô non occidere namq; etiam suo ambitu diligentiam debitam in custodienda vita requirit.

732. Huic *contradistinguitur voluntarium*, quod dicitur intentum, aut perinde habetur, ac si esset intentum, ac proinde magnam habet cum casuali confinitatem. *v. g.* qui aliquem percutit, animo solum eum vulnerandi, non intendendo illum interficere, quin potius, si crederet, se ea via interfecturum, desisteret â vulnerando, attamen non ita scivit, aut non ita potuit attemperare manum, aut ictum, ut non interficeret, dicitur homicida voluntarius, quando ictus, quem intendebat, talis erat, ex quo facile reipsa intervenire interfectio potuit; quoniam licet non intenderit formaliter homicidium, perinde

tamen reputatur, ac si intendisset, cum sciens & prudens id efficiat, quod videt, & videre debebat, viam esse aptam ad mortem, mortemq; eo actu reipsa inferat, nihil impediente, quod crederet se eo actu non perventurum ad mortem inferendam, neque intenderit eo actu illam inferre.

733. Si quis tamen percutere intenderet tali percussione, quæ nullo modo erat apta ad mortem inferendam, casu vero evenit, ut inde præter spem mors sequeretur, quia vel dum alius ictum fugere intendit, acriter ad parietem offendit, caputq; fregit, vel quia in instrumento, quo percussio fiebat, latebat aliquid, quod aptum erat ad mortem inferendam, cum tamen percutiens ad id non intenderit, vel alia aliqua ratione, tunc ejusmodi homicidium non est voluntarium, sed casuale, quia nullus prudens reputabit tale homicidium, ac si esset intentum. Sic videns aliqvis projectione lapidis per fenestram in viam publicâ, à quam plurimis frequentari solitam, aut ex subita dejectione alterius rei similis non admonitis prius transeuntibus, facillimè posse mortem alicujus consequi & is absq; animo occidendi, ex nimia temeritate protervaq; audacia, id projicit, ac sic interficit, sane perinde est reputandus, ac si interficere intendisset: cum sciens & prudens id efficiat, unde videt, sequi probabiliter posse mortem alicujus, eaq; de causa reputandus est homicida voluntarius. At si periculum non esset admodum probabile, esto, esset aliquale, adeo ut temeritas esset, rem eo modo projicere, ac peccatum contra quintum Decalogi præceptum, si tamen aliquis fretus, quod inde nihil eveniret mali, projiceret, casuq; & præter suam spem aliquem interficeret, tunc quamvis peccaret homicidii peccato, & aliquando lethaliter ob quantitatẽ periculi tanti mali, tamen non esset censendus homicida voluntarius, sed casualis, quoniam nullus prudens reputabit id homicidium, ac si esset formaliter intentum.

734. Hinc explicari potest, quod sub nomine *Chrysostomi vel autoris operis imperfecti hom. 28. compilator Juris Canon. citat*: si quis non iratus, sed propter disciplinam palmam alicui dederit, & eventu occiderit, sicut fierit, solet, quantum ad gratiam, innocens, quia voluntatem, non opus requirit. Quantum autem ad legem, reus est: quia opera requirit. *Glossa* ad verba, quantum ad legem, addit, scilicet Mosaicam, quæ permittebat, quod si quis casu occidisset hominem, dum-mo-

modo non inveniretur intra civitates refugii, poterant parentes occisi re interficere occisorem secundum quosdam &c. *Rectius*: illum interpretabimur, si dixerimus, homicidium quidem esse, adeoq; contaminationem aliquam ex isto actu contrahere deplorandam, sed ex gratiosa divina æstimatione imbecillitatis humanæ, & hominibus in officio suo persistentibus non imputandam, quod casuale homicidium dicitur.

735. *Mandata homicidalia subministrantem* pro homicida apud DEUM reputari, docet 2. *Sam.* 12, 9. item proditorem, 1. *Sam.* 22, 9. c. 23, 19. corporis alieni in alium finem usurpatorem nimium, Jud. 20, 26.

736. *Circa legem Ex. 21, 22. de percussione mulieris prægnantis, ut fœtus ejiciatur*, Cajetanus ait, si percussio, aut incussio metus talis sit, ex qua non raro, sed frequenter sequi solet abortus, & percutiens aut incutiens metum non ignorabat, mulierem esse prægnantem, esse homicidium voluntarium: esto percutiens id homicidium non intenderet. *Navarrus vero ait esse casuale. Molina de Just. & J. T. 4. tract. 3. disp. 3. n. 6. p. 527.* dicendum, inquit. Nisi percussio aut incussio metus tam patens ac manifesta sit causa abortus, comparatione percutientis aut incutientis metum, dum ita percussit aut incussit metum, ut prudentis arbitrio censeri possit abortum intendisse, homicidium non est voluntarium, sed casuale, esto talis attenderit mulierem esse prægnantem: eaq; de causa regulariter quando abortus evenit præter spem ejus, qui percussit aut metum incussit, homicidium erit casuale. At vero quando percussio aut incussio metus esset tam manifesta causa abortus, ut arbitrio prudentis percutiens aut metum incutiens reputaretur abortum intendisse, homicidium erit voluntarium, esto talis abortum non intenderit. Hoc modo est homicida voluntarius ob abortum subsecutum, qui ira in prægnantem percitus ita illam percuteret, ut probabiliter timendus esset abortus, esto non intenderit abortũ, sed satiare vindictæ cupiditatem. *Nos accipimus locum de rixa temeraria*, non de-

de statu defensionis necessariæ, sed quando vel uterq; rixantium, vel saltem is, qui mulierem percutit, versatur in re illicita, aut si statum necessariæ defensionis excedit & rei licite tractabili illicito fervore indulserit: verba, *si ipsa vixerit*, vel ut Hebr. habent, *& non fuerit mors*, & illa verba, & si fuerit mors, imprimis ad mortem utero inclusi infantis, & ex ista causa percussionis ejecti, referimus, quia de eo imprimis hic erat in lege quæstio: natos ילדיה seu fœtus abortivos dicimus, quos membrorum configuratio docuit esse hominis fabricam, non autem molem aliquam aut colluviem retenti sangvinis. LXX. vertunt, *τὸ ἀπεικονισμένον παιδίον*. Etsi enim fieri potest, ut etiam nondum formata massa vere humanus sit partus, quia tamen in dubio præsumitur in mitiorem partem, itaq; pro homicidio non reputatur, si ejusmodi ejiciatur occasione percussionis. Licet etiam mortem ipsius prægnantis ex hac causa subsecutam includamus, quam homicidium esse per se liquet. Percussionem intelligimus quamvis, si forum poli respiciamus *Notamus obiter* Gallasium Calvinian. h. l. ita scribentem. Quærunt nonnulli, an ista lex de animato fœtu, an etiam de eo, qui solummodo formatus est, intelligi debeat? ac quidam ad animatũ restringi volunt, quia nulla mors nisi animantis esse potest, neq; volunt hominem ex spe aut potentia æstimari. Quod certe falsum & iniqvum est. Formati enim fœtus potentia adeo propinqua est effectui, ut qui abortus ejus causa fuerit, hominem interemisse dici possit. *contra Rivet. h. l.*

737. *Interfectionem Ægyptii à Mose peractam non fuisse talem, si principium & Zelum, ex quo promanavit, intueamur, actionem, qualis fuit Petri in Malchum,* Luc. 22, 5. *& Pauli* adhuc Sauli in Ecclesiam Act. 9, 1. uti Augustinus contra Faustum Manichæum & Hilarius arbitrantur, nec tamen fuisse ex ordinaria obligatione profectam, sed *ex dictamine vocationis divinæ*, neq; pro homicidio directo & immediato habendam docet Act. 7, 24. 27.

738. Horribilis immanitatis homicidium fuit, quod

Deut. 25, 18. exprobratur Amalekitis. Quale fuerit, quæritur. *Schickardus de jure Reg. Hebr. cap.* 5. *θεωρ.* 16. *p.* 113. *ait*, eos amputasse virilia quibusdam lassis de tribu Dan, qui tardius erant secuti, in exprobrationem & contemtum circumcisionis. Probat hoc autoritate Rabbinorum. Primo R. Becchai, qui asserit Amalekitas amputata Israelitarum virilia sursum versus cœlum projecisse, dicentes: Tolle quod elegisti. *Deinde Targum Jonathæ Uzielidis*, qui h. l. ait, Amalekitas Danitas declinare ad idololatriam, ideoq; a nube non defensis amputasse virilia. Tertio *R. Salomonis Jarchi*, qui etiam nefanda libidine Israelitas incestatos esse ab Amalekitis memorat. *Nobis placet recepta opinio*, Amalekitas extremum agmen Israelitarum, in quo plerunq; debiles esse solent, aggressos fuisse, & quos poterant, obtruncasse. Ita *Targum Onkelos* וקטל & interfecit in te omnes tardantes sive retromanentes. Ita LXX. καὶ ἔκοψέ σου τὴν οὐραγίαν καὶ τοὺς κοπιῶντας, & cecidit extremum agmen tuum & lassos. Ita *Hieron.* & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit. Ita *R. David Kimchi in libro radic.* Occidit postremos, qui sunt cauda agminis. Hinc *R. Nathan in Aruch*, המזנב, ab eadem radice זנב, בגפנים amputantem caudam in vitibus interpretatur eum, qui est מקצה הקוטע abscindens extremitates vitium, ut vis earum fortior fiat. Et sic verbum זנב usurpatur Jos. 10, 19. Rabbinorum explicatio videtur fabella quadam Thalmudica fulta. Conf. Gen. 36, 12. Vide omnino huc *Alphons. de Tostat. Episcop. Abulens. Lorinum, Thom. de Vio Cardinal. Cajetan. Andr. Rivet. in. c.* 17. *Exod. Matth. Poli Synops. Bibl. Critic. Londin. in cap.* 25. *Deuter. Maref. hydr. Socinianism.* p. 597.

739. Factum *Simeonis & Levi* vere fuisse homicidale, conjunctum cum mendacio pernicioso, perfidia, imprudentia & inobedientia, sacrilegio, barbara crudelitate, temeritate & impietate constat ex Gen 34. 24. 25. et. seq. & Genes. 46, 5. Quod notamus contra *Judith.* c. 9, 2. 3. nec obstat *Gen.* 48, 22.

740. *Torneamenta, in quibus* milites ex condicto convenire solent & ad ostentationem virium suarum & audaciæ temere congredi, unde mortes hominum & animarum pericula sæpe provenire solent, *recte prohibuit Concilium Lateranense & ex eo Gregorius in Decretal. l. 5. tit. 13.* nullo enim modo ab homicidii reatu excusari potest, qui in hoc etiam ludicro exercitandi genere in vitæ discrimen aut conjicit aut conjicitur. Idem dicendum de hastiludiis, si probabile periculum vitæ aut læsionis membri primarii impendet. De Torneamentis vid. *Limnæi. l. 6. c. 5. Jur. publ.* multis *Henel. Ot. Wratislav. p. 56. Majol. D. Canic. p. 775. Zeiler. ep.* p. *88. 196. 896. Panzirol. rer. inv. & deperd. P. 2. p. 683.* Imprimis Andr: Rivet. explic. Decalog. qui deplorat casum *Henrici. II. Galliarũ R.* ex torneamentis subsecutum, invito antagonistâ comite Mongomerio, adducens *Panormitanum can. de Torneam. C. Felicis*, Omnes ludos, in quibus periclitatur aut vita hominum, aut salus animarum, tollentis, quia pugnant cum verbo DEI.

741. *Licitum esse mulieri, adolescenti & cuivis alteri pro defensione pudicitiæ occidere invasorem, asserit Lessius lib. 2. c. 9. dub. 12. & ait,* esse communem sententiam, quamvis Augustinus l. 1. de lib. arb. c. 5. videatur dubitare. Rationem adfert, *quia* pudicitia meritò pluris æstimatur, quam multæ opes, præterquam quod in hac re sit periculum peccati. Ita *etiam Bonacina* T. 2. fol. 672. n. 1. & seq. & ex eo *Goffarus in Compend.* p. *295. Toletus de instruct. sacerd.* l. 5. c. 6. p. 348. *Saa in aphoris.* n. 5. v. homicidium. Consentit *Ames. de cas. consc. lib. 5. c. 31. n. 8. quia* pudicitiæ invasor vim & violentiam summam infert, cum injuria tam atroci, ut jure videatur morti adæquari. *Dissentit Augustinus* Tom. 1. *l. c. diserte*, & propter hanc rationem, *quia* pudicitia moraliter considerata bonum animi est, quod nulla vi extrinseca, si animus bene communitus sit, eripi potest. Unde fit, ut illa læsio, quæ per tentatorem pudicitiæ infertur, sit quidem atrox, respectu inferentis, & ordinis divini, qui hoc facto turpissime violatur. Non tamen comparanda cum extemporanea interfectione tentatoris, utpote in qua præter abolitionem vitæ temporalis infinita alia pericula & damna concurrunt, quæ in tentata, imo etiam admissa læsione nequaquam deprehenduntur. Conf. *caus. 32. q. 5. c.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. *Licet* cen-

censendum sit, in foro soli ordinaria homicidii pœna absolvendam esse, quæ injuriæ intentatæ atrocitate mota intentatorem interfecerit.

742. *Pro defensione honoris & existimationis licitum esse conviciatorem occidere disputant Pontificii Casistæ. Lessius l. d. statuit*: Si baculum vel alapam quis nitatur impingere viro honorato vel nobili, ut ignominiam inferat, si aliter ea declinari nequit, fas esse invasorem occidere: idem posse fieri adversus contumeliis afficientem, sive per verba, sive per signa, si sint atroces contumeliæ, & aliter arceri nequeant, & absit vindictæ libido, statuit *Petr. Navarrus* l. 2. c. 3. n. 376. *Non autem faciendum censet Lessius n. 78.* quia verbales injuriæ verbis sint compescendæ. *Ita Navarrus Azpilc. in Manual. c. 15. n. 4. & Henriquez. de irregularitate c. 10. & Petr. Navarr. l. 2. c. 3. n. 380. & Victoria de jure belli relect. n. 5.* post alios censent, si vir nobilis & eminentis dignitatis sit affectus injuria, ut eum quis alapa feriat & fugiat, posse eum statim repercutere vel fugientem insequi, & tantum infliugere vulnerum vel verberum, quantum putabit necessarium esse ad honorem recuperandum. *Lessius hanc sententiam* n. 80. speculative putat probabilem, sed *in praxi non facile permittendam*, ob periculum odii, vindictæ, excessus, pugnarum & cædium. *Petr. Navarr. n. 375. & Bannes 2. 2.* q 64. a. 7. censent, *si nomini meo falsis criminationibus apud principem Judicem vel viros honoratos detrahere nitaris*, nec ulla ratione possim illud damnum famæ avertere, nisi te occidam, posse me licite occidere. Ampliat Bannes, etiamsi crimen verum sit, modo adhuc in occulto. Addit rationes; quia si baculo vel alapa impacta velis meum honorem vel famam violare, possum armis prohibere. E. etiamsi id coneris lingva, quia contumeliæ possunt armis prohiberi. E. etiam detractiones, quia periculum famæ æquiparatur periculo vitæ. Quia jus defensionis videtur se extendere ad omne id, quod necessarium est, ut te ab omni injuria serves immunem. *Lessio hæc* sententia non probatur. n. 82, *sed nec Christo* Matth. 5, 38. seq. & 21. & seq. *Neq; ulla hic est inter defensionem & læsionem proportio.* Et regula de æquiparatione periculi vitæ & famæ vera est, si moraliter, non si physice consideres. Confer *D. Danhauer. Colleg. Decalog.* ad præcept. 5. *Rivet.* Explic. ad præcept. V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Addamus ad §. super. 674. p. 244. *ex Dorschei Aphoristic. Colleg.* §. 283. Omnino contra honorem parentibus debitum peccant filii, *qui parentem de hæresi accusant*, præsertim ubi propter hæresin in capitis discrimen incurritur; quia nulla lege tenetur filius super iis, quæ ad conscientiam parentis pertinent, Magistratui facere indicinam, & econtra tenetur omni modo parentem incolumem conservare. Contra Navarrum ad 4. præcept. & alios. §. 284. Ut ut concedamus, filium contra parentem ad defendendam patriam & rempublic. posse manus attollere violentas; quia publicum bonum hic superius est privato. An tamen ad se defendendum legitime, non peccaret, si idem tentaret filius, uti vult *Covarruv. ad c. Raynut. de test. n. 9. Filliuc. n. 17. Cluten. in paradox. 4. Besold. l. 1. Pol. c. 10. n. 44. contr.* Bodin. *de Republ. c. 4. l. 1.* gravissimam dubitationem habet. Pessimè sanè honori parentum in universum consultum esset, si in casu defensionis necessariæ, etiam filius, impune parenti vim inferenti, cum interfectionis etiam eventu possit sese opponere. Respicit quoq; Pater non communi relatione humanitatis, sed etiam relatione superioritatis. Et sicut ob majestatem, apud Romanos, miles vitem Imperatoris, se jure vel injuria verberantis confringens, capitale meruit supplicium (vid. pag. nostr. 133) qua ratione se excusabit filius vim patri intentans *Exod. 21. 15. Disciplina certe militaris*, nullo modo permittit Officialium invasionem, quare oppositiones inferiorum graviter & severe punit. *Vid. corpus Militare Petri Pappi.* &c.

Superius §. 693, citati sunt ἀφορ. 277. 278. *seqq. ex Dorschei Colleg. Adiaphorist.* MSC. Summa hæc est. *Filliucius* tract. 28. th. mor. c. 1. n. 6. incohærenter dicit: Liberos peccare proculdubio, cum evecti ad dignitatem, parentes alioqui bonos & honestæ vitæ despiciunt. *Excipit* 1. Si in grave aliquod damnum incurrerent 2. Si hæretici, proditores, vel infamia notati. Si essent infideles, non esse despiciendos, silentio præteriri posse. Nam 1. qui crimine infami aliquo notantur, non sunt boni & honesta vita comprobati. 2. Cum contemptus parentum sit injuria in parentes, currens contra jus naturale, quod tam grave damnum esse potest, propter quod justam excusationem contemptus parentum habere queam. 3. hæresis male inter crimina infamia notatur.

§. 279. Filios teneri ad subministranda alimenta paren-

tib.

tibus egenis, docetur *Genes.* 45.11. c.47 5.6. 1.*Sam.* 22.3. 1. Tim. 5. 4. 16. & quidem jure naturali exigente πελαργικῷ νόμῳ, de quo *Aristoph. in avibus. Fuller. l. 6. misc. c. 10.* contra *Filliucium l. c.* qui pro jure gentium pugnat, sed & *infidelibus* alimenta subministranda; quia obligatio naturalis sola infidelitate non tollitur.

§. 280. Posse in iis omnibus casibus liberos parentibus alimenta denegare, quibus possunt parentes liberis, asserit post *Azorium* & alios *Filliucius* n. 11. sed plane contra 4. præceptum de honorandis parentibus. Nam multi casus contingunt, ubi licite parentes liberis alimenta denegare possunt, quibus casibus, ut idem liberi faciant, non licet propter imperati honoris necessitatem; ut manuum violentarum injectio, gravis & turpis contumelia, accusatio de gravi crimine, fidejussionis denegatio. Ad ΑΦορ.324. Ex lege *Exod.* 21. 20. 21. constat DEUM circa præceptum *de non occidendis servis, mancipiis & emptis* nihil relaxasse, neq; jus vitæ, & necis Dominis tribuisse. Unde non satis circumspecte, & pie loqvuntur Casistæ apud *Azorium & Filliucium*, cum asserunt; *non teneri ad restitutionem eum Dominum, qui servum occidit.* Quia vita, opera & industria servi, ipsius Domini erant, non aliorum, quare nec aliis quicquam debet. Et ad summum si Christianus servus sit occisus, videtur teneri Dominus ad preces fundendas, pro anima ipsius, & curanda aliqua sacra in ejus utilitatem. Tenetur enim adhuc Reipublicæ, & Christianæ Ecclesiæ. §. 325. Omnino lex *Exod*: 21.26. 27. juri naturali convenientissima est, quam temere impugnat *Filliucius* n. 73. dum ait. *Quamvis Dominus non sit Dominus membrorum servi, sed tantum operarum & obsequii à servo præstandi. Quia tamen hoc damnum spectat ad Dominum, non erit ipsimet servo restituendum, vel aliis*, uti ait: *Azorius* sibi enim Dominus damnum intulit, non aliis, qui se servi commodis & fructibus privavit. Idem *Filliucius Synops. univers. Theolog, Moral.* p.448. Si Dominus servum occiderit, nihil ulli deberet. Melius Fagundez de just. & Jur.

l. 2. c. 5, n. 4. ap. *Dianam Coordinat.* Alcol. T. VII. tract. *8.* resol. 37. cum *Molina de justit. & jure T. 1. tr. 2. disp. 38. n.* 3. puniri juste talem dominum, tanquam homicidam. Puniri tales recte à potestatibus publicis. *Diana* utramq; sententiam probabilem putat *sub finem Resolut.* 37.

Ad *ἀφορ.* 680. adde ex *Dianæ Coordinat. Alcol. T. VIII. tr. 5. resol. 57.* Carthusianos secluso scandalo & contemptu, posse in periculo mortis ægrotantes vesci carnibus, etiamsi alios habeant cibos, quo cum faciunt *Victoria relect. de temperant. n. 8. Lorca P. 2. disp. 23. de Leg. ad 4. exempl. Montesinus T. 2. in p. 2. disp. 23. q. 10. num.* 177. contra Vasquez. Thomam, Granado &c.

IV. *Sepulchra & Cremationes veterum.*

A*Thanas. Kircherus* in insigni opere, quod vocat LATIUM, p. 68. ex *Marliano* ostendit morem cremandorum corporum post Numam Pompilium II. Romanorum Regem usq; ad Antoninos Cæsares durasse, & maxime 4. aut 5. ab urbe condita seculis. *Funera*, inquit, *mortuorum vocabautur, quando corpora vel cremabantur, vel sepeliebantur, qui mos hoc tempore Cæsarum Antoninorum ablatus fuit, mos vero cremandorum corporum toto Reipublicæ tempore duravit.* Modus funebris hic erat: Lessum ducebant agnati in consangvinei amiciq; defuncti, deinde pyra exstruebatur, in qua, combustis jam cadaveribus, reliqui cum cineribus, urnis impositæ, destinatis inferebantur sepulchris, quibus imponebantur arcæ marmoreæ, loculi, cippi, tabulæ; Erantq; duplicis generis *gentilia* vel *familiaria* sepulchra, seu potius coemiteria. *In prioribus* deponebantur omnes ii, qui ad integram aliquam familiam, & consangvinitatem pertinebant; in *posterioribus* vero illi, qui ad unam tantum familiam spectabant; neq; licebat cuiquam alteri ex eadem gente sine peculiari quodam privilegio iis inferri. Atq; tale fuit *sepulchrum in Tusculano* agro conditum, ab ea *Furiorum gente.*

Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Præterea *Geniorum* imagines ſepulchris inſculptas fuiſſe legimus, ſub duobus capitibus portæ fronti inſcriptis, erantq; ſepulchri, eorumq:, qui in eo condebantur, Genii veluti quidam tutelares. In ſepulchris vaſa cinerum fictilia. *Sic* enim *Stucchius*. Priſcorum Romanorum inſtitutum erat, præter vaſa fictilia & " ex terra Samia cocta, nulla alia ex pretioſiori materia vaſa in" uſum recepiſſe, donec luxus Cæſarum poſtea omnia in aurum, argentum, gemmaſq; convertit.

Solebant etiam veteres teſte *Golzio* ſepulchris imponere nonnulla *Numiſmata*, ſed & *annulos* oſſeos, ferreos, æneos, aureos, argenteos, una cum cineribus. *Quidam* enim ſerviebant tantum ad perpetuum unionis & concordiæ immortalis affectum demonſtrandum, & dicebantur ſponſalitii: *nonnulli* Deorum imaginibus ſignati, quos ad ſepulchri cuſtodiam plurimum valere putabant: *alii* magica vi pollentes, quos in vita contra faſcinos, & ad Principum gratiam obtinendam geſtarent, in defuncti poſtea ſepulchrum inferebantur. Vide *Licet.* & *Kirchmannum de annulis* & de cremationibus corporũ *Fortun. Licet.* l. 2. c. 55. de Lucernis, & elegantiſſime *Jacob Gutherius* de jure manium l. 1. c. 26. ex quo ſequentia: Ille arbore picea plurimum vireſcebat *Plin.* 16. c. 10. dolatiq; ligni concremata congeries ad altitudinis immenſitatem erigebatur, quæ variis odoribus, unguentis, epulis, vaſis, veſtibus & donis undiq; onuſta, cum mortui corpore citò conflagrabat *Virgil.* 6. *Æneid.* In rogum mortuo illato conſcendebant proximiores, ultimumq; illi ungendi & oſculandi officium conferebant. *Valer. Max.* l. 4. c. 6. Murrhata potio in os illius indebatur, ut ex LL. XII. liquet. Hæc quidem potio tanquam a cœna ad cœlum viatica fuit. Nam murrhata potio Diis ad pulvinaria addebatur. *Feſt. in verb. murrhata.* Cum corpus arderet, vino rogum aſpergebant, ut flammæ validiores eſſent, unde dictum *reſperſum vinum.* Feſt. in verb. *reſperſum.* Quod Numa ll. ſuis interdixit propter vini inopiam *Plin.* 14. c. 12.

Pix

Pix & resina addebatur, qua etiam pauperiores uti solebant. Accipe inscriptionem

D. M.

P. ATTILIO. IRUFO. ET. ACTILIÆ BERONICÆ UXOR. VIXER. AN. XXIII. SED. PVP. MENS. X. ANTE NATUS. EST. ET EADEM. HORA. FUNGOR. ESU. AMBO. MORTUI. SUNT. ILLE ACU. ISTA LANIFICIO. VITAM AGEBANT. NEC. EX EORUM BONIS. PLUS. INVENTUM. EST. QVAM. QVOD. SUFFICERET. AD EMENDAM. PYRAM. ET. PICEM. QVIBUS. CORPORA. CREMARENTUR. ET. URNA. EMPTA.

In *campo Martio* nobiliorum rogus erat, qui Censorio funere efferrentur. Aliorum prope sepulchrum, dummodo intra 2000. passuum ab urbe pyra statueretur. *Cœna* parabatur, *una* in rogo Dis Manibus parabatur, *altera* domi proximioribus & amicis, *hoc* proprie *epulum* funebre, *illud* Silicernium. *Funeris ductor* epulas illas primum degustabat. Viliori paupertate infames *Plauto. in Pseudol Bustirapi* è bustis & flamma cibum petebant. De *Lustratione Rogi*, *& gladiatorio ad rogum*, idem *Gutherius* cap. seqq. Nummus Constantini rogum exprimens hic est,

Non pigeat sequentia ex *Joh. Baptist. Ferretii Musis Lapidariis l. 4. memor. 49.* excerpere. *Locus sepulchri* designatus ab Auguribus vel Pontificibus, non vero ad cremandum, quod enim cuique liberum erat. *In urbe sepelire vetitum*, ex XII. Tabb. lege IN. VRBE. NE. SEPELITO. NEVE. VRITO. Sepulcrum

men sunt quidam *in urbe*, ob virtutum merita, victoriarumq; præmia ut Publicola valerius, P. Posthumius Tuberto, ob bene perpetrata in Patriam qui in Foro, qui juxta Capitolium, qui in Esquilino campo, ut Servius Sulpitius, tum demum Imperatores Augusti, Vestales Virgines ob Religionem & honestiori largitæ munere. In Regionibus sepulchra extabant. In Campo Martio Sullæ Felicis Dictatoris, Julianum Cæsaris Amitæ, & Filiæ, Hirtii, & Pansæ Coss. Regione XIII. Aventini, C. Cestii VII. viri Epulonum Pyramidale cubiculum, cum pariter Regione XIV. Transtiberim, Numæ Regis in Janiculo. Statii Cæcilii Poetæ, Hadrianiq; Imperatoris. Reliqui vero, aut privatim *prædiis*, aut *agellis* condebantur, aut *extra mœnia* in *sepulchretis*, in viis tumulos titulo præfigendo. In *puteis* olim pauperes, & infimæ abjiciebantur, divites vero in domibus suis cum Romanorum sepulturæ in viis essent publicis, ut ex epitaphiis, quæ victores alloquerentur *Seneca ep. 91.* Et sic inscriptiones per titulos dabant, ad hoc, ut transeuntes perlegerent gesta, & sic familia, cognomon, ætas, vitæ conditio, merita, Magistratus, dignitates, bellorumq; facinora. Principes antiquitus in montibus, vel ad montium radices sepeliebantur, ingentes columnas vel collocando Pyramides majestatis signum, trophæa, spoliaq; opima parando morti, posteris dabant monumenta. *Aurelius l. de Origen. Roman. Gentis: Post illum regnavit Aventinus Sylvius, iisq; finitimus bellum inferentibus, in dimicando circumventus ab hostibus prostratus est, ac sepultus circa radices Montis, cui ex se nomen dedit.* Erant quoq; *sepulchra familiaria*, & hereditaria, quæ familiarum erant, & in familia constituta successoribus, heredibus cujuscunq; sexus vel gradus tam filiisfamilias, quam emancipatis, libertis, libertabusq;. Interdum monumentorum prohibebatur *alienatio*, ne exirent de familia, & in alterius rationem irent, ne quis monumenta venderet, sed per ipsorum possessionem curreret, vel per abnepotes vel per manumissos. Qui vero contra Testatoris voluntatem alienabant, pœnas solvebant certam summam inferendo Arcæ Pontificum, hocce jure SI QVIS. HOC. SEPULCRVM. VEL MONVM. CVM ÆDIFICIO VNIVERSO. POST. OBITVM. MEUM. VENDERE. VEL DONARE. VOLUERIT. VEL. CORPVS. ALIENVM. INVEHERE. VELIT. DABIT. POENAS. NOMINE AR-

CÆ. PONTIFICVM. HS. C. ET. EI. CUI. DONATVM. VEL. VENDITVM. FVERIT. EADEM. POENA TENEBITVR vel alia formula :SI QVIS. CONTRA HANC. FECERIT. INFERET. POENÆ. NOMINE. A CÆ. PONTIFICVM. L. N. H. M. ET. LOCIS. S. S. C. M. A. *Rosas & flores, cum epulo* deferebant ad monumentum. In LL. de sepulchris habebatur, in vendendis prædiis caveri solitum, ut scribit Pomponius ad sepulchra, quæ in fundis erant, iter eis, aditus, ambitus funeris faciendi causa esset *L. utimur §. de sepulchri violat.* Venditor fundi locum sepulturæ excipiebat, ad hoc ut ipse, posteriq; ejus illo inferri possint, & ei per fundum sepulturæ causæ ire liceret. Habetur Romæ vetus inscriptio de venditione fundi.

HUIC MONVMENTO. ITER. ADITVS. AMBITVS.
DEBETVR. EX SENTENTIA. EROTIS. AUG. L.
JVDICIS. A. VIA. CAMPANA PVBLICA. DEXTRO
VERSVS. INTER. MACERIAM. CALAMINAM.
ET. INSVLAM. EVCARPIANAM. PER LATITV-
DINES PEDES. DUO. SEMIS. VSQVE. AD. HOC
MONIMENTUM. ET. HINC. PER. CIRCVITVM
TOTIVS. MONVMENTI. VSQVE. IN VIA. QUÆ
DVCIT. IN AGRO - ITER - EIDEM. MONVMENTO.
ITER. ADITVS. DEBETVR. HUIC SECUNDUM
MONUMENTUM. AFINIÆ. TYCAES. ET. INDE.
SECUNDUM. MACERIAM. EVCARPIANAM.
IN. QVA. OLLA SVNT. ET. INDE. ORETO. USQVE
AD. VIAM. PVBLICAM. CAMPANAM.

Confer pag. 287. 67. 256. 59. 46. de sepulchr. & crem. *Voluntatem* pariter *testatoris* insculpebant lapidibus per notas, de quibus videatur Valerius Probus Grammaticus & Sertorius Ursatus de Notis Romanor. & erant H. F. C. Heres faciendum curavit V. S. L. M. Vivens sibi locavit Monumentum. L. M. C. Locum Monumenti comparavit H. M. H. N. S. Hoc Monumentum Heredes ne sequantur. D. P. S. F. D. De pecunia sua faciendum decrevit. I. N. F. P. IN. AGR. P. In fronte pedes, in agro pedes H. L. H. N. T. Hic locus heredes non transcendunt H. I. H. I. hæreditario jure hujus I. R. jure rogavit. I. T. Jure Testamenti, N. VV. H. INF. S. Neminem volumus hoc in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

inferri ſepulcho N. V. N. D. N. P. O' Neq; vendetur neq; donabitur neq; Pignori obligabitur N. D. F. E. Ne de familia exeat M. SS. H. N. S. Monumentum ſive ſepulchrum heredem non ſequitur. *Urſatus l. c.* Adde etiam hoc ex *Ferretii Muſ: Lapidar.* p. 258. Veteres inſcriptiones intus ſepulchra poſuiſſe, quæ vel tabulæ erant æneæ, vel laminæ plumbeæ, ut ſi unquam abraſæ fuerint exteriores literæ interior remaneret recordatio ſepulti vel facti XII. Tabb. Leges ut & Numæ Pompilii Cornel Licin. *circa funera* vid. ap eundem. p. 238.

Ut jam taceam *Kirchmanni*, *Gutheri*, *David Sopranis* utiles labores de funeribus veterum, jam laudatus *Ferretius* in Muſ. Lapidar. Prolixus eſt *de funebribus & ſepulchralibus officiis* p. 230. 181. imprim. p. 46. Lib. 4. memoria 50. explicat, quid ſint *reliquiæ defunctorum*, ſcilicet Oſſa, quæ in urnis & loculis condebantur, item arma, inſtrumenta, quæque ſint cum cadavere tumulata, vel quæ remanebant poſt illos, omnia ut reliquiæ ſupererant. Extat Romæ lapis

RELIQVIÆ
CINNAMI. TI.
CAES. AUGUST.
FAVSTIANI.

Item eodem loco

D M
RELIQVIÆ CORPORIS
M. TARQVINI. CRISPI.
FRONTONIS. C. L. III VIRI CAP.

Obſervat etiam cum aliis qui de officiis ſepulchralibus ſcripſere. In anniverſariis mortuorum datas epulas, *Feralia* vocârunt: Erant vel publicæ, vel privatæ, & ſic in Propinquorum, Amicorum memoriam Feſta hæc *Feralia* dicebantur, Manibus ſacra, vel *â ferendis* epulis, vel *â feriendis* pecudibus nuncupata, & celebrabātur IX. Kal. Martii, hoc XVII. Februar. quo tempore ad ſepulchrum ferebant epulas, & ibi parentabatur, quaſi putantes mortuorum animas placari. *Ovid. 2. Faſt. Inferiæ* vocabantur, monente *Ferretio* p, 98. quæ Inferis ſolvebantur, ad placandas Defunctorum animas, tumulis ſuperfuſa, præbendo lac, & mel, vel aquam, vinum & oleum, nec non flores,

In-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Inferias etiam dare credebant humano ſangvine, & hoc ad Imperatorum monumentum vel ducum, ubi dimicabant captivi Gladiatores, uſq; ad extrema vitæ ſuſpiria ſe interficientes, dicti etiam *Buſtuarii*, quatenus circa Buſtum, vel Rogum digladiarentur. Ubi deerant gladiatores, vel captivi, vel lanienæ, laniando genas, cruoremq; emittendo parentes, vel propinqui conſpurcantes, teterrima illa imagine cadavera inferias ſolvere, & defunctis ſatisfacere, quod vetitum lege XII. Tabb. Cadaveribus uſtulatis & cineribus in urnis & loculis collectis, aqua luſtrali aſperſis ad expiationem, alta voce â Præfica pronunciabatur IL. ICET. Tum turba, quæ funera comitabatur, iteratis vocibus ſe diſpergebat, clamitando: VALE. VALE. VALE. NOS. TE. ORDINE. QVO. NATVRA. PERMISERIT. SEQVEMVR. Dum oſſa & cineres in ſepulchro condebant. Inferiæ etiam dicebantur *annuæ* Parentationes dictæ *Sveton. in Calig.* Inferiaſq; his annua Religione publice inſtituit. *Infantibus* inferiæ non dabantur. *Plutarch. conſolat. ad uxorem*, rationem addit: *nondum enim his terra communicata eſt neq; eorum quicquam, quæ è terra naſcuntur*. Confer Guther. de Jure manium p. 246. ſeq. Kirchmann. de funeribus & alios: S. T. T. L. SIT. TIBI. TERRA. LEVIS. Precatio erat Gentilium, docente *Ferretio p. 42. Muſ. lapidar.* cadaveribus defunctorum ad ſepulchra data *Martial. l. 5.* Epitaph. Philænis.

Sit tibi Terra Levis, molliq; tegaris arena.
Nec tua non poſſent eruere Oſſa canes.

Lib. 1. memor. 32. *Muſ. Lapidar. Ferretii* Epitaph. habet uxoris, viro poſitum.

NVNC. VOS. CONTESTOR. MANES. QVIBVS. OSSA RELINQVO.
TELLVS. HVIC. TVMVLO. NE GRAVIS. ESSE VELIS.

Quorſum *Ferretius* notat: Conjugalis amor luctuoſum efformat monumentũ obteſtaturq; Manes, & commendat oſſa ſepulta. Erat precatio animabus defunctorum ad tumulos prolata *Martial. l. 5.*

Mollia nec rigidus ceſpes tegat oſſa, nec illi
Terra gravis fueris: non fuit illa tibi.

Non

Non solum vero *precationes* defunctis, & illorum cineribus dari comperimus, sed etiam *imprecationes*, *execrationesq; ad sepulchra*. Unde *gravem & onerosam terram* optabant, prædurumq; ossa urgere lapidem, Deos Inferos Manesq; adsistere terrificos. Terram gravem imprecari, erant inimicorum diræ in aliquem, & tanta Gentilium rabies, ut Terram Matrem, Deosq; orarent Manes, ne mortuo sedem ullam, nisi inter Impios darent, teste *Svetonio & Tibull. l. 1. eleg. 4.*

Quisquis es infelix urgeat ossa lapis.

Seneca *in Hippolit* - - - *istam terram defossam premat*
Gravisq; tellus, impio capiti incubet.

De *Serviano* sororis Adriani principis conjuge jam nonagenario, refert *Jacobus Goutoulas Tolosan. in univers. histor. profan. Paris. 1653. P. 1. f. 202, reus factus una cum Fusco nepote annorum 18, eo quod Commodi adoptionem ægre tulisset, Imperatoris jussu extinctus est. Servianus antequam jugularetur, ignem exposcens, accenso thure in has irrupit voces*: Vos ego sacra ob testor Numina, me ab omni labe integrum illibatumq; esse. Hoc tantum Augusto meo imprecor, ut cum mori cupiet, non possit. *Dio.*

Magnæ vero habebatur infelicitatis, *scribit Ferretius p. 100. caruisse sepulchro*, tanto magis ab avibus discerpi, aut illis esse pastum. *Sveton. in August. c. 13.* cuidam sepulturam petenti respondit, jam illam esse in volucrum potestate. *Virgil. Æneid. 9 v. 485.*

Heu terra ignota, canibus data præda Latinis
Alitibusq; jaces. *lib. 10. v. 557.*
- - - Non te optima Mater
Condet humi, patriove onerabit membra sepulchro
Alitibus linquere feris, aut gurgite mersum
Unda feret, piscesq; impasti vulnera lambent.

Diræ volucres dictæ, quasi ferales, & quæ corporum laceratione aluntur. *Silius Italicus l. 13.*

Hic

Hic diræ volucres pastusq; cadavere vultur
Hic multus bubo.

Pro coronide hujus tractationis addamus ex *Ferretio p. 37*. Non semel *brutis* elogia sepulchralia erecta esse marmore constructa inter Pyramides, imaginibus impositis ut Agrigenti, ubi quam plura *equorum* inveniebantur *sepulchra*. Strabo. l. 15. & Plin. 6. c. 20. ait de Bucephalo Alexandri M. mirifico honore esse sepultum, & ab eo natam Urbem Indiæ *Bucephalam*. Sic Adrianus Imperator *Equo* suo Borystheni tumulum dedit, de quo *Dio & Spartianus in vita*: equos & canes sic amavit, ut eis sepulchra constitueret. *E*pitaphium Borysthen.

BORYSTHENES. ALANUS
CÆSAREUS. VEREDUS.
PER. ÆQVOR. ET. PALVDES.
ET. TVMVLOS. ETRVSCOS
VOLARE. QVI. SOLEBAT
PANNONICOS. NEC. VLLVS.
ILLI. APROS. INSEQVENTI
DENTE. APER. ALBICANTI.
AVSVS. FVIT. NOCERE
VEL. EXTIMAM. SALIVAM
SPARSIT. AB. ORE CAVDA
VT. SOLEt. EVENIRE
SED. INTEGER. JUVENTA
INVIOLATVS. ARTVS
DIE. SVA. PEREMPTVS
HOC. SITVS. EST. IN. AGRO

Græci & Latini in recordationem Brutorum conditoriis parabant *Plin. l. 10. c. 7.* De *Corvi* sepulchro ex publico decreto. In Statio Papiniano & Ovidio de Corinnæ *Psittaco*, nec non in Catullo de *passere* suæ Lesbiæ. *Idem Plin. l. 8. c. 42.* refert de *Equi Augusti* tumulo: Julius Capitolinus de *volucri Veri Im-*
pera-

peratoris, *equo* in Vaticano ſepulto. Auſonius de Proſphoro Augusti equo. Epithaphium *Mulæ* Publii Craſſi in agro Sabino in marmoreo fragmento obſervat *Porcacchius de funeribus* ap. Ferret. p. 344.

DIS. PEDIBVS. SAXVM.
CINCIÆ. DORSIFERÆ. ET. CLVNIFERÆ
VT. INSVLTARE. ET. DESVLTARE
COMMODETVR. P. CRASSVS.
MVLÆ. SVÆ. CRASSÆ. BENEFERENTI.
SVPPEDANEVM. HOC. CVM. RISV. POS.
VIXIT. ANNOS. XI.

Vide *Maiol, Canicul. Dier* p. 785. ſeqq. 760.

Deniq; etiam hoc intactum non maneat, *vivas quasdam personas ſepultas*. *Petronius* de Matrona quadam Epheſina his in Satyric. p. 386. edit. Amſtel. *Matrona quædam Ephesi, tam notæ erat pudicitiæ, ut vicinarum quoq; gentium fœminas ad ſui ſpectaculum evocaret. Hæc ergo cum virum extuliſſet, non contenta vulgari more, funus paſſis proſequi crinibus, aut nudatum pectus in conſpectu frequentiæ plangere, in conditorium etiam proſecuta eſt defunctum, &c.* In quem locum *Commentatores*. Hanc hiſtoriam vere contigiſſe autor eſt Flacianus apud Sarisber: mulieremq; Epheſi pœnas dediſſe. Carmine reddita eſt hæc narratio á *Romulo Grammatico veteri fabul. Æsop.* c. 48. Fuſius & integre refertur in hiſtoria, quæ de Cæſare Diocletiano, ejus Filio, & VII. Sapientibus inſcribitur in Germania jam ſupra 200. ann. in manibus verſatur. *Franciſcus Modius* Latinum fecit ex Germanico. Rurſum Latinum hoc *Herbertus* clericus Gallico carmine reddidit circiter ann. C. 1200 *Rex quidam Angliæ* hiſtoriam hanc in *Anglicam* lingvam tranſtulit. Cæterum omnia ad mœrorem & triſtitiam eſſent compoſita, *notat huc Gabbema*, veteres capillamento quoq; luctum præ ſe ferebant. Ac in fœminis quidem crines ſolutos, ac circum colla fluitantes obſervare licet: Imo in viris, ſi qui comam alerent. Quin

etiam

etiam veterescrines mortuis offerebant, notante *Kirchmanno de Funeribus R.*& ſuper ipſorum pectora vel tumulos imponebant parentandi gratia. Unde eleganter *Max: Tyrius* comam eſſe dicit τὸ τελδυταῖον δῶρον ἤδη καταθαπτομένῳ, quod ei, qui jam ſepelitur, donari poteſt, munus. *Dion Halicarnaſſ.* l. XI. ſcribit, virgines fœminaſq; cum funus duceretur filiæ Virginii, in ejus lectū ἀφήματα vittas virginalis comæ, detonſos crinium tortorum cincinnos conjeciſſe. Sic Anna evulſos e vertice crines Didonis rogo inſpergit. Et Chariclæa apud Heliodorum extincto ductori ſuo Calæſiri, vulſos capillos libat, cum gemitu, dicens: ἐπιφέρω σοι χοὰς ἐκ τ̃ ἐμαύτης πλοκάμων offero tibi libamina cirrorū meorum. Obiter nota ex Commentat. Petron. capillum etiam Diis, arboribus, fluminibus conſecratum. p. *375. Pollux*. Alebant quidam comam fluviis aut Diis. *Herculi* vulgus Athenienſium. *Apollini*, ſortis majoris. *Fluminibus* primam comam, ceu ſymbolum, ex aquis omnium eſſe exercitium ſeu omnia vegetari. *Ita Scholiaſt. Pindar.* Vovebant autem ſacrum crinem prima conſtitutione infantes ſuper terram, aut cum nomina imponebantur. *Tertull. de anima c. 40.* Quin & *in nuptialibus ſacris* comarum primitias *Junoni & Dianæ* obtulerunt virgines *Pollux l. 3.* ſed & juvenes, *Lucian. de Dea Syria.* Reos *capillum barbamq; ſubmiſiſſe*, docet *Johann. Savaro* ad Petron Satyr. p. 370. ex Cicer. IV. in Verr. Liv. l. 2. dec. 2. & l. 4. dec. *5.* Valer. l. 1. c. *7.* & l. 6. c. 4. Plin. l. 7. ep. *27.* Tertull. de anim. *totum caput reatu vovere* eſt comam reorum promittere, Fortunatus de ſancto Martiano l. 4.

- - - & longa cathena reorum

Accreſcente coma

Ut ſcilicet hoc habitu ſuffragatores conciliarent, inimicos per mulcerent, judices temperarent. Siſenna Hiſtor. l. 3. cum Complures menſes barba immiſſa, intonſo capillo, lugubri veſtitu vicatim flens una cum liberis circumiret Plut. rer. Rom. c *14.* Oroſ. l. c. 17. Redeamus ad mulierem Epheſinam, hanc miles qui cruces ſervabat, ap-

Petro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

Petronium his è conditorio ducere allaborat p.392. *Quid proderis tibi, si soluta inedia fueris, si te vivam sepelieris?* si antequam fata poscant *indemnatum spiritum effuderis?* In quem locum *J. A. Gonsalv.* Nam & olim fuere, quæ præ mœrore se ipsas sepeliere. Inscriptio Camerti Umbrorum in Picentinis montibus reperta C. TIBULL. G. SEMPRONII. F. MAN. L. NEP. INFERNO PLOTONI TRICORPORI. OXORI. CARISS. TRICIPITIQE. CERBERO. MUNUS. MEUM. FERENS. DAMNATAM. DEDO. ANIMAM. ƎIƎAM QVE. HOC. ME. CONDO. MONIMENTO. NE. OBRUTIS. DOMVS. LAPSU. FILIIS. SEX. QUOS. P. SCIPIO. PATRIIS. CAMERTIBUS. A. SALO. ET. LYBIA. INCOLVMES. RESTITUERAT. IN. DESOLATA. ORBITÆ, SVPERSIM. MISERA. a. ANN. L. M. I. D. I. HOR. SCIT. NEMO. QVIETEM. POSTERI. NON. INVIDEANT. QVI. SECOS. MANES. SENTUAT. IRATOS. ƎALE. ƎITA. IN. FR. P. XX. IN. AGRO. P. XXXIX. Sic & Thrasylus Apulejanus l. *8.* sic & Polemon Sophista apud Philostratum. Refert *Laurent. Beyerlink* Theatr. *Vit. Human.* tit. *cadaver* p.8. ex Alex. ab Alex : G. D. l. 3. c. 7. *Indorum* morem esse ut viro defuncto, quæ charissima conjux in vita fuerat, eodem igne absumatur, unaq; cremetur. Tale quid idem *Alex.* l.c. de Thracibus & Getis, ubi præcipue dilecta conjux maximo cultu ornata, ad tumulum ducta, a propinquiore mactetur eodemq; tumulo humetur. *Ex Sabell.* 1. *c.* 4. *Ennead* Apud Gallos in funere omnia quæ vivis charissima fuisse cremata animalia etiam ipsa. *Ex Procopio l. 2. de bell. Goth.* Apud *Herulos* defuncti uxorem sese ad mariti sepulchrum laqueo suspendisse. *Ex Bonfin. l. 8. dec.* 2. Principes Tartarorum, antequam expirarent, servum deligere, qui cum Domino vivus sepeliretur. Contumulabantur *thesauri, munera, pecunia, vestes pretiosæ, statuæ, imagines, idola,* Libri, *epistolæ. Dictis Cretensis*, historiam belli Trojani sex libb. descriptam, secum sepeliri curavit. *Suidas.* Numæ Pompilii libri sacri quos conscripserat, in arcem sub Janiculo condiderunt Romani: *Plutarch. in Num.* Galatarum mos fuit teste *Alex. l. 3. c. 7.* ut defuncti familiares, & affines inscriptas Epistolas ad rogum conji-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

cerent, velut apud inferos mox lecturi forent. Notatu digna sunt, quæ nobis nuper communicavit *Jacobus Tollius in suis omissis & Commissis ad Ausonium p. 789.* Inscriptione te beabo (*scribit.*) quam inter antiqua rudera repertam in area arcis Czakoturn Heros *Serinius* muro inseri curaverat. Ejus exemplum est hoc:

P. CORNELIUS.
CLAVA FORIS.
T. F. ANN XXV.
CLAUDIA. P. F.
DACUMENA
ANN. XXXXV.
FAVENTINA. ERES
FACI. CURA.

Effigies utriusq; lapidi incisæ erant: & in supremo margine visebantur duo capricorni, & totidem delphines, singuli in singulos angulos disjuncti, unde primo suspicabar Augustæo ævo vixisse. Adjungam itidem duas alias, quarum exemplum amicus quidam subministravit, qui eas viderat & descripserat. Inventæ fuerant inter Comaram & Arrabonem in Hungaria cum anno 1654. Illustrissimus Comes à Buchaim Comaræ præfectus, ad resarciendos oppidi muros aliquot fossores eruendis dirutæ quondā ruderibus immitteret. Earū prior hæc

ITA A - - ΥΤΡΙΟV ΨΤΧ ΕΙΜΕΤΑ
ΠΑΤΡΟC
ÆTERNÆ. QVIETI. ET. PERPETVÆ
SECVRITATI. M. AVR. Q VALENTI. VLEGIA.
QVI. VIX. ANN. LIII. STIP. * XXII. M. AVR. ALEXANDR.
PRIMIPILARIS. FRATRI, E † JVLIA THEODORA.
CONJUGI E * AVRELIA. SOSICRATIA. ET. VALENTINA.
PATRI PIENTISSIMO
FAC. CVR.

f. M Aurel. valentino v. Leg. TR. i. e. Tribuno, nisi τὸ TA cognominis legionis initium sit *XXXII. significat † ET. *AURELIA.

Reperta in hoc sepulchro *Lucerna ardens* † quæ ad primum aëris sensum extincta est. Cadaver quoq; ut apparebat integrum, mox ubi contigere in pulverem dilapsum est. Lapides sepulchrum constituentes erant 4. quadrati, in se invicem compacti viridiq; bitumine ad defendendum aërem commissi adeo duro, ut malleotum ictibus resisterent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Supra inſcriptionem ad manum dexteram caput viri, ad ſiniſtram fœminæ, infra 2. infantes & in medio hominis figura cubantis inflexo cubito libro innitentis conſpiciebantur. Alteri lapidi, qui capiti objectus, eques cum armigero inſculpti erant. Sed en alteram.

M. VAL. VALERIANO - - - LEG. IIII. F. L. VIXIT. ANN. XLII.
ET. M. VAL. ULPIO. EQ. PV. BLE. FIL. VIXIT. AN. VIII.
SIMVL. CONDITIS. VLPIA. PARATIANA. MARITO. ET FILIO.
ET. VLPIA. VALERIA. FILIA.
HÆREDES. F. C.

Narrabat mihi amicus ille, multos in hoc ſepulchro fuiſſe inventos aureos torques, armillas, annulos, aliaq; κειμήλια, quæ fures illi vere foſſores, Raſcianis mercatoribus vendiderant.

† Nota ex *Johann. Meleti epiſtol. de religione Boruſſorum*, & *Johanne Lomayer de Bibliothecis* p. 67. Apud Samogitas in vertice montis ad fluvium Nauvaſſam olim perpetuum ignem â ſacerdote conſervatum in honorem Pargni.

Incidi fortuito in *Samuel. Petiti Obſervation. lib. 3. c. 9.* ex quo tandem pro colophone hæc accipe: *Veſtes* quibus Judæi mortuos involvebant חברוכין appellantur. *Maimonides Comm. ad Talmud. Codic.* בלאים cap. 9. §. 4. f. 33. veſtes ſunt quibus mortuos induunt. Eas autem non erat veritum habere pannum aſſutum alterius generis id docent *Talmudiſtæ*: Tradiderunt Magiſtri noſtri, non licere veſtem, „cui aſſutus ſit pannus alterius generis vendere gentili, ſed licere mor„tuum ea involvere. Et iterum: veſtes, quibus involvuntur mortui nihil vetat eſſe polymitas. Hic tamen variant Magiſtri: nam alii exiſtimant, mortuos indutos fuiſſe has veſtes polymitas, quando conclamabantur, & plangebantur, non autem quando efferebantur, & deponebant: alii vero depoſitos etiam fuiſſe in his veſtibus aſſerunt. *Dixit R. Jannæus: Non tradiderunt, niſi quando conclamatur plangiturq; mortuus: vetitum autem eſt in polymita veſte eum deponere: Dixit R. Johannes; etiam licere eum in veſte polymita deponere.* Rationem adferunt Judæi, *quod omnibus Legibus ſolutus ſit mortuus.* Ita Ieroſol. *veſtes quibus involvuntur mortui &c. ſcriptum eſt Pſalm. 83. 6.* Inter mortuos liber. *Quamprimum homo mortuus eſt, liber factus eſt ab obſervatione Legis.* Item in *Gemara* dixit *R. Johannes*: Illud eſt quod ſcriptum eſt: *Inter mortuos liber.* Simul ac mortuus eſt homo liber factus eſt ab obſer-

av-

vatione Legis. Et ſic & *R. Salom. Jarchi & Maimonides Commentar.* *ad eundem Codicem*: veſtes, quibus involvuntur mortui quia ex quo ho-
„ mo mortu9 eſt, ſolutus eſt omnibus legibus præceptis, neq; qui ſuper-
„ ſunt tenentur obſervare in procurando eorum funere, rem ullam ve-
titam, aut aliquod præceptum Scripturæ, Quare etiam lege prohibitum ſit *Levit. 19. 1.* veſtem geſtare polymitam, tamen in ea efferebatur, & deponebatur mortuus. Quanquam religioſiores volebant efferri in veſte, quam ſibi viventibus geſtare liceret. Sic *ſupremus Magiſter Cu. Hieroſolymit. Tria præcepit Magiſter, cum in communem abiret locum vi- dua mea ab ædibus meis ne diſcedito: Ne oppidatim me plangunto: Eadem in veſte mortuumve deponunto, quam vivus valenſq; geſtavero.* Paulo plu- ribus iſta excuſſimus, quia lucem, ut puto aliquam præferunt. *Roman. VI. 7.* Nam nititur iſta Apoſtoli propoſitio hac Judaica Juris regula: Si- mulac homo mortuus eſt, Legis præceptis eſt ſolutus. Qvare is, qui o- lim vivebat ſub imperio peccati, mortuus jam cum Chriſto, legibus peccati non tenetur amplius, neq; peccatum ei imputatur. *Vide hoc Commentatores.*

V. Damnatio Militum ſortitione.

FOrnerius *ad lib. 5 Var. Caßiodor. c. 33. p. 187.* Statuerunt veteres auctore in Cluentiana Cicerone, ut ſi â multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animadverteretur: ut me- tus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret: Hinc decimandi ortus mos fuit, quod δεκατεύειν dicebant. Liv. *lib. 2. & lib. 28.* Poly- bius *lib. 6.* Sueton. & Dion. *in Auguſto*: Xiphilin. *in Galba*: Capi- tolin. *in Opilio Macrino*: Tertull. *ad Scapulam. decimanda Carthago.*
„ Bene igitur cum paucorum ſupplicio reliqui ſapiunt cives, exemplo alieni mali commonefacti, *l. 16. aut facta, ff. de pæn.* Gell. *lib. 16. cap. 14* Sic & Imperator Gratianus, Valentinianus, & Theod. *l. 9 Cod. Theo- doſ. Tt. 27. c. 3. ut unius pœna metus poßit eſſe multorum.* Natalem, quon- dam Ducem, ſub cuſtodia Protectorum, ad provinciam quam nuda- verat, ire præcipimus, ut non ſolum quod ejus non dicam domeſticus ſed Manipularius, & Miniſter accepit, verum etiam quod ipſe â provin- cialibus noſtris rapuit, ac ſuſtulit in quadruplum invitus exſolvat. Dat. Prid. id Jun. Conſtantinop. Antonio & Syagrio. coſſ. (382.) Non poſſum non Polybii & commentatorum ejus hoc ulterius munire ſuffragiis. Sic enim

enim ille *Histor l. 6. cap. 36. p. 671. edit Amstelod. 1670.* de fugitivis militibus *Ex Latina Interpretatione Casaubon.* Si quando autem delicta eadem à pluribus contingat admitti, & manipuli universi hoste urgente cesserint loco; ut omnes fuste percutiant, aut necent, non est moris illorum (tribunorum scil.) sed remedium ei malo invenerunt utile justa & terribile. Tribunus enim advocata concione, desertores in medium producit, eosq; acri oratione increpat, quâ demum finita, modo quinq; sortitur κληροῦται, modo octo, modo viginti, atq; ut vero omnem observationem complectar, id semper agit, ut pro numero noxiorum decimus quisq; capiatur. ὥστε δέκατον μάλιστα γίνεσθαι τῶν ἡμαρτηκότων. Hos inquam, ex omnibus, qui ignave se gesserunt, arbitrio sortis seligit, & inexorabiliter sorte damnatos, fustuarii supplicio afficit, reliquis hordeum pro tritico admetiens, extra castra & munitionem castrorum tendere eos jubet. Atq; ita qvum periculum & metus sortis ex æquo omnibus impendeat; nemo enim scit, in quem sit casura: exemplum autem vescendi ex hordeo in omnes pariter edatur: hoc instituto, quam maximè poterat fieri consultum est utriq; rei; ut & terror injiceretur & acceptum detrimentum sarciretur. *Vid. Isaac. Casaub. Commentar. in Polyb. p. 175. edit. Amstelod.* qui inter alia: sic cum flagitium ingens sit, directa acie statione excessisse, & ordinem corrupisse; sunt tamen quatuor causæ, propter quas impunè licuit ordine excedere, hæ nempe, teli sumendi, teli petendi, hostis feriendi, civis servandi causa. *Et Jacob Gronov. ad l. c. Polyb. p. 434.* Itaq; duarum tantum pœnarum metus desertoribus imminet, sortis & hordei, juxta Interpp. Atqui auctor jam antea tertium addidit, nempe quod debeant extra vallum manere. Forte μετὰ τῆς κριθοφαγίας, & vertendum *similiterq; omnes ferant ignominiam tendendi extra vallum & hordei pro tritico accipiendi.* παραδειγματισμὸς *scil. extra castra tendentium.*

VI. *Athletæ sorte educti.*

SOlebant (*scribit Henricus Valesius Annot. Euseb p. 88.*) Athletæ, qui in ludis certaturi erant, sortitò educi, hoc modo, teste *Luciano in Hermotino.* Cistella erat argentea, DEO certaminum Præsidi sacra, in quam conjiciebantur sortes, seu tesseræ breves. In duabus inscripta erat litera A. in aliis duabus B. in aliis item duabus Γ. & sic deinceps. Tum athletæ sortes è cista educebant.

Qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Quibus A. obveniſſet, ii inter ſe committebantur primo loco
pugnaturi. Eratq; hic *πρῶτος κλῆρος*. Similiter qui literam B. e-
duxiſſent, ſecundo loco inter ſe certabant. Ita ſors & urna ſu-
um cuiq; adverſarium adſignabat. Is qui adverſarium ſuum vi-
cerat, non ſtatim coronabatur, ſed cum aliis, qui adverſarios i-
tem ſuos vicerant, iterum pugnaturus componebatur, donec
unus omnium victor ſupereſſet. Hinc eſt, quod inſcriptione
Farneſiana, quam refert Gruterus p.314. Aſclepiades quidam
Pancranciaſta, in multis certaminibus victoriam retuliſſe dici-
tur *τὸ δεύτερον ϗ τρίτον μετὰ πρῶτον ἢ δεύτερον κλῆρον στήσας ἰδὲς ἀγ-
ωνιστὰς i. e. poſt primam aut poſt ſecundam ſortionem ſecundo vel tertio ſu-
peratis adverſariis.* Id enim veniebat, quoties plura erant paria
athletarum. Quippe victores inter ſe componebantur, & ſecun-
da inter eos fiebat ſortitio, ac rurſus tertia; donec victoria ad
unum rediiſſet. Et hoc eſt quod dicitur apud Euſeb. *διὰ πλειόνων
κλήρων*. Addit *Valeſius p. 89. a.* Solebant olim gladiatores & be-
ſtiarii antequam certamen obirent, per ora populi circumduci,
de qua pompa *Lucianus in Toxari*, ut notavit Salmaſius ad J. Ca-
pitolinum. p. 91. & Caſaubonus poſt Lipſium in Saturnalibus,
qui locum Quintiliani ex declamat. 9 eò ſpectantem primus ad-
duxit. Id autem fiebat non ſolum in iis, qui ſeipſos ad ludum au-
ctoraverant, ſed in reis, qui ad ferrum aut beſtias damnati erant.

Martialis : Traducta eſt gyris, nec cepit arena nocentes

Notat etiam hoc *Valeſius* p.89.b. Mos erat, ut beſtiarii á con-
fectore trucidarentur. *Euſebio de martyribus Paleſtin.* c. 1. de *Hadria-
no martyre* loquens, & de *Eubulo*. Vide *Onuphr. Panvin. de Ludis
Circenſibus. Patav. 1642. fol.* 1.2 c.1. & *Johan. Argoli notas* ad h.l. fol. 49.
*Jul. Cæſar Bulenger. de Venatione Circi Pariſ. 8. Hieronym. Mercurial.
de arte Gymnaſtic.*

Non ſorte, ſed turpiter ſubinde *Commodus Imperator* are-
nam ingreſſus eſt, de quo *Auſonius in Cæſar.*

Commodus inſequitur pugnis maculoſus harenæ.

In quem locum *Mariang. Accurſio* p. 224. edit Amſtelod, 1671.
quem lege.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

ANALECTA
MISCELLA MENSTRUA
ERUDITIONIS

SACRÆ & PROFANÆ
Theologicæ, Liturgicæ, Historicæ,
Philologicæ, Moralis, Symbolicæ, Ritualis,
Curiosæ,

Ex optimis & rarioribus Authoribus
Collecta & reddita
Operâ

MATTHIÆ ZIMMERMANNI, SS. THEOL. D.
Pastor. Superint. & Basilicæ Misenens.
Concionatoris.

MENSIS VI. VII. IIX.

AD
REVERENDISSIMUM ET ILLUSTRISSIMUM
DN. DN.
CHRISTIANUM AUGUSTUM
L. B. à Friesen in Röthau. &c.
S. C. M. & Elector. Saxon. Consiliarium, & Episcopat. Misenens.
Præpositum.

MISENÆ,
Literis & impensis CHRISTOPHORI GÜNTHERI,
M. DC. LXXIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

SCitè ſane REVERENDISSIME ET ILLUSTRISSIME
BARO, Johannes Labardæus Matrolarum ad Sequanam Marchionis
Regis ad Helvetios, & Rhætos Extraordinem. Legatus in præfatione
libb. X. de rebus Gallicis ad Ludovicum XIV. Regem Galliarum: DEUM im-
mortalem (Rex Ludovice) ſicut Maximum, ita & optimum eſſe ſcimus: do-
cumento mortalibus, *qui cæteris majores ſint, eos & meliores eſſe debere.* Id adeo
ad Reges pertinere, qui & DEO ſimiles, ſi bonitatis æq; ac potentiæ partici-
pes ſint, ita ut ad illius normam divinarum Legum omnem vitæ rationem
componant, & ab omni pravitate alieni ſint. Quare non verè ſenſere illi, qui
jus ipſum violare regnandi cauſa ſunt arbitrati. Ita enim Regnum ſcele-
præmium eſſet, quod cum iis artibus, quibus initio partum retineri ſolet
neceſſe eſſet, ut perpetuis ſceleribus retineretur. Argutè ſane: *qui cæteris ma-
jores ſunt, eos meliores eſſe debere.* Verum non tam Regum, quin & aliorum
ſangvine, dignitate clarorum eſt antecellere & præſtare virtutibus, ne aliqui
ſaltim modo è trivio generi ſuperinducant obfuſcationem, memores illius
Salluſtii belli Catil. noſtra omnis vis in animo ſita; qvare eodem hodego in
maxima fortuna minima licentia. Hos inter cancellos ILLUSTRISSIME BA-
TE VIRTUS TUA continuit, continet; non ſegnem, deſidem, humilem vi-
ſilentio tranſis. Sed ſapientiæ veræ, & inluſtri litas virtuti. Implentur oc-
non paucorum inſolito ſpectaculo, quod ſtudiis, literis, lingvis, ſcientiis ſo-
lidioribus, rarioribus vaces in tantum, quaſi alimenta paraturus. Veſtigia
preſſurus Heroum, quos laudat Octavius Ferrar. Proluſione XII. Alexan-
M. de quo laudatus author: in tanta expeditionum, ac triumphorum mo-
non ſolum literas reſpexit, & coluit, Homerum pro lectione aſſidua pulvi-
ſubjiciens, ſed & noctes quieti ſubduxit, quando diem bella ac victoriæ
vendicabant. Preſſurus veſtigia Cæſaris Dictatoris, Juliani, ſi odium in re-
gionem demas. Laudabili operâ penſitas cum Ferrario Proluſ. VIII. cau-
pereuntium literarum, Literatorum infelicitatem, & iniqua Fata proluſ. IX. ſed & p-
eunte Sagaciſſimo Bœclero. Quare non TE ferit Magni illius Athenienſis ſenis vox,
riens alioquin maximam partem ſuperciliosam turbam Semidoctulorum, qui ſcalas, al-
dens dixit ſalſe: Magna ſpirare parum poſſe. Prædicant TUAM Virtutem, indolem
citiam meliorem, qui indixerunt bellum Murciæ, Vacunæ, inertiæ, barbariei. Cum
ingens TUUS adfectus non tam pridem ſtudiorum meorum tenuitatem, & umbratiles
ras præſens foveret, ſpem actutum concepi, non gravate, ſed gratioſè excepturum
quod Nomini TUO devotus jam conſecrare deſtinavi. Hæc enim Virtuti TUÆ di-
atqve conſecrare ſentio, cui me ipſum jam tum continuò data TIBI opera dicavi. P. P.
ſenæ clɔ lɔc LXXIV. Kalend. Februar.

REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISS. DN.
preces devotas & officia offert
MATTHIAS ZIMMERMANNUS, SS. Theol. D. Paſtor
Baſilic. Miſen. Concionator & Superintendens.

I. N. J.

MENSIS. VI.

I.

Descensus Christi ad inferos Articulus Symboli Apostolici.

DOrscheus in Collegio Didascalico MSC. notat: Sciendum *Parkerum de Descensu ad Inferos lib 4. sect. 4. 5. 6.* id agere ut ostendat tempore Christi & Apostolorum Symbolum fuisse SS. Trinitatis professionem in baptismo. De reliquis articulis in Symbolo extantibus quæsitus, quid igitur dicendum etiam reliquis Symboli clausulis omnibus tam religiosè á nobis conservatis. Respondet, quid aliud nisi splendidas quasi vestes eas esse primi illus corporis & extructiones pulchras in illud fundamentum, quæ suis temporibus necessario addebantur ad hæreses exscindendas, & jam necessario retinentur ut impediant, ne revirescant. Quemadmodum enim hæretici in moribus omnes rimas indagandi cavillantes in causa fuerunt, ut contractus instrumenta olim compendiosa in infinitas clausulas conditiones & provisiones hodie jam extendantur, sic illud pactum in Baptismo inter Christianum & DEUM suum in hac brevitate tum sufficiebat; hæretici vero in fide curiosis dubitationibus, perversisq; altercationibus occasionem dederunt explicationis cujusdam popularis illius Symboli, quod antea in Majestate quasi sua complicatum fuerat. Ita Cyrillus Hierosol. in exposit. Symboli ait: Patrum confessiones sunt expositiones ad hæreses extirpandas & deprehendendas. Hilar. de Trinit. l. 2. Sufficiebat, ait, quidem Domini sermo: euntes docete omnes gentes &c. Sed compellimur hæreticorum vitiis inconcessa præsumere. Horum igitur infidelitas in anceps nos periculum pertrahit, ut necesse sit ultra cœleste præscriptum.

Sed hic nostram *proferamus sententiam.* Dicimus 1. Quicquid sit de articuli illius insertione in hoc vel aliud Symbolum, certum tamen esse, quod sit *divinis literis* traditus, de quo vide Theologos nostros. 2. Quod sit *antiquißimorum Patrum suffragiis* etiam ante 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

feculum comprobatus. *Celsus & Octavius* eundem tanqvam è gentilis-
mo in Christianæ religionis mysteria introductum cavillabantur. Itaq;
propugnarunt *Origenes & Minutius Felix*, quorũ ille circa ann. Christi
226. hic circa ann. 206. floruit. *Marcion* (qui vixit in fine primi secu-
li) & alii aliis modis oppugnaverunt, contra quos disputavit Patrum
coætaneorum industria. *Thaddæus* unus ex LXX. discipulis â Juda
Thaddæo ad Abgarum Edessenorum toparcham missus, ut ait *Euseb.*
H.E. l. 1. c. ult. prædicavit de adventu JEsu, quomodo natus sit, & de e-
jus Apostolatu, & cur missus sit â Patre, & de potestate operũ ipsius deq;
mysteriis, quæ revelavit mundo, & qua potestate ista fecerit, & de no-
va ipsius prædicatione & de ipsius minoratione, & perfectione, & de
humiliatione ejus, qui extrinsecus apparet, hominis, & quomodo sese
exinaniverit, & mortuus sit, & occultaverit suam Deitatem, quantaq;
â Judæis passus sit, & quomodo crucifixus, *& descenderit in infernum,* &
disruperit velum, quod â seculis non erat ruptum, & resurrexerit &c. Hic
sane articulum de descensu ad inferos inter fidei capp. diserte recenset.
Et quamvis epistola Domini JESU ad Abgarum & hujus ad illum,
quam Eubseb. recitat in dubium vocetur gravibus de causis, quas con-
tra authorem Legendæ in Thoma Apostolo Petrum de Natalibus in Ca-
talogo Sanctorum lib. 6. c. 43 & Baronium ad ann. Christi. 31. sect. 60. 61.
atq; alios recitant D. *Chemnit. p 4. Exam. C. T. p. 44. & Isaacus Ca-*
saubonus Exercit. 13. contra Baron. & Robertus Cocus Censur.
p. 2. non tamen propterea omnia, quæ apud Abgarum acta ab Eusebio refe-
runtur suppofititia censeri debent.

Ignatius in Epistola ad Trallian. quæ 2 est ait: Christus edit & bi-
bit verè, crucifixus & mortuus est sub Pontio Pilato, vere inquam, non
hominum opinione crucifixus & mortuus est videntib. cœlestibus ter-
renis & iis, qui sub terra detinebantur, cœlestibus quidem inspicienti-
bus nimirum, in corporeis naturis; terrestribus vero ut Judæis & Ro-
manis, & cęteris qui tum temporis crucifixo Domino aderant, subterra-
neis autem, iis videl. qui plurimi cum Domino resurrexerunt. Multa
enim inquit corpora Sanctorum, qui dormierunt, cum Domino resur-
exerunt monumentis apertis, *descendit ad infernum* solus, regressus
rutem est cum multitudine & septum illud æternum rupit (Vedel. in
h. l.

h. l. tractat. exercit. 2. ad hanc Epistolam putat Ignatium tantum sepulturam intellexisse, sed si hoc verum est etiam sententia Calvin. falsum dixisset)

Cyrillus Hierolymit: Catech. 14. inquit: Solus *hic quidem descendit ad inferos*, cum multis autem ascendit, descendit in morte solus & multa corpora quiescentia Sanctorum excitavit. *Macarius* in consessu Concil: Nicæni actione I Descendebamus inquit nos post mortem ad inferos, suscepit & hoc Christus descenditq; ad eos, cumq; solus descendisset, cum multis rediit, ipse enim erat spiritualiter granum frumenti, quod pro nobis cadens in terram corporale suum templum suscitavit, fructũ afferens totius humani generis resurrectionem. *Epiphanius* qui vixit anno Christi 374. hæres. 20. ita summar. secundi articuli Symb. Apostolici recitat: Complacuit DEO, ut ad salutem hominum proprium filium demitteret, ut in utero virgineo conciperetur, qui verbum est de cœlo, ex paternis Sinibus generatus sine tempore ac sine principio, & ut descenderet in extremis diebus, DEI verbum existens ex DEO Patre vere generatum, qui coëssentialis est Patri, & nihil à Patre immutatus, sed immutabilis, & inalterabilis, purusq; ab affectibus, & penitus non patiens, compatiens autem nostro generi, qui descendit de cœlo, & conceptus est, non à semine viri, sed per Spiritum. S & verè corpus de Maria virgine habuit, sibiipsiq; carnem de Sancta Matre efformavit, & animam ac mentem humanam accepit & totum id, quod est homo excepto peccato in seipsum per suam DEitatem counivit, natusq; est in Bethlehem, circumcisus in spelunca, oblatus in Jerusalem, in ulnas acceptus à Simeone. Vigesimo vero anno Herodis fit salutaris passio, & a passione alienitas, ipse mortis gustus usq; ad crucem patientis in veritate, à passione vero alieni, ac illæsi manentis in Deitate. Christo enim passo pro nobis carne, crucifigitur sepelitur, descendit ad inferna DEitate & in anima captivam ducit captivitatem, &c.

3. *Quod & ipsi Calviniani nonnulli non audeant istum articulum adeo repudiare*, ut ejus in Symb. Apostolicum insertionem in dubium vocare velint, antecedit ipsis ipse *Calvinus l. 2. Instit. c.* II. *n. 8. dum ait*: Quanquam in veterum scriptis particulam illam *de descensu ad inferos*, apparet non adeo in Ecclesia fuisse usitatam

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

in tractanda tamen doctrinæ ſumma locum ei dari neceſſe eſt, utpote, quæ rei maxime utile, & minime ſpernendum myſterium continet. Sequitur *Beza ad Matthæi 27. cap.* Fabulam *inquit* de animæ Chriſti deſcenſu ad inferos hinc quoq; ortam puto, fabulam inquam, ut quidē hic articulus explicari conſvevit, quem alioqui licet in ſymbolis quibuſq; vetuſtiſſimis non adſcriptum, tamen rectè expoſitum, abſit ut expungendum eſſe cenſeam. *Amand. Polanus in Syntagm. l. 6. c. 21.* nos vero *inquit* libentiſſime particulam de deſcenſu ad inferos amplectimur *Gvilielmus Bucanus in loco 25.* Ruffinus, *inquit*, in Symbolo, quod ſcriptis Cypriani accenſetur, teſtatur, olim in Eccleſia Rom. Symbolo non fuiſſe expoſitum nec in Orientalibus Eccleſiis fuiſſe uſurpatum: *Tertullianus* tamen deſcenſum Chriſti ad inferos aperte confitetur, ſicut & *Athanaſ. Auguſt.* & alii *ex Patribus.* Zachar. *Urſinus in explicat. Catechet. p. 228.* ſine omni contradictione articulum accipit, *Alſted. in Theolog. Catechetica ſect. 2. p. 283.* *inquit*: Errant, qui hodie hæc verba eliminant è Symbolo Apoſtolico, quamvis â veteribus quibusdam ſint omiſſa, ut in Symbolo Nicæno videre eſt. *Andr. Rivetus* Cathol. Orthod. *tract. 2. quæſt. 60. p. 732. inquit*: Omninm conſenſu reperitur hic Articulus in Symb. Apoſtolorum, omnibus Chriſtianis Eccleſiis hoc tempore communis, quo confitemur Chriſtum deſcendiſſe ad inferos. *Theologi Leydenſes in Synopſ. purioris* T*heologiæ diſp. 27. p. 353. inquiunt.* Hic articulus etſi lectus olim non fuerit in *Eccleſiæ* Rom. & Orientalis Symbolis, & à vetuſtiſſimis quibuſdam Pp. dum vel ſummam Chriſtianæ fidei colligunt, vel Apoſtolorum Symbolum exponunt, fuerit omiſſus, nec quando inſertus ſit Symbolo certo conſtitui poſſit, non eſt tamen nihili, ſi ad fidei analogiam exigatur ejus interpretatio. *Johann. Coccejus ſumm. Theolog. p. 639.* Quanquam *inquit* in *Symbolis* Eccleſiæ Chriſtianæ, ipſo etiam Apoſtolico hic articulus antiquitus non extiterit, tamen eum libenter cum Romanis hoc tempore profitemur.

4. Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

4. *Quod inter Pp. & monumenta Ecclesiastica Parckerus multa supposititia scripta admiscuerit*, quibus elevare voluit hujus articuli antiquitatem & authoritatem. *Polycarpi Epistola ad Philip.* præterquam quod ne attingat quidē Symbolum, ut adeo constare nequeat, quem articulum receperit, vel non receperit, *supposititia est*, nec Majestati Spiritus, quem passim Historia Ecclesiastica in Polycarpo fuisse tradit, respondet, uti notat *Rivet. Critic. S. l. 2. c. 3.* Sane nisi in ea vitium Typographicum est (habetur autem & in orthodoxographia Heroldi, & in monumentis Sanctorum Patrum Grynæi & in editione Epistolarum Ignatii Joachimi Perionii Coloniæ 1557. uniformiter) epistola è diametro contradicit S. Johanni epistola 1. cap. 4. v. 3. dicit enim, Omnis qui non confitetur Jesum Christum in carne venisse ille est Anti-Christus, quod de S. Polycarpo S. Johann. discipulo existimandum non est. 2. *Clementis Rom. ep. 1.* supposititiam esse, supra notatum est. 3. *Instrumentum donationis Constantini* supposititium quoq; est fatentibus ê Pontif. *Laurentio Valla, Ænea Sylvio Picolomineo*, qui pòstea Pontifex factus Pius II. dictus est. *Raphaele Volaterano, Nicolao Cardin. Cusano, Hieronymo Paulo Catalano, Francisco Guicciardino, Card. Baronio & aliis quos citant & seqvuntur ex Calvini. Andreas Rivetus Critic. Sacr. l. 3. c. 3. Robert. Cocus in Censura p. 87.* vid. *Doroth. Asciani Mont. Pietat. p. 383.* 4 *Basilii Ascetica* dubium est an sint Basilii inquit *Rivetus in Critic. S. l. 3. c. 20. p. 306.* ubi fuse deducit, quamq; & illud Symb. quod in sermone ascetico de fidei confessione extat non sit ordinarium, & usitatum Ecclesiæ illius temporis Symbolum, sed ab auctore ex arbitrio scriptum, additis, demtisq;, quæ voluit: 5. *Oratio Greg. Nyssen. de vita Greg. Thaumaturgi Episcopi NeoCæsariens.* est somnium somniorum inquit ex Sculteto *Rivetus l. 3. c. 23.* Et si vel maxime genuina esset illa oratio, non præjudicaret quicquam antiquitati Symboli Apostolici, aut articuli hujus, quandoquidem etiam plurimos alios extra tamen controversiam positos

tas, omittit. 6. *Liberati Diaconi Breviarium Histor.* Nestor. & Eutychian. tutæ fidei non est, ut notant Bellar. & Baron. apud *Possevinum in Appar. Sacro*, Verb. Liberatus 7. *Maximi Taurinens. sermones* incertæ fidei sunt inquit *Perkinsius & ex eo Rivetus crit. S. l.* 4. c. 23. 8. Joh. Chrysostomi *exposit. in Symbolum* non esse Chrysostomi imo ne Græci quidem scriptoris probat Robertus CocusCensur. p. 9. *Augustini sermones*, 123. 125. 129. etiã in dubium vocantur *à Coco* p. 196. Non debuisset autem Parkerus ipsas autoritates ad numerum faciendum admiscuisse, quas novit domi suæ exsibilari.

5. *Quod parum pertinenter Robert. Parker. tam Pp. quam Concilia* allegaverit ad articulum de descensu ad inferos infringendum. Nam quantum ad Ignatium etsi in Epistolis ad Magnesios & Ephesios eum non habet, commemorat tamen in Epistola ad Trallianos uti diximus, habet, ut in epistola ad Magnes. nullam mentionem articuli de sepultura, nec tamen de ejus veritate & antiquitate ambigitur. *In epta autem ad Ephesios* sparsim nonnullorum articulorum fidei sit mentio, sed nulla seriè nulla intentione disponendi, quid ergo de articuli præsentis omissione movendum fuerat. Taceo *Parkerum l. 2. de Politia Ecclesiastica c. 13. p. 222.* Ignatium inter authores supposititios collocare. *Spiridionis Symbolum* in Colloquio cum Philosopho prolatum de quo apud *Niceph. H. E. l. 8. c. 15.* omittit etiam multos alios articulos, nim. conceptionem à S. Spiritu, passionem, crucifixionem, sepulturam, ascensionem ad cœlos, sessionem ad dextram DEI &c. quis eos propterea novitatis accusabit? Nihil igitur & articulo de descensu præjudicare debet. Plane ita comparatum est *Symbolum Marcelli*, de quo *Epiphan hæres. 72.* Nam & illud omnes articulos non exprimit. Nec *Symbolũ quod Eusebi. Cæsariens. Synodo Nicæna* proposuit, de quo apud *Theodoret. l. 1. c. 12.* quod dicit se ab Episcopis anterioribus accepisse cũ fundamenta suæ fidei in animo jacta essent suo, & ipse lavacro Baptismatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

tis ablueretur audivisse, & quamdiu tum presbyterio tum Episcopatu
fungebatur docuisse; obstat articuli hujus antiquitati in Ecclesia. Nam
illud quoq; non omnes articulos recenset, estq; hoc quod subjungi-
mus, qvia ex illo postea Nicænum mutatis & adjectis aliquibus natum
est. Credimus in unum DEUM Patrem omnipotentem visibilium & in-
visibilium omnium creatorem. Et in unum Dominum JESUM Christum
DEI verbum, DEUM de DEO, DEUM de lumine, vitam de vita, Filium
unigenitum primogenitum omnis creaturæ, ante omnia secula ex
DEO Patre genitum per quem etiam omnia facta sunt, qui propter no-
stram salutem incarnatus est & inter homines versatus. Qui passus est
& resurrexit tertia die, & adscendit ad Patrem, & iterum venturus est in
Gloria judicare vivos & mortuos. Credimus & in unum Sp. S. &c.

Sic & *Hilarii Symbolum lib. de Synodis ad vers. Arianos* non est
publicum & solenne Occidentalis, aut Gallicanæ Ecclesiæ Symbo-
lum, sed *ipsius Hilarii*, in quo etiam alios articulos præter hunc omit-
tit, & multa addit. Est autem hoc: Consequenter pro *conformiter* E-
vangelicæ Apostolicæ traditioni credimus in unum DEUM omnipo- “
tentem cunctorum quæ sunt ædificatorem, factorem & provisorem, “
ex quo omnia. Et in unum Dominũ JESUM Christum Filium ipsius uni- “
genitum, DEUM per quem omnia qui generatus est ex Patre, Deum “
ex DEO, totum ex toto, unum ex uno, perfectum de perfecto, regem de “
rege, Dominum de Domino, verbum, sapientiam vitam lumen ve- “
rum, viam veram, resurrectionem passionem, januam inconvertibilem, “
& incommutabilem, divinitatis essentiæq; & virtutis & gloriæ incom- “
mutabilem imaginem, primum editum totius creaturæ, qui semper “
fuit in principio apud DEUM verbum DEUS, per quem omnia facta “
sunt, & in quo omnia constant, qui in novissimis diebus descendit de “
summis, & natus est ex virgine secundum scripturam, & agnus factus “
est, mediator, Dei & hominum, prædestinatus fidei nostræ, & dux vi- “
tæ, qui passus est, & resurrexit pro nobis tertia die & ascendit in cœ- “
los, & sedet in dextera Patris, & iterum venturus est cum gloria judi- “
care vivos & mortuos. Et in Sp. S. qui in paraclesin & sanctificatio- “
nem & confirmationem credentibus datus est. *Ex quo Symbolo illud
apparet*, urgentibus hæreticis, eos qui opposuerunt illis Symbola, obi-
ter, & quasi semiplene recitatis aliis articulis, illis potissimum institisse,

quã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

qui in controverſiam vocabantur, ut propterea concludere non ſit fas, quoniam unus atque alter articulus ejuſmodi confeſſionibus inſertus non eſt, illum propterea ſuſq; deq; fuiſſe habitum.

Symbolum Marii Victorini Afri, qui vixit an: Chriſti 350. *quod eſt lib. l. 1. cõtra Arianos p. 166. hæreſiolog: Nec perfectum eſt, & non receptum.*

,,Eſt vero tale: Confitemur DEUM Patrem omnipotentem, Con-
,,fitemur Filium unigenitum JESUM CHRISTUM, DEUM de DEO,
,, lumen verum de vero lumine, formam Dei, qui habet ſubſtan-
,,tiam de Dei ſubſtantia, naturam, generationem, filium ſimul
,,cum Patre conſubſtantiatum, quod Græci ὁμοούσιον appellant,
,,primogenitum ante conſtitutionem mundi, & primogenitũ
,,ante omnem creaturam, hoc eſt & ante in ſubſtantiam venien-
,,di & generationis, & revivendi, primogenitũ à mortuis λόγον
,,qui ſit omniũ univerſalis λόγος, λόγον a. ad Deum, λόγον in poſtre-
,,mis temporibus incarnatum, ſub cruce vincentẽ mortẽ, & omne
,,peccatum, Salvatorem noſtrum, judicem omniũ, ſemper cum
,,Patre conſubſtantialẽ, & ὁμοούσιον potentiam activam à patria
,,potentia & generantem, & facientem omnia, & ſubſtantiam
,,exiſtendi omnium, & generationem, & reviviſcentiam:
,,quoniam vita eſt æterna & Dei virtus & ſapientia, ipſum in-
,, verſibilem, mutabilem juxta quod λόγος eſt, & quod ſem-
,,per λόγος eſt, juxta autem quod eſt creare omnia, & maxi-
,,me juxta in hyle actionem impaſſibiliter patientem: ut
,,fons aquarum immutabilis impaſſibilis, extra omnem motio-
,,nem cum fluit & in flumen advenit, juxta alveum, & genera &
,,qualitates terræ creditur pati, ſemper ſervans potentiam aquæ
,,ſuam, & ſic uti flumen irrigat terram, nullam diminutionem
,,ſentiens, ad hoc quod eſt eſſe aquam: Sic Chriſtus ille eſt
,,fluvius, de quo Propheta dicit, qui irrigat & infundit totã ter-
,,ram, ſed Chriſtus totus omne irrigat, & viſibilia & inviſibilia,
,,flumine vitæ omnium eorum quæ ſunt ſubſtantia rigat, in quo
,,autem vita eſt, Chriſtus, in quo rigat Sp. S. in quo potentia
,, eſt vitalitatis Pater & Deus, totum autem unus Deus. Confi-
,,temur ergo & Sp. S. ex Deo Patre omnia habentem τῷ λόγῳ, hoc eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

est Jesu Christo tradente illi omnia, quæ Christus habet à Patre. Hæc *Victorinus partim* plerosq; articulos fidei omittens, *partim* quos ponit mirifice confundens, adeoq; ad præsens negotium testis impertinens. Quis enim ex ejusmodi intricata confessione de Simplicissimo Symbolo antiquæ Ecclesiæ & ejus articulis judicaret?

Epiphanius sibi contrarius non est, itaq; etsi omisit articulum de descensu ad inferos in Ancorato, habet tamen *hæres*, 20. & quidem separatim à sepultura.

Theodoretus etsi in Dialogo, qui *impassibilis* inscribitur, in quo non omnes articuli fidei extant explicati, non meminerit articuli *de descensu ad inferos*, jam tamen tempore Concilii Nicæni, & antea ejus in aliquibus Symbolis celebratam esse memoriam ipse docet, quando Synodi Nicænæ ab Arianis post primam & magnam illam habitæ acta describit, in quibus Symbolum aliquod recitat, in confessione Deitatis Filii quidem depravatum, sed in cæteris recte se habens & omnino antiqvum, quod ita se habet. *Credimus in unum & solum verum DEum Patrem omnipotentem, ex quo omnia, & in unigenitum Filium DEI ante omnia secula, & ante omne principium* (sc. hujus mundi) *ex DEO genitum, per quem omnia facta sunt, visibilia & invisibilia, unigenitum solum ex solo Patre & Deum de DEO, similem Patri, qui eum genuit secundum scripturas, cujus generationem nemo novit, nisi solus Pater, qui genuit illum, hunc novimus unigenitum DEI filium, à Patre missum, descendisse de cœlis, sicut scriptum est, in destructionem peccati & mortis, & genitum ex Sp. S. & Maria Virgine secundum carnem, sicut scriptum est, & cum discipulis versatum esse, & universa œconomia plene juxta Patris voluntatē expleta, crucifixū, mortuū & sepultū* descendisse ad inferos, quē infernus ipse exhorruit, *resurrexisse à mortuis tertia die, versatū denuo cum discipulis, & diebus 40. completis assumptum ad cœlos, sedere ad dexteram Patris, venturum in extremo resurrectionis die cum gloria Patris, ut reddat unicuiq; juxta opera. Et in Sp. S quem ipse unigenitus DEI filius, Christus Dominus & DEus noster, promisit se missurum generi humano paracletum, sicut scriptum est, Spiritum veritatis, quem ipse misit &c.* Hæc Theodor. l. 2. Hist. Eccles. c. 21.

Cyrillus Alexandr. l. 1. de fide ad Reginas, Symbolum integre non recitat. Meminit autem *articuli de descensu ad inferos in l. de recta fide ad* Theodos: *Imperat*: ubi post varios articulos expositos in hunc modum de descensu ad inferos disserit: Christus *inquit*: Carnem quidem suam in redemtionis precium pro carne omnium impendens animam similiter suam pro omnium animarũ redemtione pretium constituit, qvamvis iterum revixerit, vita secundum naturam existens, utpote Deus, unde & D. Petrus *Act.* 2. viri fratres, inquit: Liceat cum fiducia loqui ad vos de Patriarcha David, quod & defunctus est, & sepultus, & monumentum ejus est inter vos usq; ad hunc diem. Igitur cum Propheta esset, & sciret, quod jure jurando jurasset sibi Deus de fructu lumbi sui sessurum super thronum suum, præscius locutus est de resurrectione Christi, quod neq; in inferno anima ejus derelinquenda esset, neq; caro ejus visura corruptionem. Non enim fas est dicere: carnem unitam verbo corruptioni aliquando esse obnoxiam, & divinam animam detineri intra portas inferni. Non enim derelictus est in inferno, sicuti divinus dicebat Petrus. Minimè dicimus naturam, quæ omnino à morte deprehendi & capi nequit h. e. Deitatem unigeniti à subterraneis specubus remeasse. Neq; ea res miraculum haberet, nisi mansisset in inferno Verbum Dei, divinitatis quidem efficacia & natura, mire & supra captum rationis omnia implens, & in omnibus agens (Deus enim supra mensuram & locum & circumscriptionem, & magnitudinem est) ipsũ vero à nullo capitur. Admirabile est etiam omnibus, quod corpus quidem resurrexerit, naturam corruptibile, erat enim proprium incorruptibilis Verbi. Anima quoq; ad illud copulam, & unionem sortita *descendit quidem ad infernum.* Divina autem virtute, & potestate utens, & spiritibus illis, qui illic erant, apparuit. Enimvero & dicebat compeditis egredimini, & his, qui in tenebris, revelamini, & tale quiddam etiam Petrus quiddam & D. Paulus dixisse videtur, de verbo Dei & anima ipsius secundum dispensativam unionem. Satius enim est inquit Petrus, ut benefacientes quam male agentes, si ita voluerit voluntas DEI, patiamur. Quia & Christus semel pro peccatoribus mortuus est, justus pro injustis, ut nos afferret Deo, mortificatus carne, vivificatus autẽ Spiritu, in quo inquit abiens etiam Spiritibus qui in carcere erant, prædica-

vit.

vit. Neq; enim opinor dixerit, quod nuda & per se Deitas unigeniti descenderit in infernum, & prædicaverit illis, qui illic spiritibus, quæ omnino est invisibilis, divinitas enim major est, quam ut videatur. Sed neq; admittimus, quod ipsa apparenter & figura in animæ speciem transformata sit. Cavenda enim omnino est illa apparentia. Sed quemadmodũ unigenitus, cum iis, qui adhuc in carne, ita & animabus in inferno prædicavit animam habens sibi unitam, in qua fuit. Sic Cyrillus inter præcipuos articulos, eum, qui de *descensu ad inferos est*, retulit.

Johann. Maxentius in professione fidei suæ omnes articulos enumerat, qui tum in publicis confessionibus recepti erant, & alios inserit, quorum in Symbolis nunqam alias fiebat mentio, idq; occasione hæresium tum temporis grassantium. Unde quod omittit articulum de descensu ad inferos, eundem nequaquam suspectum facere potest; vixit enim Maxentius in seculo. 6. scil. anno Christi 520. & porrò, ubi jam in multis Symbolis articulum de descensu ad inferos exhibitum fuisse ex dictis liquidum est.

Confessiones Charisii, Gelasii, Macarii, Sophronii, & similes sunt ad formam Symboli Nicæni & reliquorum Synodicorum Symbolorum directæ. In quibus plurimum esse variatum ab illo antiquo & simplicissimo Apostolis tributo Symbolo facile largimur.

Symbolum Ariminiensis Synodi non habemus apud *Socrat. l. 2. c. 25. sed 29.* ubi diserte legitur *articulus de descensu.* Unigenitum inquit: DEI filium scimus nutu paterno de cœlis descendisse ad delendum peccatum. Natum esse ex Maria virgine, versatum cũ discipulis, paterna voluntate omnẽ œconomiã explevisse, crucifixum, passum, mortuum, descendisse ad inferos, omnia illic dispensasse. Quem inferorum janitores intuentes cohorruerunt.

Symbolum Sardicense apud *Theodoret. l. 2. c. 8.* non omnes articulos habet, sed eos tantum, in quibus maxime sese ab Arianis separare voluit. In *Synodo vero Constantinopolitana* iisdem tempo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

tibus habita, & factiosa, de qua *Socrates l. 2. c. 32.* repetitur Symbolum Ariminien se, & cum alia ab Acacio fraudulenter mutarentur, articulus de descensu ad inferos tamen integer retentus fuit. Unde Acacium, qui etiam Symbolum Synodi Seleuciensis in Isauria composuit, de quo Socrates l. c. scribit, articulum de descensu ad inferos non negasse, liquet.

In Illiricensi Synodo plane nullum Symbolum recitatum fuisse reperitur apud *Theodor. l. 4. c. 8.* tantũ inculcatur cõfessio ὁμοουσίας personarum SS. Trinitatis, ut plane sine ulla ratione ibi Parkerus absentiam articuli de descensu ad inferos annotaverit.

Syrmianum Symbolum, ut videre est apud *Socrat. l. 2. c. 25.* omittit non tantum articulum de descensu ad inferos, sed etiam de conceptione ex Spiritu S. passione sub Pontio Pilato, sepultura. &c.

In *Synodo Romana* pariter sub Julio Papa non recitatur Symbolum, quod Apostolicum vocatur, sed Nicænum, & multi articuli omittuntur, ut sunt articulus de conceptione, nativitate, crucifixione, morte, sepultura, descensu ad inferos, sessione ad dexteram. &c.

Planè ita se *Carthaginens. 6. Synodi Symbolũ* habet, nisi quod non omittit articulum de sessione ad dexteram. In 7. *Carthaginensi Synodo* non habetur Symbolum. Toletani 1. Concilii Symbolum Apostolica, ut ibi vocatur assertio fidei neq; Nicæni, neq; Apostolici Symboli omnia capp. repræsentat, & multa alia addit, quæ reliquis Symbolis non continentur. Sic & comparata est Confessio Toletani VI. quæ canone I. exponitur. *Toletani IIX.* Symbolũ est Nicænum, quemadmodum ab Ephesina aut Constantinopolitana Synodo auctum est. *In IX.* *Toletano* non est Symbolum expressum. *In XIII. Toletano* recitatur quidem Symbolum Nicænum, sed cum magna variatione ab eo, quod Toletano IIX. expositum est.

Sic & Bracarensis III. Concilii Symbolum se habet. *Concilium* *His-*

Hispalens. II. nullum habet Symbolum. *Mediolanensis*, & *Lateranensis* Concil. exigua est autoritas.

Veteris *Ecclesiæ Allemanicæ* Symbol. quod *Goldastus* habet: cujus hæc sunt verba Jch glaube / daß er abe dem Cruyze genommnen wardt / und zur Erden begraben wardt / und darinnen lag er dri Tage und dri Nacht. Adjicimus aliud, quod Consil. Palatinus vir bene meritus de antiquitate *Marquardus Freherus* exhibuit in editione vetustissima Decalogi, orationis Dominicæ & Symboli, cujus hæc sunt verba: Utiq; antiquitate Goldasti recitationem superantia, He was trat ande begurbet ande Hande nastahe tho Helle.

Francofurtani, *Parisiensis*, & *Wormatiensis* Concilii Decreta & Symbola proposito nostro velut recentiora, & quorum tempore articulus de descensu ad inferos passim receptus fuit, non sunt adversa. De *sermonibus Augustino* tributis supra diximus anceps esse negotium, interim tamen ipsis articulus ille inter certissimos collocatur. Nam *sermo 137.* totus est de descensu ad inferos, & *sermo 181.* diserte in expositione Symboli, quod plane nostro Apostolico geminum est, habet articulum de descensu, & explicat. Confer & ad fratres in eremo *sermonem 56.* Ipse vero Augustinus articulũ illum passim prædicat. Sed enim *epistola 99. ad Evodium T. 2* Quis nisi infidelis negaverit apud inferos fuisse Christũ. Tota autem ista epistola in 10. capite Christianæ religionis exponendo est occupata. Et *Epistola 57. ad Dardanum* de eodem descensu Christi tractat. *Et Tom. 3. de Genesi ad literam. l. 12. c. 32. p. 702.* Christi *inquit*: animam venisse usq; ad ea loca, in quibus peccatores cruciantur &c. non immerito creditur. *Et de fide ad Petrum Diaconum c. 2.* Unus est ergo atq; idem Deus Dei filius, natus ante secula, & natus in seculo, & utraq; nativitas unius est filii Dei: divina secundum quam creatus in forma Dei Deus est coæternus Patri, humana secundum quam se ipsum exinaniens, & formam servi accipiens, non solum in conceptu materni uteris semetipsũ, dum homo fieret eadem servilis forma suscep-

tione formavit, verum etiam de eodem matris utero idem Deus homo factus exivit & in cruce idem Deus homo factus, pependit, & in sepulchro idem Deus homo factus, jacuit, & in infernum secundũ solam animã descendit &c. Confer eundẽ *T. 6. cõtra Felician. Arian. c. 14 p. 788. Et de hæresibus ad Quodvultejum c. 79 p. 19.*

Cyprian. ep. 78 ad Jubajanum non tractat Symbolum, sed aliqua ejus tantum interspergit capp. unde quos articulos Symbolicos, vel non Symbolicos judicaverit Cyprianus, liquidum esse nequit. Expos. autẽ Symboli, quæ sub operibus ejus diu *jam* circumlata fuit, & Ruffinum authorem habet, diserte *articulum de descensu* ad inferos agnoscit. Sed & ipse Cyprianus juxta seriẽ articulorũ Symboli contra Judæos progressurus l. 2. advers. Judæos num *24. 25.* articulum hunc etiam S. Script .probare nititur.

Gennadii Patriarchæ Constantinopolit. Confess. ad Machometum Imperat. Turcicum, quæ etiam extat in hæresiolog. Heroldi, non habet articulos vel Apostolici vel Nicæni Symbol. omnes, accommodavit enim sese Gennadius ad Imperatoris genium, & delectu quodam articulorum Christianæ religionis sacra commendare voluit, unde nequaquam de unius vel alterius articuli ab illo omissi , sive antiquitate sive authoritate exinde judicari potest &c. Sic se habet etiã *Symbolũ Pelegrini Archi Episcopi Laureacensis, quæ* extat in collectione Grynæi p. *1625*. Quicquid sit de Symbolo *Mosis Mardeni*, quod *Andreas Masius* exhibuit, sane Symbolum, quod rituale Severi Patriarchæ Antiocheni continet, articulum illum expressit, ex quo etiam Dominus Grynesius in Gymnasio Syriaco illum repræsentat, &c. (Constantini Harmenopuli Confessio de fide Orthodoxa aliquot capp religionis in secundo)

Symbolum Gregorii M. *Papæ* Operibus in edit. Basiliensi post vitam & epitaphium ejus insertum non constat esse Gregorii. Aliæ editiones aliquod omittunt. Nec agnoscit *Possevinus in Appar. sacro*, imo neq; *Johann. Diaconus*, author vitæ Gregorii Symboli istius mentionem injicit. Quanquam nihil non orthodoxæ fidei consentaneum continet. Licet vero articulum de-

descensu non habeat, non tamen propterea isti contradicit, neque ad antiquitatem confessionis Apostolicæ pertinere eum probat, omittit enim etiam alios articulos vetustissimis confessionibus celebres, ut articulum de passione, & morte, & aliqua inserit, quæ in aliis Symbolis non extant. Unde articulo de descensu ad inferos præjudicare nequit. Simile de cæteris ferendum est judicium &c.

Quod VII. ait Parkerus, *Symbolum fuisse antiquitus ipsam professionē Trinitatis, reliquos autem articulos Vestimentorum & supplementorum instar successive fuisse adjectos.* Verum est, si de formula Symbolica Baptismi interpreteris, *non autem Catechismi:* nam antiquissimis etiam patribus Symbolum Catechumenis propositum præter usitatā professionem Trinitatis complexum fuisse etiam alios aliquos articulos ex illis manifestum est, quæ supra disputata sunt. Sic *Ignatius, Justinus, Irenæus, Tertull. & alii* coævi. Et omnino falsum est, quod Parkerus dicit, Tertullianum ex antiquissimis Christianorum testibus unum si interrogetur, ex sua certa scientia paratum deponere, regulam fidei à Christo institutam fuisse, & ab eo ipso ortum habuisse, & hanc institutionem tum fuisse, cum Apostolis præcipiebatur, Ite & prædicate &c. Sane ut jam supra indicavimus *l. de præscript. advers. hæreticos c. 13 14.* quod Parkerus designat, Tertullianus id non dicit. Recitat enim in c. 13. summam Symboli, non solam professionem Trinitatis complexi ; sed etiam insertione aliorum articulorum conspicui. Et post c. 14. addit: Hæc regula fidei à Christo instituta, nullas habet apud nos quæstiones, nisi quas hæreses inferunt, & quæ hæreticos faciunt. Cæterum manente forma ejus in suo ordine, quantumlibet quæras & tractes & omnem libidinem curiositatis effundas. Si quid tibi videtur vel ambiguitate pendere, vel obscuritate obumbrari, est utiq; frater aliquis, Doctor gratiæ scientiæ donatus. Est aliquis inter exercitatos conversatus, aliquis tecum curiosus, tecum tamen quærens. *Novissime* igno-

rare melius est, ne quod non debeas noris, quia quod debeas nosti.
Fides nunquã (intelligit curiosam) tua te salvum fecit, non exercitatio
scripturarũ. Fides in regula posita est; Habes legem & salutem ex obser-
vatione legis, exercitatio autem in curiositate consistit. Habes gloriam
solam de peritiæ studio. Cedat curiositas fidei, cedat gloria saluti.
Certe autem non obstrepant, aut quiescant adversus regulam. *Hac*
ille. Qui profecto per regulam non solum professionem Trinitatis
sed etiam reliquos quos recenset articulos intelligit. Sic & cum Ire-
næus l. 1. adversus hæres. c. 2. asserit, Per baptismum nos accepisse re-
gulam veritatis, non hoc vult, quasi solius SS. Trinitatis professio-
num regula veritatis ab ipsis baptizatis requisita constiterit, sed quod
baptismi perceptio confirmata sit. Etenim Catechumeni ad bap-
tismum deducendi aliis etiam articulis ad regulam veritatis pertinen-
tibus, præter Trinitatis professionem imbuebantur. Eadem est quoq;
mens S. *Basilii l. 1. c. 2. de Sp. S.* Sic & B. *Athanas. in epist. ad Orthodo-
xos cum ait:* Summa & corpus totius nostræ fidei continetur in verbis
Baptismi, & fundatur in illa ipsa scriptura. Ite & baptizate omnes na-
tiones in nomine Patris & Filii & Sp. S. nobis non adversatur. Neq; ta-
men hoc dicit tempore Athanasii nullum aliud fuisse Symbolum præ-
ter nudam personarum SS. Trinitatis enumerationem, repugnante
profecto Athanas. historiæ temporum & testimoniis supra productis
evidentissimis. Hoc itaq; vult, professione Trinitatis in Baptismo
facta tanquam summa quadam nos ad omnes fidei Christianæ articu-
los obstringi.

II. Hymni in honorem Christi compositi.

EUseb. *l. 5. H. E. c. 28.* ψαλμοὶ δὲ ὅσοι ϗ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπ' ἀρχῆς ὑπὸ
πιϛῶν γραφεῖσαι, τὸν λόγον τȣ̃ θεȣ̃ τὸν χριϛὸν ὑμνȣ̃σι θεολογȣ̃ντες. Psalmi
quoq; & cantica fratrum jam pridem à fidelibus conscripta Christum
verbum DEI concelebrant divinitatem ei tribuendo. Ex his verbis
scribit *Valesius A. E.* p. 110. apparet morem fuisse in Ecclesia Hym-
nos & Psalmos in honorem Christi componere. Certe *Plinius in E-
pistola ad Trajanum* auctor est, Christianos in unum convenientes Chri-
sto hymnos canere consvevisse. De his Psalmis & hymnis intelligen-
dus videtur *Hippolytus de consummatione mundi sub fin.* τὸ ϛόμα ὑμῶν τὸ
δο-

δοξολογίαν ϗ αἶνον ϗ ψαλμὼς ϗ ᾠδὰς πνευματικὰς ἡυτρέπισα λαλεῖν. Nota *Hippolyti* hunc librum esse supposititium, docet *Robert. Cocq Anglus* de *Censur. de script. Eccles. p. 227. Andr. Rivet. Critic. Sac. P. 2. c. 11.* nec satis æqvum censorem habet Hippolytus *Photium Biblioth. 202.* &c. Hujusmodi hymnus in honorem JESU Christi à Clemente Alexandrino compositus extat ad finem libb. pædagog. De his Psalmis *scribit porro Valesius* p. 153. a. mentio fit in Epistol. Concilii Antiocheni adversus Paulum Samosaten. & in canone penultimo Concil. Laodiceni. Ubi disertè prohibetur, ne Psalmi ἰδιωτικοὶ, i. e. â privatis hominibus compositi in Ecclesia recitentur. Invasuerat enim hæc consvetudo, ut multi Psalmos in honorem Christi componerent, eosq; in Ecclesia cantari facerent. Hujusmodi ergo Psalmos in Ecclesia deinceps cani vetant Patres Concilii Laodicens. quos ἰδιωτικοὺς appellant, i. e. ab hominibus imperitis compositos, non â S. Spiritu dictatos. Ita explicat *Agobardus in libro de ritu canendi Psalmos in Ecclesia.* vid. *Johann. Bona de Psalmodia lib. 1. cap. 1. multis. Christophorus Justellus in not. Codic. Canon. Eccles. univers. p. 217.* notat: Prisci Christiani præter divina monumenta, Psalmos quosdam & hymnos in DEUM componere ac decantare soliti. *Euseb. l. 2. c. 17. H. E. Cantica & hymnos omnium metrorum & rhythmorum genere* in DEI honorem *conficiunt.* Idem. l. 7. c. 30. de Paulo Samosateno loquens: *Psalmos, qui in* Domini nostri JESU Christi honorem dicebantur; velut recentiores & recentiorum hominum sustulit. Sed etiam Clementis epistolam ad Corinthios scriptam, olim in Ecclesia legi solitam, *refert. l. 3. c. 16. & lib. 4. c. 23.* Semel autem scriptis aliis, quam sacris, in Ecclesia receptis, multa simul lapsu temporis, tum ab imperitis vitiosa, tum ab hæreticis depravata & falso conficta irrepsere. Hujusmodi ergo scripta prohibet *Canon penult. Concil. Laodic.* statuitq; ne qui in Ecclesia legantur, nisi libri Canonici V. & N. T.

III. De Juramentis ex Dorsch. Coll. Adiophor. MSc.

92. AD secundum præceptum de non assumendo nomine DEI לשוא in vanum, non addidisse Christum interdictum *de juramentis non falsis* quidem, temerariis tamen & sine gravi causa & urgente necessitate non edendis, Matthæi 5. 34. patet ex Ex. 20. 7. ubi vox שוא tam falsi-

tatem, quam vanitatem, levitatem, temeritatem notat, uti ex Lexicographis patet. Conf. Mal. 3.16. Jer. 18. 15. Ps. 89. 48 Jer. 4. 30. Ps. 127. 1. unde Chaldæus vertit למגנא frustra & לא להנאה non ad utilitatem & LXX. ἐπὶ ματαίῳ. Adde Syr. 23. 10. Adde Lev. 19. 11. 12. *contra Smalcium.*

93. *Juramentum esse opus moraliter bonum* patet contra nonnullos Patres hac in parte ob gentilismi circumstantiam timidiores, de quibus vid. Sixt. Senens. l. 6. B. S. an. 26. & Voss. l. 5. H. Pel. P. 2. 2. antith. & Anabaptistas, 1. ex mandato divino Devt. 16, 13. Ex. 22. 10. vaticiniis de N. T. loquentibus confirmato. Es. 65. 16. Jer. 12. 16. 2. promissione divina Ps. 15. 5. 3. exemplo divino. Jer. 21. 24. c. 44. 26. 4. facto sanctorum probato Gen. 21. 25. c. 24. 3. 8. 9. c. 31. 52. c. 47. 31. Jud. 21. 1. 1. Sam. 20. 3. 2. Sam. 19. 23. 1. Reg. 2. 23. 2. Reg. 2. 2. 5. Christi documento Apoc. 10. 5. 6. 6. Apostolorum θεοπνεύστῳ usu Rom. 1. 9. 2. Cor. 1. 23.

94. Non solum juramentum *assertorium, sed & promissorium de futuris faciendis* non repugnare Legi morali aut justitiæ divinæ patet Hebr. 6. 16. 17. & Matth. 5. 34. Christum non locutum esse contra juramentum promissorium tantum, assertorium vero probasse, sicut Hugo Grotius l. 2. de J. B. c. 13. §. 21. & seq. p. 174. & seq. existimat, sed tam assertorio, quam promissorio juramento extra jussum autoritatis publicæ & casum necessitatis evidentis, facto, adeoq; privato tantum se opposuisse patet ex eo, quia v. 37. ναὶ ναὶ & οὒ οὒ tam in assertionibus quam in promissionibus satis esse possent, si societatis publicæ & humanæ indolis id ratio ferret & tamen id requirente potestate publica in assertionibus ναὶ non sufficit, judice Grotio.

95. Ὅλως, quod Matth. 5. 34. extat non notat universalitatem absolutam, sed eam quæ per subjecta, sive objecta. v. 34. 35. 36. distributa & consimilia indigitatur; quæ adæquatur opinioni Pharisæorum erroneæ, *quæ* N. T. *documentis* adversatur, *alias* ὅλως non universalitatis, sed asseverationis nota est 1. Cor. 5. 1. c. 6. v. 7. περισσὸν v. 37. quod dicitur ἐκ τοῦ πονηροῦ, est id, quod per Pharisæorum traditiones permittebatur, quod ex privato arbitrio oriebatur, quod præter invocationem nominis divini assuebatur, Jac. 5. 21. μήτε ἄλλον τινὰ ὅρκον non absolute accipitur, sed pro natura antepositarum juramenti profanati spe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

ſpecierum ut ſubaudiatur Ἰοιςτων, confer Act. 14. 32. c. 21. 34. Luc. 22. 59.

96. Uſurpatio τȣ̃ Amen paſſim in hiſtoria Evangelica uſurpati non eſt exhibitio modi juramenti formalis, reſpectu tamen uſurpantis Chriſti virtualiter tantumdem eſt Marc. 8. 12 conf. Fuller. Miſcell. 1, 2. Buxtorf. theſ. Gram. p. 544.

97. Juramentum *duplex eſt conteſtatorium* ſ. ſimplex & *execratorium* quale eſt 2. Sam. 3. 9. 35. c. 19. 13. 1. Reg. 2. 23. 2. Reg. 6. 31. quod diſcrimen ab externa forma deſumtum eſt. Nam virtualiter omne conteſtatorium eſt execratorium. Male tamen Cajetanus, Navarrus, Valentia, Ledeſma, Svarez, Sayrus, quos ſequitur Sanchez in ſum. Moral. l. 3. c. 1. p. 332. n. 7. inferunt, quando falſa eſt aſſertio, in cujus confirmationem execratorie juratur, non admitti duplicem culpam, unam perjurii, alteram execrationis, ſed unicam tantum eſſe culpam: Nam omnino contra primæ & ſecundæ tabulæ charitatem tali caſu peccatur. Nam & hypocriſis pœnam execrationis meretur Conf. Leſſ. l. 2. de Juſt. Jur, c. 42. dub. 2. n. 9.

98. In *juramento res in teſtem deducenda, non tantum ſacra eſſe debet, ſed etiam ipſe DEus:* Devt. 6. 13. Eſ. 65. 6. Jer. 12. 16. Hebr. 6. 16. ideoq; juramentum per falſos Deos ab Ethnico præſtitum, non obligat ex ſe, nec eſt verum juramentum ſed utrumq; habet ex conſcientia erronea, uti rectè Matth. 23. 20. 21 22. 9. *contra* Sylveſtrum, Covaruv: Arragonium, Seraphinum, Azorium, Ledeſmam, Philiarium ſtatuit Sanchez l. 2. p. 334. n. 5. quia cum vere in eo juramento non adducatur DEUS in teſtem, non eſt vere juramentum, nec ejus obligatio ad religionem vere pertinet, ut patet quod ad DEI contumeliam pertinet, & eſt actus idololatriæ.

99. *Per creaturas jurare fas eſſe*, quia per eaſdem pejerare Matth. 5. 34. nefas eſt, non ſequi patet ex *Deut. 6. v. 13. & quia* rationes *Matth. 5.* adductæ concludunt, creaturis illum honorem vere non deberi: ita enim Chriſtus argumentatur: Quicquid tantum eſt thronus DEI, quicquid eſt ſcabellum pedum tantum DEI, quicquid eſt tantum civitas magni regis, quicquid totum in poteſtate DEI poſitum eſt, per illud jurare non licet: At cœlum tantum eſt thronus DEI, terra tantum eſt ſcabellum pedum DEI &c. E. per hæc jurare non licet & nefas eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

100. Quia D.O.M. juramenti terminus ad quem, testis atq; judex est adeo ut ritu jurandi cultus divinus definiatur *Es. 19. 18. c. 45. 23. c. 48. 1. Os. 4. 15.* & damnentur juramenta in non Deo *Jer. 5. 7 Soph. 1. 5. Amos. 8. 14.* patet juramenti proprie dicti rationem non habere illas *execrationes*, quibus rem nobis charissimam devovemus, ut de sinceritate nostra proximus certus sit Ps. 7. 6 1. *Cor.* 15. 31. 1. Tim. 5. 21. &c. *itemq; obtestationes*, quo in comparationem deducta re à nobis magnifacienda profitemur, non minus id, quod asserimus, cordi esse, quam id quod nos magnifacere apud omnes constat. *Gen. 42. 15. 1. Sam. 17. 55. 1. Reg. 2. 4.*

101. Ergo modum *jurandi* per *creaturas* proprie nec ex *natura rei licitum esse*, & à Christo non esse prohibitum male asserere Filiuc: tract. 25. p. 92 è superioribus constat.

102. *Christus Matth. 23. 16.* non formas juramenti approbat usurpandas, sed factas obligare tantum docet. *Apostolus 1. Cor. 15. 31.* non proprie jurat, sed morti obnoxium fuisse: & 1. *Tim. 5. 2.* angelos & electos in testes appellat, non jurat.

103. Licere *homini fideli juramentum accipere ab infideli, licet hic falsos Deos & idololatrica immisceat*, patet ex Gen. *31. 35.* Licere etiam exigere, cum non sit in nostra potestate modum religionis in juramento præscribere, quem conscientiæ juramentis relinquimus & in quo non obligat se novo peccato jurando, sed nobis ipsa juramenti religione uti tantum sit concessum, testatur juramenti in casibus emergentibus ad tuendam societatem humanam necessitas *Heb. 6. 16.* 17. *Sic etiam* Balduin. *Cas. Consc. l. 2. c. 9. cas. 3.*

104. *Quando juratur.* Zu GOtt und auf das H. Evangelium. Reichs Abschied. p. 415. objectum religiosæ invocationis jurejurando inclusive tantum Deus est, non Evangelium, quod patet ex mutatione styli, ut adeo Evangelium vel limitet, & distinctius explicet, quem Deum intelligamus. Scil. qui se in Evangelio explicavit, vel indicet subjectũ, quod jurando digitis tangitur. Nec opus est dicere de verbo hypostatico non litera Evangelii esse intelligendũ, quod voluit *Wesenbec. Parat. l. 12. tit. 2.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

105. *A juramento non esse arcendum perjurii suspectum* ex eo patet, quia in dubiis tutissimum est sequendum, & quia suspicio fallibilis est, tutius est ad juramentum admittere, quam è suspicione, quæ potest esse falsum testimonium in corde, currens contra octavum præceptum. Sed quid si liquido constat pejeraturum ? . *Lessius de Just. & Jur. l. 2. c. 4. dub. 10. Sanchez. l. 3.* Moral. *c. 8. n. 2. Rivet. expl. Decalog. p. 129. Ames. l. 4. CC. c. 22. q. 38.* putant judicẽ posse exigere ad instantiã actoris. *Resp.* judex faciat officium suum in manifestationem veritatis, & curet aliis etiam innotescere, quod ipsi innotuit. Omnibus tentatis cedat officio judicis, & testis personã induat, ne communicet alieno peccato, semper *2.* tabula primæ cedat.

106. Contra præceptum de non assumendo nomine DEI in vanum pugnant hæ Casistarum Pontific. *regulæ*. I. Quoties verba *sunt significatione ambigua*, pluresq; sensus admittentia, nullũ est mendacium, jurando ea proferre in sensu, qvem proferens ex illis vult, etsi audientes, ac is, cui juratur, in alio sensu accipiant, etsi nulla justa causa ducatur proferens. Tradunt hanc regulam *Sotus*, *Navarrus*, *Valentia*, *Pererius*, Svarez, *Lessius &c. apud Sanchez. l. 3. sum*: Mor. *c. 6. p. 353.* Sed recte ajunt *Angelus de Clavasio* in summa *verb. Juramentum & Sylvester Prierias in summa verb. mendacium & v. Juramentum*, has locutiones sine necessitate dictas esse perjuria *De Æquivocat.* Pontif. vid. *D. Hülsemanmã.* p. *3.* 616. Danhauer. P. *1.* C. Milch. *448. 511. 517.* ab *Apostolis* alienis *618. 621.* *II.* Possunt in juramento usurpari verba, quæ non sunt ambigua, nec tamen eum sensum habent, quem præ se ferunt, modo sint pro circumstantiarum ratione convenientia & interrogantis intentioni, quem respondens concipit. Tradunt regulam. *Navarrus*, *Bannes*, *Azorius*, *Sayrus*, *Svarez*, *apud Sanch. l.* add. *e. g.* adultera à judice interrogata de adulterio, respondere potest, se nõ admisisse, sc. subintelligendo tale adulteriũ, quod fassa nõ sit sacerdoti vid. Saa. Aφoρ. tit. *Juram* §. *6. tit.* Mẽ-

dac.§.3.4.Tanner.p.617.Disp.in Thom.Escob.p.147.Filliuc.p.613.

III. Possunt absq; perjurio verba usurpari, quæ videntur ad rem interrogationis judiciariæ propositæ facere, sed per mentalem reservationem ad aliam determinantur. Ut si quis quæsitus de homicidio, respondeat, non feci, sc. adulterium, vel die lunæ aut Martis, vel securi. Hanc tradunt *Angelus*, *Sylvester* & multi alii apud Sanchez l.add. qui ad eam probandã adducit verba Christi *Johann.7.8. Ubi* Christus dicit, non ascendam ad diem festum, & tamen ascendit, ubi in mente videtur reservasse, non ascendam sc. φανερῶς sed in Græco est οὔπω ἀναβαίνω nondum adscendo. Hanc regulam non usq; adeo certam ajunt teste Sanchez l.c. *Cajetanus*, *Sotus*, *Corduba*, *Azorius*, *Aragonius*, *Ledesma*, *Lopez*. Retentiones mentales Pelagii vid. ap. August. l.3.c.6.n.6.l.2.c.1. n.2. &c. *IV*. Etsi non sit mendacium, & perjurium uti in juramento verbis ex se ambiguis, tamen non licitũ est, nisi adsit justa causa. Quia licet non sit contra negativum non mentiendi præceptum, est tamen contra affirmativum veritatis dicendæ mandatum. Tradunt hanc Regulam iterum *Angelus*, *Sylvester*, *Cajetanus*, *Sotus*, *Navarrus*, *Svarez*, *Sayrus*, *Lessius*, *Toletus*, *Azorius*, *Philiarius*, *Valentia apud Sanchez.p.354 n.16.* Quid enim his regulis aliud efficitur, quam in falsum aut vanum sanctissimum nomen divinum adhiberi, nec obtineri, quod geminus juramenti finis est *Hebr. 6.16.*

107. Nomen Domini in vanum assumit, *testis non juridice rogatus*, si juret, se id de quo quæritur, nescire & si sciat, intelligendo intra mentem, ita ut propter defectum solemnium judiciorum teneatur dicere. Deberet enim plane non jurare, ne frustra & προπετῶς juraret *contra Casistas* & nominatim *Sanchez. n. 31. l. add.* qui propterea adducit locum *Marci. 13.32.* qui de hoc casu non loquitur, ut alibi traditum est.

108. Nomen Domini in vanum assumit *Reus de proprio delicto à judice non legitime interrogatus*, si, licet fecerit, respondeat juratò se non fecisse illud, intelligendo intra se, eo modo, ut judex

dex rogat, ut eo delicto in ejus jurisdictionem incurrerit. Nec enim juramenti religiosissime adhibendi ullus observatur finis. Contra *Cajetanum, Majorem, Adrianum, Navarrum, Toletum, Lessium Sayrum, Henriquez, Valentiam*, Bannem, *Salonium, Azorium, Ledesmam, Svarez, Philiarium*, &c. sequitur *Sanchez p.356.n.26.* quibus opponimus *Sotum*, Cordubam, *Arragonium* citatos à *Sanchez*, qui tale facientes in mortali peccato hærere asserunt.

109. Nomen Domini in vanum assumit, *qui quoties factum exterius contra Legem excusatur, tamen â culpa ratione alicujus circumstantiæ* jurato de illo facto, illud negat, intra se subintelligendo, factum non esse ita criminosum, ut judex rogans putat. e.g. ubi taxa alicujus rei justo vilior est, pluris vendens aut defraudans in pondere & mensura, ut justum pretium conquirat, rogatus in judicio sub juramento, negare volens, se contra taxam vendidisse intra se intelligẽdo sc. ut pluris vendens aut defraudans in pondere & mensura deliqverit, in vanum assumit nomẽ Domini, quia alia remedia supersunt taxationi iniquæ occurrendi. *contra* Bannem, *Sayrum, Lessium*, Salonium, *quos sequitur Sanchez. l.add.n.29.*

110. Nomen Domini in vanum assumit, *rogatus jurato de aliqua circumstantia de se vera, velut indicio alicujus delicti à se non perpetrati*, negans autem illam alias verissimam circumstantiam, subintelligendo intra se, quatenus rogatur velut indicium illius delicti: *e.g.* reperto cadavere si quæratur an tali vel tali hora transierit quis, qui revera transiit, & tamen negat se transivisse, cum hac mentali reservatione, si id veluti indicium perpetrati homicidii quæratur. Vanissime sane ad negationem juratam descendit, cui etiam affirmanti salus in tuto est.

111. Nomen Domini in vanum assumit *adultera rogata à marito, an adulterium admiserit, si etiam jurato neget*, etiamsi admiserit, tacitè innuendo, se non admisisse *intuitu frangendi matrimonium*, vel hac & hac die, quam vir putet, vel ut viro revelet. Contra Casistas & Sanchez loc. add. 12. 41. quia nec tenetur viro juramentum adigenti respondere, & his mentalibus respectibus atq; restitutionibus malum malo cumulat.

112.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

112. *Juramentum Gibeonitarum* salvandorum causa à Josua & primoribus populi præstitum servandum fuisse testatur ipsorum Principum populi Israelitici judicium *Jos. 9. 18. 16. 20.* & pœna perju- rii contra Saulem definita integro seculo post 2. *Sam. 21. 1.* An autem dolus causam actui dederit? an vero Josua pacturus fuisset etiam cum Gibeonitis confessis se ex populis 7. Cananæorum damnatis? adeoq; an licuerit pacto deditionis, & secessionis ab idololatria atq; propri- tate bonorum Cananæos illos 7. populos ab Israelitis recipi? dubitatur. *Negativa* placet contra *Serarium in c. 9. Jos. q. 10. & seq. Grotium* *I. B. & P. p. 168. Fr. Jun. & Tremel. in Bibl. ad Devt. 7. & 20. Jos. 9.* Probatur ea ex diserta divina dispositione Devt. 7. 3. è divina distincti- one *Deut. 20. 16.* & seqq. è Principum populi Israelitici dubitatione ad postulatum Gibeonitarum *Jos. 9. 7.* ex Gibeonitarum anticipatio- ne & præoccupatione. *Jos. 9. 3. seqq:* ex Gibeonitarum assertione *Jos. 9. 24.* ex principum populi Israelitici protestatione *Jos. 9. 19.* Praxis in contrarium circa Rachab particularis est. Quod circa Ca- nanæos Salomon fecit 1. *Reg. 9. 20.* fecit imitatus Davidem Patrem su- um, cui sine dubio de relaxatione indictæ divinitus internecionis con- stitit.

113. *Juramentum illicitum distingvendum studiose à juramento de re illicita.* *Illicitum* potest esse ratione alicujus circumstantiæ & qua- litatis vitiosæ. *E. g.* Si sit prodige promissorium, si sit metu dolo extortum &c. *De re illicita* est, quod in contractum juratorium dedu- cit rem contra legem naturæ aut divinam moralem currentem. Jura- mentum metu extortum, si sit de re in nostra potestate posita, servan- dum esse, adeoq; obligare patet ex 2. *Chron. 36. 13. Ezech. 17. 15. seq.* Juramentum *dolo expressum*, si sit de re licita, servandum esse ex apho- 112. constat. Juramentũ de re per naturæ aut moralem legem currente adeoq; intrinsece mala & illicita servandum non esse patet, ex ipso præcepto. Nam etiam in vanum assumitur nomen Domini, cum ju- ramentum fit vinculum peccati. Considera *juramentum Herodis* *Matth. 14. 7. Saulis, 1. Sam. 14. 45. Davidis 1. Sam. 25. 22.* Juramen- tum de re illicita per justum interdictum Superioris potestatem in nos habentis non obligare ex eo patet, quia currit contra primum præcep- tum

tum secundæ tabulæ, contra quam juramentum non obligat Juramentum de re per legem divinam forensem seu bellicam illicita aliquo casu obligare, si sc. per circumstantias DEO placentes cohonestetur, patet è Juramento Gibeonitis præstito, de indemnitate & inviolabilitate, quæ contraria fuit dispositioni divinæ, cohonestata autem fuit tum per deductionem Gibeonitarum in amplexum veræ rel gionis, tum redactionem in statum plane servilem, ex quo ad seductionem Israelitarum nil tentare poterant, qui fuit finis DEI internecionem imperantis. Nisi dicnedum, consuluisse Josuam & primores Os Domini post pactum juramentum, an servandum qui reprehensi fuerunt ob intermissionem consultationis ante juramentum præstandum.

114. Legitimè ad præstandum juramentum requisitum teneri eodem, sive ille juret sine animo & intentione jurandi, sive cum intentione jurandi, sed non obligandi, sive cum intentione jurandi & obligandi, sed non implendi, patet quia ne dicatur assumsisse nomen Domini in vanum, tenetur ex post facto apud se propter actum externum præstitum habere animum juramento obnoxium obligatum & ad implendum obstrictum: adeoq; dictis ipsis quocunq; animo prolatis, testem adhibens DEUM debet dicta facere vera, quomodo putat intelligi.

115. Juramentum *Israelitarum Jud.* 21. de non dandis filiabus suis in conjugium cum Benjaminitis, quod de filiabus certam hæreditatem & possessionem habentibus per dispositionem Num. 36 ferè frustraneum videbatur, in filiabus, tamen possessionem non habentibus valere poterat. Contra *Tarnov. Ex. ad Num* 36. edit. 2. p. 15. quanquam de re illicita, hoc est, extirpanda stirpe Benjamitica concipiebatur, ex consultatione cum Domino in Maspa habita ita explicabatur, ut dationi cautum fuerit, dispensatio tamen & indulgentia admitteretur. *Conf. v.* 8. *&* 19. *& seqq.*

116. Etiam hæretico jurata fides intemerata conservanda, nisi sit de re per se illicita. Probat id ex actione Josuæ cum Gibeonitis, itemq; exactione filiorum Jacobi cum Sichemitis. *Gen.* 34. *Becanus in Manuali l.* 5. *c.* 15. sed, uti patet impertinenter. *Rectius* ex natura juramenti ostenditur, ad cujus sublationem ex parte hæretici nulla sese offert causa aut ratio. Nec male addit Becanus. Si charitatis vir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

tus ad hæreticos utpote inimicos extenditur. Matth. 5.44. Etiam veritas, fidelitas, & justitia in juramentis promissa eò extendenda erit.

117. Etiam ad rem licitam juramento sese obstringens si eo ipso impediat majoris boni moralis Deo & Reipubl. debiti executionem, non obstringitur; quia contra Deo & reipubl. debita non valet obligatio etiam jurata, nec juramentum debet esse juris divini impeditivum.

118. *Etiam latroni jurato promissa servanda* sunt, propter jus Deo in illo juramento debitum. In juramento enim si res *promissa sit possibilis & licita*, etiamsi jus personæ deficiat, Deo tamen terminative juratur.

[Tractant hanc materiam pro & contra Casistæ, unus instar omnium sit Diana Coordinat. Alcol. T. 8. tract. 4. resol. 54. Ubi inter alia: Respondent aliqui cum distinctione, si alias posset non denuntiare, quia in primo casu posset sine peccato observare juramentum, in secundo non posset juramentum de re illicita, non valeret. *Pontius in curs. Theol. q. 3. conc. 2 disp. 53.* disputat etiam judice interrogante, non teneri denuntiare latronem, nam si latrones non essent securi, semper aut communius interficerent captos. In casu vero extraordinario teneri, si ex conditione particulari eorum cederet in magnum bonum Reip. præponendo malo, quod ex morte, quam inferrent tot, quot ab ipsis caperentur. *Diana* putat ex hac doctrina tribui delinquenti occasionem liberius peccandi & asserit cum *Valboa Magrovejo in lectionibus Salmantic.* T. 2. *c.* 1. *de jurejurando* n. *82.* Non obligare juramentum, si latro adeo nefarius esset ut ejus denunciatio Reipubl. expediret, præsertim si à judice interrogetur, & non in se vel sponte denunciet, vel accedat relaxatio, vel si sit cum *Lessio & Castro Palao* vi extortum & metu Resolutione 55. adducit *Diana pro negativa*, adductis rationibus, quam negativâ *Valentia* T. 3. disp. 6. q. 6. punct. 4. *Fachinæus* 18. contr. c. 102. asserunt intelligendam quoad forum exterius. Non placet *Dianæ*, quia obligatio juramenti non solum est in foro conscientiæ sed etiam externo judiciali. Deflectit deniq; ad relaxationem. Hæc omnia non satisfacere videntur, nisi forsitan dicas, in male promissis rescindendam fidem.]

119.

119. *Tolerantia politica*, opposita judicio politico excisorio potest hæreticis à Magistratu summô jurato promitti, & promissa servari debet, licet non concedenda sit tolerantia Ecclesiastica opposita judicio Ecclesiæ Elenchtico, uti patet ex eo, quia ista Tolerantia per se res est non illicita nec inhonesta, currens contra aliquam legem moralem. *Conf. Matth.* 13. 30. *Luc.* 9. 54, *Gerhard.* T. 6 *p.* 1051 *& seqq.* Ergo etiam postulante ita necessitate publica potest juramento confirmari. *An etiam Tolerantia sive promissio libertatis exercendæ adversariæ religionis in perpetuum juramento à Magistratu confirmari possit*, dubitant qui putant *majus bonum morale ista in futurum perpetuandæ libertatis & tolerantiæ promissione impediri sc. extirpationem falsæ doctrinæ & concordiam Ecclesiæ.* At quia de hoc bono morali consequendo incerti sumus, ex 1. *Cor.* 11. 19. nec in judicio Ecclesiæ Elenchtico impedimentum affert juramentum 2. *Cor.* 10. 4. 5. & tolerantiæ absolutè licitæ temporis accedens continuatio intrinsecam malitiam non addit, & vero præsens necessitas boni majoris obtinendi & majoris mali avertendi id requirat, nihil obstat, quo minus in perpetuum juretur. *Contra Burckartum, Windeccium, Simancam & alios hostes* Pacis Religionis.

120. Si quæ de *jure emigrandi* disputantur in Pace religionis & juramento ab Imperatore & statibus confirmata sunt, ita sunt intelligenda, ut potestas sit data Principibus & Episcopis Pontificiis etiam privatim Religionem Evangelicam in suis territoriis pacate profitentes, ad emigrandi necessitatem adigendi adeoq; in universum excludendi doctrinam Lutheranam, juramentum nullum esset, quia juramento se ad id obstrinxissent, quod contra voluntatem DEI est, & in illorum potestate non est. Licet enim publici exercitii abrogationem inter toleranda numerare, adeoq; ceu conscientiis Pontificiorum relinquendam fœdere confirmari possint inter se mutuô status, in quo essentia religionis non consistit. Omnimodam tamen exclusionem doctrinæ cœlestis in aliquo territorio juramento confirmare, nulli hominum datum est. Quia DEUS doctrinæ cœle-

ſtis in univerſum Orbem propagandæ jus habet, cui nullo juramento præſcribi poteſt. *Contra Bellarminum*, *Piſtorium*, *Burckardum & alios apud Cranium de Pace Relig. p. 175. &c.*

121. Eum qui medio juramento *ſe rurſum ſiſtendi ex injuſto carcere* evaſit, etiamſi reditus ſit cum famæ, rei familiaris perſonæq; injuria, imo cum Mortis periculo conjunctus, tamen ad juramentum ſervandum teneri *contra Jctos & Theologos Pontificios* varios & *inprimis Vaſquez. l. 2. q. 6. a. 5. diſp. 175. c. 5. rectè probat Sanchez l. 3. Moral. th. c. 11. n. 32. p. 383.* quia iſta juratoria promiſſio fuit prudens, cum abſq; ea nequiret jurans exitum obtinere nec circa rem promiſſam facta eſt aliqua mutatio. Promiſit enim redire conſcius injuriæ & periculi injuſtæ damnationis: & quia ſuppoſita promiſſione hic reditus eſt opus Virtutis, veracitatis, fidelitatis & patientiæ: & quia iſta actio reditus nihil in ſe continet quod currat per ſe contra legem moralem. Nec videtur locum habere temperamentum Suarez valere ſc. hanc ſententiam, niſi jurans tempore quo juravit reditum ignoravit tantum eſſe periculum. Iſta enim ignorantia juramento tollendo & relaxando ſufficiens non videtur nec Epiſcopus in hoc caſu relaxandi poteſtatem habet.

[*De reditu* ad carcerem Affirmativam tenent apud *Dianam Coordinat. Alcol. Toletus*, *Leſſius*, *Sanchez*, Svarez, Bonacina. *Ratio*, quia reditus ad carcerem actus eſt veritatis, fortitudinis, & patientiæ neq; obinde cenſeri debes te occidere & vitam tuam prodigere. Adde ex obſervatione juramenti nō te proprie conjici in vitæ periculum, quod antea habebas, quodq; dato juramento ſuſpenſum fuit. *Negativam* tuentur apud Dianam l. c. *Covarruv.* Plaza de delictis *Baſilius Legionenſis*, *Guttierez*, *Vaſquez Navarr. Reginaldus*. *Dianæ* placet affirmativa, eò tamen deinde inclinat, ut utramq; ſententiam dicat eſſe probabilem. Majorem autem difficultatem eſſe dicit, de juramento *redeundi ad carcerem, quando carcer eſt juſtus & pœna mortis inferenda ſit juſta*, an inquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

quam in tali casu obliget? Negative respondet *Lopez de Texeda* in Theol. Moral. T. 2. l. 3. punct. 2. n. 131. Ratio est, quia quod immediate & per se tendit ad tollendam vitam non est implendum, & etiam quia teste *Thoma* 2. 2. *qv.* 69. *artic.* 4. ideo ad mortem famis condemnatus tenetur sub mortali culpa comedere, non obstante superioris præcepto, de non comedendo; quia non comedere, non tantum est non se conservare ut male asserit *Valentia* T. 3. de reo disp. 5. q. 13. sed est formaliter & immediatè se occidere: sed is qui juravit ad carcerem se rediturum, si ad illum rediret, ex eo reditu infallibiliter sequitur ejus mors, imo reditus ipse est immediata causa amittendi vitam. E. tenetur non redire jure naturali, contra quod juramentum præstitum non est validum: Hanc *Texedæ* sententiam *Diana* dicit habere suam probabilitatem, præfert tamen Sanchezii tanquam communem, quia talis reditus honestus, fidelitati, religioni, & justitiæ debitus. Nobis placet *decisio Dn. D. Dorschei* brevis quidem, sed valde nervosa, conf. mens. V. p. 250.]

122. An *liceat aliquando non ad formalia medio juramento nos interrogantis, sed solum ad scopum atq; intentionem ejus preæipuam & remotam respondere* e. g. Si rogatus quis, de Civitate aliqua, quam fama communis peste infectam tradit, an ab illa venerit, possit ne tutò juramento negare, vel quia scit Civitatem non esse infectam, vel quia novit se non esse infectum, & ita id præstare, propter quod quæritur? *R.* Negando quia illud currit contra simplex ȣ ȣ Matth. 5. 37. quod debet affirmationi oppositæ vel formaliter vel virtualiter esse oppositum. Multo magis repugnabit ȣ jurato. Tractantur hæc prolixè ap. *Dianam Coordinat. Alcoleæ. T. 8. tr. 4. resol.* 63 64.

123. *Non licere judici exigere ab aliquo juramentum inquisitorium de crimine plane occulto*, constat *tum* ex eo, quia solus DEUS occultorum judex est, *tum* ex èo, quia sic cogeretur aliquis semetipsum de Crimine accusare, quod est contra naturam, ut quis sibimet pœnam accersat, *tum* ex eo, quia sic occasio daretur frequens perjuriis, contra Matth. 5. 34. & seqq.

124. Accusatione præeunte non licere hujusmodi juramentum probationis loco à quoquam exigere patet ex *Deut*: 19, 15. 2. *Cor*. 13. ubi docetur, in testibus & argumentis illis, quæ testimonii vim habent, omne judicium debere fundari.

125. Delicto notorio quemlibet generaliter etiam sub religione juramenti interrogari posse de autore, ostendit Devt. 21.7.

126. In defectu probationis sufficientis contra actorem posse reum ad juramentum purgatorium uti vocant, admitti, patet ex *Ex*. 22, 11.

127. Quod *Num*. 5. 19. ex sola Zelotypia non liquido aut testibus detecto adulterio adjuramentis sacerdotalibus uxorem probandam & examinandam dicitur, extraordinaria dispositio est, ob *σκληροκαρδίαν* Judæorum, ad majus malum evitandum facta.

130. In *assertorio juramento* relaxationem & irritationem nullam accidere posse ex eo patet, quia nemo dispensare potest, ut quis falso juret, utpore quod est intrinsecè malum. Conf. Matth. 5. 37.

131. In *juramento promissorio & obligatorio* proprie sic dictam relaxationem seu absolutionem ab humana potestate neq; per dispensationem, quæ est vinculi simplex solutio, neq; per Commutationem, quæ est vinculi ab una materia ad aliam translatio posse expectari ex eo patet, quia juramenti suprema obligatio ad DEUM spectat, non autem subest humanæ autoritati. Posse tamen juramentum irritum declarari tum per superiores, si in ea materia de qua juratur, sint superiores, tum mutata re ipsa, aut persona non amplius in ea qualitate posita, cujus intuitu juratoria obligatio nata est, patet, quia hic omne fundamentum obligationis cessat ex ista quidem parte potestas obligandi, ubi quis ex hac verò ratio & causa obligationis, quod in eo casu fit, ubi quis alicui jurat tanquam Magistratui qui Magistratus esse desinit. Et in eo casu obligatio juratoria rescinditur, quo is cui juravi, remittit obligationem, quod instar relaxationis est, quia conditio tacita annexa fuit juramento si voluerit is cui me obligo.

132. In omni *juramento promissorio & absolutè* facto *tacitæ quædam conditiones* continentur sc. si *potuero*, *salvo jure* & authoritate legitimè superioris, nisi is, in cujus commodum juratum est, remittat, si res in eodem statu permanserint, seu notabiliter mutatæ non fuerint quia

quia aliàs juramentum multis casibus fieret לשוא in vanum, quod prohibitum.

133 Magistratum *juramentum religionis* à subditis, præsertim iis, qui in publicis officiis constituti sunt, exigere posse, *contra Calvinianos* eo nomine principes Christianos suggillantes probatur ex *Deut.29.10. & seq. Jos. 24.25. 2.Par.15.14. 2.Reg.11.17. 2.Paral.23.16. Nehem.10.29.* Accedit bonitas omnium causarum adid concurrentium. *Efficiens* est magistratus custos etiam primæ tabulæ, cui custodiæ utile esse juramentum potest. *Materia* est voluntaria professio sinceræ religionis. *Forma* est numinis super illa invocatio. *Finis* est Dei gloria & Ecclesiæ tranquillitas *Gerbard. T.6.p.871. vid. Pol. Ordnung: Sax. 1661.tit.1.*

134. Etiam *Clericos teneri ad juramentum* legitime delatum à Magistratu Politico nec hac in parte ullam jure divino nixam exemptionem Ecclesiasticas personas prætexere posse, patet ex *Rom 13.1.*

135. Etiam *juramentum incautum* id est evolatum sine debita consideratione, verumnè sit quod juratur perjurii nomine in judicio divino censeri adeoq; mortale peccatum esse ex natura sua contra *Vasquez.c.2.disp. 127.c.3. Luisium Turrianum 2.2.disp.58. dub. Leymannum Moral.theol. l.4.tr.3. c.14.n.4* rectè asserunt post *Bonaventuram Angelum, Cajetanum, Sylvestrum, Navarrum, Sotum, Greg. de Valent. Tom. 3. disp. 6.q.7. punct. 3. Svarez.lib.3. de Juram.c. 1 Sanchez l.3. c.4.n.14.* vid. *Dian. Coordinat. Alcol.* T.8, tract 4. Resolut.65.66. quia & in eo est usurpatio nominis DEI לשוא *in Vanum*, quia usurpatio comminationi divinæ peculiari subjacet.

[Juramenta etiam *non sint ludicra & inepta.* Ita ut haud respondendum censeant Casistæ ad hæc vel talia quæsita. *Edic sub juramento cogitata tua, vel proximi.* Resp. Nemo tenetur propriam suam turpitudinem confiteri. Cogitationes hominum accurata & infallibili notitia novit solus Deus qui est *καδιογνώςης Actor. l.24.c.XV.8. Juramento frustraneo certe nullus adstringi debet* cum

metu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

metu numinis divini nemo facile jurare velle credatur *l. quæ sub conditione 8. ff. de condit. instit. l, cum quidam 21. C. 1. de fid. instrum. & Ordin. Elector. Saxon. process. judic. tit. 25. §.* Weil es auch. *ap. Carpzov. Process. Jur. Tit 14. art. 3. n. 63.* De *rebus certis* juramenta fieri debent non dubiis. Ubi enim veritas locum non habet, nec juramentum locum habebit *l. fin. C. de non numer. pecun. ap. D. Balduin. Cas. C. l. 2. c. 9. Cas. 4.*

In *depositione juramenti* bene etiam observandum, ad ea tantum respondendum esse, de quibus *pro nunc quæstio* agitur e. g. juramentum tibi est deponendum te non esse incendiarium, purgas te juramento, non esse te incendiarium, virtute hujus juramenti non teneris respondere ad quæsita an sis fur, adulter, infinitæ enim quæstiones unica formula juramenti præsertim ad materiam substratam non facientes expediri non possunt. Juramentum tibi deponendum vel *reo*, vel testi. Si *tanquam reo*, necessum est, ut caput accusationis audias, ex capite illo accusationis, formandi certi articuli, ad illos respondendum erit. Si vero alia capita accusationis, vel tantum non ejusdem materiæ immisceantur, jam non teneris jurato ad ea respondere uti jam dictum. Inde verba juramenti. *Ego N. juro me ad quæsita pro ram veritatē dicturū*, scil. ad quæsita hujus materiæ, vel accusationis facientia intellig. Neq; *testis* extra causā, pro qua in speciem testimonium allegatus est, ad alias extravagantias respondere tenetur vide ex analogia *D. Carpz. Process. Tit. XIII. artic. III. §. 4.*

Juramenta amatoria an obligent quæritur? Respondent Casuistæ, sint personæ sui juris, sint omnia honesta, non occurrant conditiones turpes, intendant ipsum conjugium à DEO institutum &c. extra quos & similes casus nulla sunt juramenta talia. vid. *Dianam coordin. Alcoleæ. T. 8. tr. 4. resol. 56.* Ridet stulta & inconsiderata juramenta amatoria *Thomas Gataker. Londinas, Adversar. miscellan. cap. 10. p. 112.* scribens: In Proverbium jam olim abiit, quod ad Sophoclem autorem refert Helladius in Chrestomathia (quanquam codices aliqui Philoclem habent)

ὅρ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω.
Aqæ inſcribillo, qicqid jurant fœminæ.

Catullus epigramm. 66.

- - Mulier cupido qod dicit amanti
In vento & rapidâ ſcribere oportet aqa.

Id autem ludibundi ſic deflexerunt Comici; Philonides, uti ex Helladio Photius Cod. 279.

Ὅρκους δὲ μοίχων εἰς τέφραν ἐγὼ γράφω.
Cineri inſcribillo, qod mœchus juraverit.

Xenarchus autem Qinqertione, referente Athenæo l. 10

Ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω.
Vino inſcribillo, qicqid jurant fœminæ.

Unde emendandus opinor, Photius, apud quem legitur, εἰς οἶκτον γράφω. Juramenta utique amatoria non obligare cenſebant. Plato in Philebo; laudante etiam l. 10. Athenæo. Ὡς δὲ λόγος ἐν ταῖς περὶ ἀφροδίσια ἡδοναῖς καὶ τὸ ἐπιορκεῖν συγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν. Naſo artis, l. 1.

Jupiter ex alto perjuria ridet amantum,
Et jubet Æolios irrita ferre notos.

Tibullus l. 1. eleg. 4.

- - Veneris perjuria venti
Irrita per terras & freta ſumma ferunt.

Et l. 3. l. 6.

- - Perjuria ridet amantis
Jupiter & ventos irrita ferre jubet.

IV. *De Lucernis perpetuo ardentibus.*

MEnſe V. p. 282. injecimus mentionem ex Tollii *omiſſis & commiſſ ad Auſon*: cujuſdam inſcriptionis & ſepulchri inventi inter Comaram & Arraborum in Hungaria, ubi relatum in hoc ſepulchro *lucernam* quoq; *ardentem* inventam. Figuram jam ex Tollio exhibeo, cujus tum copia non data

Porro de *Lucernis perpetuo ardentibus*, hæc ex *Fortunii Liceti Libb. de Lucernis Antiquor. Utin. excuſ. 1653. fol.* referre libet. *Lib. I. c. I.* „Quod inter ignium miracula mentibus humanis ſtuporem in„cutit, ut vel ipſi ſenſui viſuiq; propriorum objectorum opti„mo certoq; judici, ac pene infallibili vix fides adhibenda videatur, *genus illud ignis extat*, quod pluries in recludendis ve„tuſtiſſimis monumentis noſtra & ſuperiore tempeſtate repertum eſt *adhuc ardens poſt multa centena & annorum millia in exiguis* quibuſdam lucernis, nulla unquam tempore injecta liquoris guttula, qvum paſſim videamus ignem ob maximam ſuam activitatem voracitatemq; in toto mundo avidiſſimam omnia facilè conſumere, quæcunq; ardentia de ſe flammam edere poſſunt. *Cap.* 32. allegat authoritatem *Johannis Cotæi* præceptoris ſui *de potu in morbis l. 1. c. 12.* qui aſſerere non dubitavit conſtare ſatis

cam

eam fuisse veteribus parandæ lucernæ rationem, quæ in bene occlusis sepulchris juxta cinerum urnas accensa nunquam nisi iis reclusis, atq; novo aëre subeunte, extingveretur. *Alexander Tassonius in quæsitis l. 1. q. 26.* Romani suas lucernas inextinguibiles habuerunt, per 500. annos accensæ durabant in sepulchris. Et D. Augustinus meminit lucernæ, quæ ardebat assiduè in templo Gentilium sub dio ventis & imbribus, nec unquam extinguebatur. Et fortassis erat illa, quam asserit Pausanias fuisse in delubro Minervæ Athenis, fabrefactam â Callimacho & annum integrum durare consvevisse accensam, quia ellychnium habebat ex lino Carpasio vel asbestino, quod igne non comburitur &c. *Julius Jacobinus ad calcem appendic. de prisca Cæsiorum gente*, Cæterum, *inquit*, nec illud, tum ex nostra, tum ex multorum observatione scitu dignum omittam, lucernas lychnosq; perpetuo ardentes in conditoriis, sepulchrisq; juxta cinerum ollas urnasq; ac mortuorum ossa collocari, oleo inextinguibili, dum aërem vitent. *Hermolaus Barbarus l. 5. in Corollar.* asserit in Italiæ locis inventas esse lucernas ab antiquissimis temporibus perpetuo lucentes. Citat insuper Licetus *Francisc. Maturantiũ* in epistola ad Alphenum amicum idem asserentem de Lucerna Olybii, *Bernardinum Scardeonium de Patavinæ urb. antiquit*: Melchiorem item Guilandinum de papyro membro 6. ex Suida: *dicitur* scilicet contactu Mercurii pellem arietis factam esse auream: Quibus verbis videri potest significari non illum Deorum internuncium atq; interpretem petaso, talaribus, & caduceo insignem, sed potius hydrargyrum, quo Chymici ad aurum conflandum utuntur: hydrargyrum illud non vulgare, sed quod ab vulgari per ignem & arenam albam septies mundatum est, & privatim argentum vivum sapientum, aqua mercurialis materia metallorum, perpetua dispositio, materia prima artis, vitrum perenne, incorruprumq; & oleum vitri appellatur. Hoc genere liquoris fiunt lampades perpetuo ardentes. Citat præter jam allegatos authores *Joh. Bapt. Portam* Hieronym. Ruscellum, Conradum Gesnerum, Andream Libavium, Franc. Citesium, Wolfg. Lazium, Martin. Delrio, Sebastianum Eritium, Simon Majol. Langium. Libro II. hoc agit Licetus ut authoritates defendat jam laudatorum, refutatis adversariorũ assertis. Lib. 4.

cap. 28. docet lucernas veterum perpetuas fieri haud potuisse, diutissimas tamen exstitisse, inter alia sic scribit: Illud tamen verum est, si clausa fuerit lucerna in loco tuto à vehementioribus aëris inclementiis, eam multo longiori tempore duraturam esse coruscam non tamen æterno. Ignem hunc corrumpentes causæ, nempe *ventus* violenter flammulam ab humore divellens: quod iis contigit lucernis quæ inter aperiendum vetustissimum sepulchrum inventæ fuere: *tum scissura*, scissiove lucernæ liquorem sui gravitate cadentem vicissim à flammula se jungens, quod Pallantinæ Lucernæ accidisse dicitur: *tum loci humiditas*, quæ alias lucernas extingvere potuit introlabens aut vires ignis labefactare infra vires humoris, aut etiam humoris lentorem diluere, colliquando illius consistentiam ipsumq; ineptum reddere igni continendo, alligandoq; materiæ conbustibili: *tum siccitas* loci ab humore itidem lentorem detrahens, id enim quotidie observare licebit, ceram & resinas omnes ob nimiam vetustatem summa siccitate contracta lentorem amittere, abeunt in aridum pulverem nullamq; amplius obtinent consistentiam, *tum terræmotus* concutiens locum reconditæ lucernæ extingvere potest. Illud tamen asseverare non dubito, lucernam, in qua ignis & humor viribus æqualibus associantur, multo longiori tempore ardere, ubi cætera sunt paria: quam ea, in qua ignis & humor viribus inæqualibus associantur: quoniam & corpus salubre in humana specie temperatissimum diutius vitam producit incolumem & magis resistit causis morbificis omnibus. Lib. 5. c. 1. removet à se sententiam de perpetuis lucernis & asserit contra Aresium, nullam quidem lucernam simpliciter æternum ardere ob rationes l. 4. c. 28. allatas. *Lib. 3. c. 29.* Sollicitat Chymicos, ut conquirant lucernas perpetuo ardentes. Profecto, *inquit*, non minus arduum est arte ignem parare, qui suopte impetu non sursum feratur, sed ad inferna descendat, quam asbestina, vel quavis alia convenienti materia oleum & ellychnium condere, quæ per multos annos in lucernis inextingvibiliter ardeant - - Exerceant ingenii sui vires in hoc admirabili opere Chymici, & improbis laboribus negotii difficultatem superent, nam utilitatem maximam cum pari gloria conjunctam ex opere perfecto reportabunt. Qui vero apud *Tassonium var. quæsit.* l. 10. c. 26. profitentur, ut supra l. 1. c. 32. vidimus, se callere artem pa-

parandæ lucernæ ſine adjectione fomitis ad 500. ardentes, ii profecto tale magiſterium celantes, publicæ utilitati, noſtri ſeculi gloriæ, aut proptio ſui ipſorum emolumento & ſplendori pluſquam nimium invident. Mirari ſubit, quî factum, quod *Boſius & Aringh in Roma ſubterranea* prorſus harum lucernarum nullam mentionem fecerint. *Athanaſius Kircher. Mund. ſubter. l. 8. ſect. 3.* p. 71 refert *modum primum* ignem perpetuum conficiend. *Johan. à Portæ*, ſecundum *Bartholomæi Korndorferi* Chymici, tertium *Libavii*, ſi asbeſtum ex Alarbo accendas. Deſperat tandem Kircherus lucernas tales parari poſſe.

Obiter de *Biolychnio* der Lebns Kertze der Menſchen. Chymici ex ſangvine humano lege artis conficere ſe poſſe ſcribunt Biolychnium, ad vitam uſq; hominis ardens, quo defuncto extingvatur hoc biolychnium, ſecundum ſplendorem clariorem & minus ſplendidũ ſignificare iſtorum hominum lætitiam, & triſtitiam. Tale Biolychnium tradunt *Oliverium Artonem Anglum* fratribus ſuis reliquiſſe, unde vitam & mortem ſuam cognovit. *Monachum* quendam Coloniæ ad Rhenum, tale biolychnium habuiſſe, quin & *Hieronym.* Reuter Conſulem quendam Lipſienſem, qui anno 1576. moriturus biolychnium adferri curavit, lectulo moribundi impoſitum, eo defuncto corruit & extinctum eſt, teſtis *D. Nicol. Selneccerus* αὐτόπτης, qui morituro adfuerat.

Adde & hæc, quamvis alia ex cauſa ex *Edmundi Dickinſon Delph. Phœnicizant. cap. XI. p. 114. edit. Francof.* Moremur, *ſcribit*, aliquantulum apud jugem ac perennẽ ignem, qui in veſtibulo cuſtoditur. Quem dum contemplor, hæreo an, non Græcos hic Hebraizantes offendam. Nam conſtat Hebræos ſacerdotes ignem in altari quodam jugiter aluiſſe, & ſancte curaſſe, ne unquam extingveretur *Levit. VI. v. 12. 13. vide huc Lorini Commentt. Vilalpand. T. 2. P. 2. in Ezechiel. p. 240. Bochart. Hierozoic. p. 1. c. 361.* Quod & in Silo (quamdiu Arca & Tabernaculum ibidem conſtiterint) *pergit Dickinſon* factum, non eſt ut dubitemus. Hoc igitur cum Græci animadvertiſſent, lege ſanxerunt, ut Delphis πῦρ ἄσβεστον id eſt ignis inextinctus foveretur. *Plutarch. in Numa.* Qui ignis (ut liquido ſciatis unde cum Græci delatum ha-

bebant) Ἑςία dicebatur non aliud vero Ἑςία quam אש יה Eſchia vel Eſ-
ia, Græce Ἑςία i. e. ignis Jehovæ quē Jehova ſcil. Aaroni & filiis ſuis in
dies alendum præceperat. Notat porro *Dickinſon* Veſtam nihil aliud eſſe
quam ipſum vigilem ignem & perennem diſcas ex Ovidio.

Nec tu aliud Veſtam quam vivam intellige flammam.

Eadem vero teſte Cicerone l. 1. N. D. Latinis eſt Veſta quæ Græcis Ἑςία
ex qua voce formatur. Solebant enim priſci Græci teſte D. Halicarn. l. 1.
antiqv. Rom. maxime Æoles nominibus à vocalibus incipientibus præ-
ponere ſyllabam *ου* ſcriptam uno charactere qui eſt ſimilis duplici r ad
rectam lineam duabus obliquis additis ut Fελίνη, Fάναξ, Fαυὴς &c.
Æolicum v. digamma, quod Eraſmus & Glareanus notarunt, eun-
dem apud Græcos ſonum habuit, quem apud Latinos V. conſonans.
Hinc ergo Latini (qui linguam ſuam Æolico dialecto fere acceptam
ferant) innumeris, quas habent, vocibus Græcis â vocali inci-
pientibus V. conſonantem præfixerunt unde ἔλια Velia οἶνος vinum
ἑσπέρα veſpera ἦρ ver & ἑςία Veſta. De hoc igne & Veſtalibus lege
pluribus *Juſt. Lipſium* de Veſta *Coel. Rhodigin.* l. 15. c. 15. ſeq.
Voſſ. Theol. Gentil. l. 2. Th. G. *Druſ. l.* 2. *animadv. c.* 24. T. 8. Bibl.
Crit. Lond. c. 1244. *Bernardum* cæſium *Mineralogia Lugdun.* 1636. fol.
Gothofr. c. *Theod.* T. *V. p.* 36. *Johann.* Baptiſt. *Caſal. de Urb. Rom.*
fol. Romæ 1650. p. 372. *C. Dilher. Tom.* 2. *Diſp.* Philolog. *Alexand.*
ab Alexandr. G. D. l. 5. c. 12. *Tiraquell.* l. 5. c. 12.

V. Pelles olim heroum, Philoſophorum, Aſcetarum inter Chriſtianos indumenta ad Hebr. X. 37.

ANtiquiſſimis mortalibus primo ê foliis arborum, mox ex
animalium exuviis quæſita corporis tegumenta, de quibus
Lucretius lib. 5.

Pellibus & ſpoliis corpus veſtire ferarum. Hinc quod notum,
& pelliti olim patres conſcripti, & ferarum pellibus induti,
Mauri, Germani, aliæq; horridiores gentes (hodie Turcæ, Tar-
tari, ex parte Poloni, Hungari) veteribus commemorantur
Strabo l. 17. Imo progreſſu temporis, non ſolum gentibus minus
cultis idem vulgo habitus retentus; ſed iis quoq;, qui horridi-
us,

us, aut ſimplicius vitæ genus profeſſi, ſe ad priſcam ſimplicitatem componebant: quales nempe aut ſanctiſſimi illi viri *Elias*, *Eſaias*, *Zacharias*, *Johannes*; aut Gentilium etiam Heröes, de quibus aperte id teſtantem video Apollonii Scholiaſten. Δέρμα δὲ ὁ μὲν σύνηθες γὰρ τοῖς ἥρωσι τὸ δερματοφορεῖν. Pellis quidem, conſuetum heroibus pellem gerere: aut ſapientiæ ſtudiis apud eoſdem Gentiles clari, ſicut de Dione oris aurei conſtat, quem ſæpe leoninum exuvium geſtaſſe Suidas & Photius tradunt. Inde etiam priſcis Chriſtianorum Aſcetis ſimile quæſitum corporis tegumentum; qui nempe ſeculo renunciantes, vel ex arborum foliis vel ex ferarum pellibus indumenta ſibi conficiebant.

Talis vel *Paulus Eremita*, qui authore *Hieronymo in vit. Paul. Eremit. contextis palmarum foliis veſtiebatur*; aut *Hilario*, apud eundem *in vita Hilarion.* ſacco membra coopertus, & pelliceum" habens ependyten; aut *Simeon ille monachus* de quo refert *Iſidor. Peluſiota* l. 1. ep. 475., ἡ σισύρα συνίστησι γυμνὸν ἣν ἀμπέχεται *ex caprinis pellibus contexta veſtis qua amictus eſt, nudum eſſe oſtendit.* Scilicet his inſignibus, ſeu animalium exuviis, ſicut Macedonum Reges ſeſe Herculis traduces, ita iſti ſe Eliæ, aut Johannis ſucceſſores conteſtari cupiebant. Hæc ex *Ezechiel. Spanheim.* diſſert. IV. de præſtant. & uſu Numiſmat. p. 345. ſ. Adde *ex Jacobi Pontani* Φιλοκαλ *l. 5. c. 20. ſeqq.* veteres heroës virtutis ſuæ inſigne & argumentum generoſarum animantium laboratas pelles geſtabant, maxime leonum, urſorum, luporum, tigridum, pardalium, ac lyncum, ut de Hercule, Ajace Telamonino *Pindarus & Theocritus* prodiderunt & *VIII. Æneid. Maro* de Ænea & *IX.* de Niſo, de Cadmo *3. Metamorph. Ovid.* Quin & certatoribus pellis leonina præmium proponitur *Æneid. 5.* ubi & *Aceſtes* rex Siciliæ Æneæ adventanti occurrit.

Horridus in jaculis & pelle Libyſtidis urſæ

Ac Xeniorum loco pelles hujusmodi *hoſpitibus*, ut amoris, amicitiæq; ſymbola *donabantur*. Chiron pardi pelle donat Orpheum. In *pellibus quoq; dormi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

mebant domi, & in militia, uti patet ex Homero, Apollonio, Virgilio, Q. Curtio. Unde Proverbia: *Induitis me leonis exuvium.* Item; *si leonina pellis non sufficit, vulpinam* assumendam. Confer *Carol. Paschal. de Coronis* l. 9. c. 2. 5. *Cæl. Rhodigin.* p. 1504. *Voss.* Theol. gentil. l. 3. c. 70. *Pontan. Attic.* Bellar. p. 1006. Vestitum & victum Johannis non caruisse mysterio, docet *Casaubon. exercit.* XIII, *num.* 12. *Oportebat inquam ut qui pœnitentiam prædicaret, habitum pœnitentiæ præseferret.* Tostatus in XI. cap. Matth. Sic etiam *Hieronymus* ap. *Richard. Montacut. Origin. Eccles.* P. 2. p. 368.

Non tamen fuit vestitus Johannis *monastteus insolitus*, uti nugatur Maldonatus in Comment. p. 66. *quali Monachi & Eremitæ uti solent.* Non certe fuit *monastic9, aut sanctioris instituti* scribit D. *Dorscheus Pentadec. ad Joh.* 1. 19. §. 7. ut enim cibus locustarum & agrestis mellis, etiam aliis in usu fuit, qui tenuius vitam agunt, ita etiam vestitus è pilis Camelorum. Concursus ad Johannem non habitu novo, sed tum ipsa præconii novitate, tum etiam exinde excitabatur, quod severioris vitæ exemplo pœnitentiæ ardorem incenderit.

VI. Mors publica sævissima.

OB quinq; causas, quæ inquam sub dio spectante populo à carnifice capitalibus infertur. I. quod diuturna meditatione miseros affligit, ut una dies 100. videantur mœroris, centiesq; ac millies moriatur prius, quam moritur reus. *Sciunt se mactatum iri* morte atrocissima propter scelera. Nec parum eos affligit horror, fœtor, immunditia carceris, cibus male coctus, macescunt, tabescunt, consenescunt. Nonnulli florentissimi ad custodiam dati, sqvalidi ad mortem prodiere. Minimus senex horrore mortis una nocte incanuit, quod cum vidissent judices satis pœnarum hominem dedisse censentes, hominem liberum dimiserunt II. ergo adjungas carceris scil. sordes, vincula, miseriam, tormenta, quæstiones. III. Pudor cum ad supplicium ducitur & ante actæ vitæ recordatio acerbissima. IV. quo

quod integer & ſanus moritur. Chronici jam fere ſemimortui. At vero ſanum, & validum, in ætate viridi, cum ſpe adhuc 20. aut 30. annos vivendi deq; vita nõ exire, ſed extrudi, & tormentis violenter expelli hoc demum grave. V. Recordatio infamiæ, quæ ad poſteros manat, ut nullus ejus niſi inimicus velit meminiſſe. Cardan. *de rerum varietate l.8.c.* 11. At martyrum quiq; olim pro fide Chriſtiana à Neronibus, Hadrianis, Diocletianis, Maximinianis, Liciniis ſimilibus, & gravioribus quoq; cruciamentis è medio tollebantur, quiq: noſtris temporibus propter Religionem tanquam Regnorum proditores, & majeſtatis rei fortunis ſuis exuuntur, in carceres compinguntur, exiliis mulctantur, & deniq; per ſummam crudelitatem occiduntur, martyrum in quam, mortes, plenæ ſunt innocentia, plenæ perfectæ virtutis, plenæ Chriſtiani exempli, plenæ Chriſtianæ charitatis in DEUM, plenæ laudis, & gloriæ. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus. Pſ.*116. veniet illa dies, cum carnifices iſti illorum felicitatem obſtupeſcentes, & gementes dicent: *nos vitam horum æſtimabamus inſaniam: ecce quomodo* inter filios DEI computati ſunt. Hæc ex *Jacobi Pontani Societ. Jeſ.* Φιλοκαλ. *l. 5. c.* 18. Wie man Maleficanten tröſten ſoll. vide M. *Eraſm. Winteri Theſaurum Conſolationum* p 596. *F. Bidenbach. M. Nicol. Rhoſt libell. abſolut.* p. 485. ſeq. &c.

An Magiſtratum ſuppliciis ſpectatorem adeſſe deceat, quærunt Politici, & in negativam concedunt. Tractat hanc quæſtionem M. Bernegger. quæſt. 215. qui inter alia ex Ariſtotele, Cicerone, Seneca. *Verum etiamſi ſupplicia ipſe nunquam exigat, atq; adeo vix ſpectet, ſed quantum licet oculos inde ſubtrahat, ne ſi iis gaudere videatur, ſævitiæ opinionem ſibi conciliet.* Ferina iſta rabies eſt, ſangvine ac vulneribus gaudere inquit *Seneca* 1. *de Clement.* c. 24. & paulo ante: *Non minus Principi turpia ſunt multa ſupplicia, quam medico multa funera.* Imo ſi omnem crudelitatis ſuſpicionem effugere cupiat, ne capitalibus quidem judiciis in-

tereſſe debet, quod Auguſto à Mecænate probro datum legimus ap, *Senecam de Ira.* Quare non immerito reprehenſus Carolus IX. quod natali die filiæ ejus, quam ex Iſabella Maximiliani filia Cæſaris tulerat, ita ſuppliciorum ſpectandorum avidus fuerit, ut circa veſperam faces accendi juſſerit, quo morientium ora verius cognoſcere poſſet. Confer *Camerar. Hor. ſubciſ. Cent.* 1.cap.48. qui meminit ex libello quodam, *Synopſi Caroli IX. Regis Galliæ*, quod lanienam & cædem Amiralii & ſociorum ex arce lætus ſpectarit, & aliquot poſt diebus, qvum Amiralii cadaver ad furcam publicam ſuſpenderetur, ſervis fœtorem non ferentibus, dixerit: HOSTIS MORTUI BONUM ESSE ODOREM. Quare epiphonema illud adjici: REGES AUTORES CRUDELIUM SUPPLICIORUM ESSE OPORTET, QVOTIES FLAGITIA SÆVITIAM EXPOSCVNT: SPECTATORES AVTEM MAXIME DECET, NE ATROCIA MEDITARI DISCANT.

Commodus Imperator in tantum avidus fuit ſpectacula talia, & gladiatoria certamina videre, uti infinities & ipſe in arenâ prodierit publicum. De Cõmodo Imperatore cõſ. Auſonium menſ. 5.c.6. in fine. In quem locũ *Mariang. Accurſius* p.224. edit. Amſtelod. 1671. Imperatorem (ſcribit) longe peſſimum notat, quod non in Martiis pulveribus, ſed in productæ Martiæ, ex concubinis præcipuæ, pulvinaribus: neq; e devictis hoſtibus triumphi famam quæſierit, verum ſordidam immundamq; vitam in ſpectaculis arenaq; gladiator tranſierit: pugnaſq; geſſerit non gladio militari, ſed threicio, h.e. gladiatorio. Notum eſt n. Thraces olim nuncupatos *retiarios* fuiſſe gladiatores, qui mirmillonibus opponerentur. Scribit Lampridius, Commodum in arenam deſcendiſſe, gladiatorumq; certamen ſubiiſſe, & nomina eorum recepiſſe eo gaudio, quaſi accepiſſet triumphalia. Ludum ſemper ingreſſũ eſſe, & quoties ingrederetur, publicis monumentis indi juſſiſſe. Pugnaſſe autẽ ſeptingenties tricies quinquies tantumq; palmarum gladiatoriarũ confeciſſe, vel victis retiariis, vel occiſis, ut mille contingeret. Ferarum autem diverſarum manu-

nu ſua occidiſſe multa millia, ita ut Elephantos comprimeret. Et hæc ſpectante ſæpe populo Rom. Gladiatoris quoq; nobiliſſimi vita functi nomen adoptavit: ut eſt ab Herodiano traditum. Soliſq; coloſſo demolitus caput, ac ſuo ſuperimpoſito, ſubſcribi juſſit *Mille Gladiatorum Victorem* - - Nos præterea Romæ marmoreum Commodi ſimulacrum vidimus, in pectore thorace munito galeatam, atq; exerta mamma imagunculam præferens, oſtentansq; &c.

Quam avidè confluat populus ad videnda ſupplicia, docet experientia, quo de P. Jvo Pariſin. de jure naturali rebus " creatis à DEO conſtitut. Pariſ. 1658. fol. 464. *Ita fit maximus populi concurſus ad tragoedias, etiam dato pretio, & ad capite damnatorum videnda ſupplicia. Licet interſit Reipublicæ ſuam exerceri publicam diſciplinam, ut pœna paucorum ſit multorum doctrina, & ſaltem ad documentum utatur eorum morte, qui vivi prodeſſe noluerunt;* ad hoc tamen ſpectaculum non eſt cogendus populus, liber, volens, injuſſus etiam, armata vi repulſus confluit, tot funeribus nunquam non miſerante, nunquam non ſatiante cupidine. *Auguſtin. l. 3. confeſſ. c. 1. vult homo dolere, cum ſpectat luctuoſa, quæ cum ipſe pati nollet, tamen pati vult ex eiſdem dolorem ſpectator, & dolor ipſe eſt voluptas ejus &c.* vide *Ramirez ſpicileg.* p. 130. *Coel. Rhodig.* p. 15. 507. *Dilher. T.* 1. *dipp. Philol. p.* 262. *Pontan. Attic.* Bellar. p. 424. *Piccart. obſervat.* dec, *III.* c. 6. *Richter axiom. Pol.* p. 371. *Heidegger.* Hiſt. Patriarch. exercit. 2. θ. 11. & *Exercit.* 19. θ. 20. *Lipſ. de cruce.*

Johann. Leuſden, *in Philolog. Hebr. Mixt. diſſert.* 47. *p.* 323. ceremonias recenſet adhibitas ante & circa ſupplicia ap. Judæos. 1. Judices uſi ſunt deliberatione præſertim in judiciis capitalibus 2. Rei accuſati collocantur coram judicibus in loco eminentiori 1. Reg. 21. 9. 10. *collocate Naboth in loco altiſſimo populi.* 3. judices, & teſtes imponebant manus ſuas capitibus damnatorum & dicebant: *Sangvis tuus ſit ſuper caput tuum. Hinc* judæi

dicunt *Matth.* 27. Sangvis ejus &c. 4. Quando damnatus educebatur ad locum supplicii præco præit, clamavit : *Vir iste N.N. prodit* ex gr. *lapidandus vel decollandus &c. ob culpam hanc* (quæ solebat exprimi) *suntq; ejus facti testes* N.N. & N.N. *Quicunq; ipsum insontem docere potest*, accedens rationes suas exponat. Si adesset aliquis, vel damnatus rationes inveniret, quibus se excusare posset, reducebatur quater quinquiesq; ad Judices, dummodo in verbis ejus esset solidi quidpiam. Hoc sic fiebat: Unus officialium stabat ad ostium curiæ tenens manu sudarium, unus item equo insidens. Si aliquis docere possit, damnatum esse insontem, iste sudarium quatit, & eques concitato cursu damnatum retrahit. Addebant damnato duos sapientes, qui de ipsius verbis judicarent, an aliquid solidi continerent. vid. *Sanhedr.* c. 6. & *Coccejum.* 5. Antequam damnatus occidebatur, tenebatur confiteri peccata sua *Josuæ.* 7. 19. *Mi fili tribue nunc gloriam* &c. Quisquis enim peccata sua non confitetur, illi in futuro seculo non putant esse sortem. Hinc putant Achan vitæ æternæ esse hæredem, quia peccata sua confessus sit v. 20. 6. Antequam educeretur, amarus quidam potus dabatur damnato. *Ei qui ducitur ad mortem, præbetur granum thuris in poculo vini, ut alienetur mens ejus & pœnam minus sentiat.* Maim. in Sanhedrin. c. 13. De vino damnatorum *Prov.* 31. 6. Amos 2. 8. & *Gataker.* adversar. p. 54. 7. Omnia instrumenta, ut gladius, quo fuit decollatus, arbor, in qua fuit suspensus, linteum, quo fuit strangulatus &c. fuerunt igne consumta, ne aliquis postea diceret : hic est gladius ille, quo ille est decollatus, hæc est arbor &c. hoc est linteum &c. vide de de his *Godwin in Mose & Aarone* l. 5. c. 4. Adde tandem ex *Dion. chrysost. Orat.* 4. apud *Pontanum in Atticis. Bellar.* An Sacrorum solenne ignoras, quod Persæ celebrant? Vinctorum, qui duci ad supplicium debent, aliquem in sella Regis collocant, & veste regia ornant, faciuntq; ei potestatem delicate, & molliter vivendi, regiisq; pellicibus per eos dies utendi:

neq;

neq; illud quiſquam impedit, quo minus quicquid voluerit faciat. Deinde exutum & flagellatum ſuſpendunt.

Sed & veſtes damnatorum ſciſſas à lictore docet *Seneca l. 1. de ira c. ult. Quid ſi ille vidiſſet de tribunali deſilientem proconſulem & faſces lictori auferentem, & ſua veſtimenta ſcindentem, quia tardius ſcindebantur aliena.* Nempe perituris ita detracta veſtis, ut vi adhibita dilaniaretur ac ſcinderetur, ex *Plutarcho* in Publicola, *Livio l. 8. Valer. Maxim.* l. 2. 2. c. *Tacito* l. 10. & aliis aſſerit *P. Faber. l. 2. ſemeſtr.* c. 10. Damnatis lictor veſtimenta contemptim, & rapide auferebat, lacerabat, & ſic verberabat. Livius, l. 8. *Fabius fidem militum implorans, lacerantibus veſtem lictoribus ad triarios ſe recepit.* *Triarii, *teſte Varrone de* LL. *l. 4.* dicti, quod in acie tertio ordine extremis ſubſidio deponebantur. Quod hi ſubſideant, ab eo ſubſidium dictum. Vid. *Vegetius* l. 3. c. 14. & *Voßii Etymolog.* h. v. *Valerius* M. Rutilianum ſciſſa veſte, ſpoliatoq; corpore *Tacitus*: Protractum è tentorio ſciſſa veſte verberant. *Supplicium differre diutius* graviſſimum habitum, & ſtatim puniri ſcelus eſſe beneficii loco, deducunt *Commentatores Alciati* (ex 2. *Maccab. 2. c. 6.* Taciti. l. 1. Hiſtor.) p. 720. edit. Patav. 4°.

Lacedæmonii ſupplicium cum ſumere de quoquam vellent, *noctu* id faciebant. Docet *Cragius, ex Herodoto & Valerio* M. l. 4. c. 8. Addo ego ſcribit *Johann. Meurſius Miſcellan. Laconic.* l. 2. c. 8. & Plutarchi in Ageſilao locum, in quo idem obſervare eſt, *ex illis factioſis quindecim quosdam deprehenſos noctu occidit.* Noctu quoq; de Agide rege ſupplicium ſumptum diſce ex *Plutarch. in vita ejus.* Fures addit *Meurſius. l. c.* Lacedæmonii non puniebant, niſi deprehenſi eſſent, adducens locum *Sexti Empirici contra Mathem.* l. 3. c. 24. & *Crag.* l. 3. tab. 8. inſtit. XII. Locus Empirici latinè ſic habet. Ajunt quidam Lacedæmonios punire fures, non quod furati, ſed quod deprehenſi eſſent.

VII. Curioſa quædam ex vita Peireskii Hagæ Comit. 1655.

EDidit vitam Nicolai Claudii de Peiresk Senatoris Aquiſextienſis, Pe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

Petrus Gaſſendus libro auro contra æſtimando. *Pag. 55. ad ann. 1606.* refert ſingulare vehiculum his. Divertit (Peiresk) Schevelingam, ut exploret vectationem & velocitatem *currus*, eâ ſolertia à paucis annis excogitati, ut paſſis velis in littore inſtar navigii evolaret. Inaudierat nempe Comitem Mauritium, poſt Neoporticenſem victoriam experiundi gratia, illum conſcendiſſe, una cum capto in prælio Franciſco Mendoza, ac intra duas horas attigiſſe oppidum Puttenum, quod inter, atq; Schevelingam horaria milliaria 14. intercipiuntur. Quare ipſe quoq; experiri voluit, commemorareq; ſolebat ad ſtuporem, quo correptus fuerat, cum vento tranſlatus citatiſſimo, non perſentiſceret tamen(nempe tam citus erat, quam ventus) cumque animadverteret ſcrobeis occurrenteis prætervolari; reſtagnantes paſſim aquas ſuperficietenus duntaxat attingi; qui antecedant curſores viſos quaſi retrorſum niti, quæ diſtantiſſima apparebant, momento penè prætervehi. pag. 17. ann. 1634. obſervavit Peireskius fontem, qui ad Collem-Martium ſtatis intervallis effluit, nimir. octies circiter intra ſpatium unius horæ. Pag. 185. ann. 1635. refertur, Peireskium Leodii inveniſſe Linum quendam è Societ. J. qui phialam compleviſſet aquâ ejusmodi temperationis, ut internataret medius globulus cum deſcriptis circum horis 24. quæ ad piſciculum, ſeu indicem fixum allabentes ex ordine, horas diei connotarent, tanquam globulo cœli motum exactiſſime imitante. Confirmatum id ipſi eſt, tum ex Rubenii literis, tum ex relatione Dormalii, qui ruente vere in Italiam rediens, & aliquot diebus detentus Aquis-Sextiis rem ſibi viſam deſcripſit. Laudavit proinde Peireskius inventum admirabile, cœpitq; variè requirere, quænam vis naturæ præſtare id poſſet; cum haberet ipſe aliunde à multis jam annis Drebelſianam machinam, in cujus vitreo, arcuatoq; tubulo incluſa aqua bis in dies ſingulos iret, rediretq;, ac parum abeſſet, quin maris inſequi æſtum videretur. Revocavit autem in mentem, quod ante annos 2. Kircherus enarraverat, ſe fragmento ſubereo inſeruiſſe grana cujusdam Heliotropii, quæ(floris inſtar) in Solem converſa innatans ſuber converterent indiculoq; appoſito notatas in vaſe horas deſignarent. *Pag. 177. ad ann. 1634.* refertur, quo pacto *venas lacteas* in homine viderit. Venas lacteas in meſenterio nonniſi in animali vivo, aut palpitante adhuc diſcerni non poſſe noverat Peireskius tum ex Aſellio inventore, tum

ex sectionibus, resq; propterea in homine, quem vivum dissecare nefas, inobservabilis videbatur; nō ideo tamē desperavit, quin si paucis horis à suffocatione, interanea disquirerentur, vestigia se hujusmodi venarū proderent. Quamobrem damnatum suspendio procuravit primū, antequam judicium capitale pronunciaretur, secure, & egregiè pasci (ut nempe esset, unde chylus lactesceret) ac inde non nisi hora cum semisse post suspendium expectata cadaver devehi curavit in anatomicum theatrum. Præstitum est vero ea diligentia, ut aperto abdomine venæ albescentes apparuerint, utq; ex nonnullis resectis colligi potuerit liquor lacteus, quod profecto visum est mirum. *Pag. 203. ad ann. 1637.* de Ligno fossili. Fuit copia fossilis ligni, quod ad Aquam Spartam nuper est detectum. Ibi didicit Peireskius, quod voluerat nosse extare duntaxat quædam veluti caudicum segmenta; nulla vero vestigia ramorum, nodorum, radicum, quasi id foret argumentum, ligna ejus formæ nata, concretaq;, non vero ex vulgaribus obruta, & saxificata. Pag. 198, ad ann. 1636. disseruisse Peireskium *de animalium insitione*, plantarum instar; occasione Prunuli in regione thoracis medii, sive ad sternum frutescentis, ex quo Pastor Tarraconensis in prunulum incidit, spinaq; ad eam partem implantata, sic per biennium radices egit, ut post resectos surculos varios aliqui tandem prodierint, in quibus flores & fructus visi. Non destitit porro instare, donec Cardinalis Barberinus curavit fidem fieri per illius loci Archi-Episcopum; & Eques Puteanus non literas modo attestantis, sed surculos etiam accepit, & cum ipso communicavit. Hæsit vero deinceps minus, cum accepit simile quid contigisse in Thuscia, circa gallinæ cujusdam collum; & Frontiniani in Occitania circa digitum piscatoris, in quem cum implantata fuisset spinula scorpionis marini, res eo evasit, ut Chirurgus exinde eduxerit treis Pisciculos generis scorpionum. Qvanquam hæc omnia qui viderit, fidem habere tutiorem potest. Attendens deinde Gallorum calcaria in cristarum locum insita ritè vegetari, & succrescere; nullus dubitavit, quin hædorum cornua cornibus agnorum possent inseri &c. Pag. 118. Constantem suam sententiam tradit *originem fontium & fluminum non ex mari, aut ex aëris in aquam conversione* esse, *sed deberi prorsus aquis pluviis* (adde quidpiam nivalibus) quæ longe lateq; decidentes ita combibantur, ut terram penetrent quousq; incurrant in varia receptacula, quorum sit fundus ex lapide, argilla aut alia materia aquæ conti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

tinendæ idonea, quæq; infernè desinant in eas meatuum angustias, ut
collecta aqua seorsim effluat suppetere adeoq; possit in dies, in men-
ses, in annos. &c.

VIII. *Harpocrates Hieroglyphicus.*

HArpocrates sub forma pueri sedentis, capillis ὀφιομόρφοις, sive in
serpentes degenerantibus exhibetur, qui labiis digito pressis silen-
tia svadet; altera manu facem præferens cum tribus capitibus papave-
ris, ex cujus capite auris, cui perseæ folium inseritur, cum sextilis Lu-
næ charactere, emergit; pharetra quoq; post tergum cum arcu temere
projecto spectatur, cui ad latus conjunguntur primo Noctua, cujus è
capite egreditur auris, cui pariter perseæ folium inseritur; Deinde gal-
lus, ut in supraposito Schemate apparet. Quo quidem nihil aliud Hi-
eromystæ indicare voluerunt, nisi veram sapientis Viri ideam per Har-
pocratem iis, quæ vides, Symbolis insignitum, indicatam. Sedet pri-
mo, quia sola sapientia quietem & tranquillitatem animi componit.
Juvenis est, quia sapientia immarcescibilis semper floret & viget. Di-
gito labra premit, quia sapientia non inter strepitus & tumultus, sed si-
lentio, solitudine, secessu, & omnium rerum terrenarũ contemptu com-
paratur; quæ per noctuã nocturnũ & solitariũ animal pulchre indi-
cantur; gallũ adjunctum habet, quia sapiens omnibus actionibus sui-
ne præposteris finibus in transversum agatur, invigilare debet. Sinistro
cubito galli guttur premit, ut ostenderet, quietem & otium contemplationis
non inturbandum per importunas diurni temporis actiones, quarum gallus nuncius
est, voceqve ad eas excitare solet homines. Quemadmodum igitur Harpocrates di-
gito labia sua premit: ita & gallo importuno quietis interpellatori guttur coercet,
quasi in gutture ejus jam vocem moliente, sentiretur tacitum quoddam & internum
incitamentum. Aurem, cui inseritur perseæ folium, capiti impositam habet, quod ut
teste Horo, lingvæ, ita fructus ejus cordis figuram exprimit, quia sapiens multum au-
dire debet, & quod per lingvam sapientis Magistri didicit, alte cordis penetralibus
per frequentẽ contemplationẽ cōmittere debet. Papavera præfert cum face accensa,
quia sapiens maximè in mortis, quæ per papavera signatur, & in supernarum rerum
altissimarumq; per facem accensam indicatarum meditatione versari debet; pharetra
tra post tergũ, ac temere projectus arcus indicat, quod quicunq; sapientiæ penetralia
intrare vult, is amori rerum terrenarum ante omnia abrenunciare debeat; rerumq;
corruptioni obnoxiarũ, quæ per Lunã & serpentẽ temporis caduci Symbolum, teste
Horo, indicantur, penitus oblivisci. Cōf. Athanas. Kircherũ. Principis Christ. Arche-
typ. Pol. p. 80. V. Sertorii Ursati Monumenta Patavina f. 314. & Jacobi Philippi Tho-
masini Manum æneam s. Cecropii votum. p. 52. Athanas. Kircher. Oed. T. 1. p. 214. Cæl.
Rodig. p. 1220. Voss. l. 1. Theol. Gent. Harpocratem Lotoflori insidentem & digitum ori
admoventem vide in nummo ap. Ezechiel. Spanheim. de præstant. numism. p. 258.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

I. N. J.

MENSIS. VII.

I.

Filium DEI quomodo πρωτόγονον *dicat Methodius?*

M*Ethodius Episcopus & Martyr* in Convivio Virginum, quod demum 1657. Paris. ex typographia Regia prodiit Græce & Latine elegantissimis typis, ex interpretatione *Petri Possini* Soc. J. pag. 33. cujus sic habent verba Latine: *Age ergo & nos consideremus, quam orthodoxè retulerit Adamum ad Christum non solum, quod Christi figuram & imaginem Adamum fuisse censuerit, sed & quod vere Christum extitisse ipsum quoq; putaverit, propterea quod verbum ante secula existens in illum venerit, eiq; se junxerit. Congruum enim fuit* πρωτόγονον τοῦ θεοῦ καὶ πρῶτον βλάστημα καὶ μονογενὲς *primogenitum DEI & primum unigenitumq; semen, sapientiam, primum formato principi & primogenito hominum homini mixtam, factam esse hominem. Hoc enim esse Christum, hominem mera divinitate & perfecta plenum, & Deum in homine quodammodo inclusum.* Abstrusus fateor hic locus est, cui autem modificatio Theologica subvenire potest, ne incidamus in Weigelianismum & fanaticismum &c. Tractatus hic suppositititius videri posset, quales sunt de Resurrectione, Revelationes. Notat *Schottus* Methodium citare Nazianzenum, cum tamen Methodius uno seculo anteiverit. Liber Revelation. censente Bellarmino est suppositititius. *Vid. Rob. Coci Censur. Rivet. Critic. Sacr.* Verum cum Hieronym. de Scriptor. Ecclesiast. hujus mentionem faciat, sed & Gregor. Nyssen. in libro cui titulus, *quid sit ad imaginem DEI? &c.* *Epiphanius hæres.* LXIV. *Photius in Bibl. C.* 237. *Abbas Trittheimius de* Scriptoribus *Ecclesiasticis*, p. 203. nō refragabimur, donec alia edocti. Mentionē enim facit Philipp. Labbe de scriptoribus Eccles. T. 2. p. 88. Sicut & *Francis. Combefis* in operibus 1644. edit. *Poßinus* vero evulgavit. Convivium est 12. virginum colloquentium de laudibus virginitatis, & castitatis, Gregorium mulier, Arete, Marcella, Theophyla, Thalia, Theopatra, Thallusa, Agatha, Procilla,

Thecla, Tysiana, Domnina. *Eubulius* orditur actum, pandens viam colloquio. *Locum allegatum* quod attinet, ad eum observat *Petrus Poßinus* in not. p. 183. Intelligendum salvâ æternitate & consubstantialitate cum Patre Verbi ejusdem. Simul in memoriam revocandum, Patres plerosq; Nicænæ Synodo priores minus exactè interdum de Divinis personis locutos ut singillatim demonstrat *Petavius l. 1. de Trinitat. à cap. 3. ad 6.* inter eos quoq; *Methodium* numerans cap. 4. n. 12. Atque hinc occasionem *Photio* datam suspicor admonendi, hoc opus depravatum esse ab Arrianis opinionibus immissis, quod non obstat, quin utiliter edatur: si ratio similis non prohibuit, quin laudabiliter, & bono publico in lucem producerentur scripta *Justin. Martyris, Athenagoræ, Theophili, Tatiani, Irenæi Clementis Romani, & Alexandrini, Origenis, Dionysii Alexandrini, Luciani Martyris, Tertulliani, Lactantii & similium*, apud quos multa duriora in hoc genere leguntur, quam ap. Methodium.

Ad marginem p. 35. addit: Dum ait *S. Methodius* Adamum fuisse à verbo assumtum, non ita intelligendum hoc est, quasi totum corpus & anima & individua natura primi hominis Christo carnem assumenti unita fuerit: sed quod caro ex Adamo propagata, & quæ parte sui quadam in ipso exstiterit, assumta fuerit à verbo se incarnante. Atq; ideo Adamus ipse quodammodo secundum aliquid sui Christus fuerit.

Redeamus ad Petavii loca allegata, imprim. l. 1. c. 3. §. 2. T. 2. refert *Justinum Martyrem* Filium minorem Patre posuisse, non solum quatenus hominem se fecit, sed etiam divinitate & antequam humana se carne vestiret. *Tatianus* Justini discipulus, non *συναΐδιον* coæternum Patri putavit filium ac verbum, sed creatum, ac voluntate, sic tanquam ab opifice productum, unde *ἔργον* appelletur. Pergit *Tatianus* & *λόγον* ipsum sic à Patre prodiisse narrat, ut tamen *λόγον* ipsius, h. e. rationem vel sermonem, aut sermocinandi facultatem non exhauserit: neq; *ἄλογον* eum reliquerit, sicut ex una face cum plures accenduntur, nihil de ejus, unde accenduntur flamma perit. Aut cũ audientibus multis unus loquitur; nõ propterea, quod in illos sermo dimanat, inanis unde sermo profectus est, iste relinquitur, quocirca *κατὰ μερισμὸν* potius, quam

quam κατ' ἀποκοπὴν Verbum à DEO prodire censet i. e. *participatione, non abscissione. Theophilus* Alexandrinus *verbi generationem temporariam* facit. *Clemens Alexandrinus* Christianorum dogma de Filio DEI Verbo Platonis ad mentem accommodare statuit, sine erroris plerumq; suspicione, *Origenem* pessime de Filii, ac Sp. S. Deitate sensisse scribit Hieronymus. (Petav. cap. 4. ubi quam plurimi errores Origenis recensentur.)

Gregor. Neocæsariensis cognomento *Thaumaturgus, Origenis discipulus*, quem ipsum suspectas nonnunqvam de Trinitate sententias protulisse testatur *Basilius* epist. 4. 60. ubi illum excusat, quod non dogmaticè, neq; affirmanda talia dixerit; sed vel disputantis, altercantisq; more; vel ad eum, quo cum certabat, gentilem hominem sese temperantem accuratius expendere ista noluisse. Ex iis minus excusari possunt hæc, qvæ Basilius ab illo posita scribit, quod Filium κτίσμα, ποίημα h. e. creaturam & opus nominaverit. De Tertulliani & Lactantii locutionibus minus Orthodoxis *Petavius cap. 6. Confer.* l. 5. *cap* 3. 4. 5. *Theol. Dogm.* imprim. c. *8. 9. Concludens demum cap.* 9 §. 12. Qvemadmodum DEI nomen יהוה quod nullam ad res creatas vel certi temporis functiones σχέσιν & comparationem indicat, sed ipsammet declarat essentiam, ex omni æternitate convenit DEO, neq; adventitium est. Sic Patris & Filii vocabula, quæ personas divinas sine ulla ad creaturas habitudine demonstrant, æterna sunt. Proinde & generatio ex æterno fuerit oportet. Sed nec unquam desiit, aut in omnem æternitatem desinet. Est enim interior, & immanens actio: unde est idem cum DEO: atq; desitura nunquam. Itaq; perpetuo pater Filium gignit. Hinc adversus Arianos *Augustinus* epist. 174. *Quid ergo dicemus?* inquit: *Si natus est Filius DEI de Patre; jam Pater destitit gignere; & si destitit, cœpit, si autem cœpit gignere, fuit aliquando sine Filio, quia Filius sapientia ejus est, qui candor est lucis æternæ. Ergo semper gignit Pater & semper nascitur Filius.* Ita non est absonum, *addit Petavius*, gigni perpetuo Filium, hoc est à Patre habere semper ut sit - - Nam gignere non significat in DEO ex eo qvod non est, ad id quod est producere: sed simpliciter tribuere esse, quod utrumq; cum sit æternum, nullum ante se ei, quod non est, interval-

lum relinqvit. Sed neq; ἀτελὴς h. e. imperfecta est illa generatio; quasi nihil producat. Existit enim Filius: qui & semper gignitur. Unde ἀτελὴς eo sensu appellari potest, quod nunquam desinat, neq; ullo fine claudatur.

II. corporum ab hominibus voratorum resurrectio.

TRactat hanc materiam *Johannes Filesacus Theologus Parisin. l. 1. select. c. 8.* ubi inter alia p. 114. Verissimè, ut ego arbitror, istud à Tertulliano pronunciatum est lib. de resurrect. carnis. *Durius creditur resurrectio carnis, quam divinitas.* At vero in Resurrectione reformari & reparari corpora nostra variis modis consumpta, istud præstantissimorum quorumcunq; Philosophorum etiam ad Christi fidem conversorum ingenia mirum in modum torsit, & exercuit. Exemplum Synesii Episcopi Cyrenensis, antea Philosophi eruditissimi & uni Platoni potissimum addicti, nemo ignorat apud Evagrium. l. 1. H.E. c. *15.* In genere de nostris corporibus infinitis propemodum modis absumptis, in illo magno die excitandis, & reparandis nunc mihi dicendum non est. Sed hanc duntaxat excutio propositam quæstionem. Nec ulli Christiano tantisper in suæ fidei rebus versato dubium esse potest, Deum in illa seculi solutione corpora humana, quavis parte universi disjecta, dissipata, absumpta, posse nova quadam compaginatione revocare, reformare, utiq; ut cum Tertulliano loquar *ridhibentibus ea ignibus & undis & alvis ferarum, & rumis alitum, & lactibus piscium & ipsorum temporum propria gula.* Is postremis verbis alludit exempli gratia ad murænas illas, quibus *Vedius Pollio* tam libenter vescebatur, quarũ carnes, ut delicatiores existerent, suorum servorum corporibus alebat. Sic sentire videtur *Tertullianus de pallio,* Vedius Pollio servos *murænis invadendos objectabat, nova scil. sævitia, delectatio terrenæ bestiæ, exedentula & exungvis & excornis de piscibus placuit feras cogere, utiq; statim coquendis: ut in visceribus earum aliquid de servorum suorum corporibus & ipse gustaret,* Plinius l. *9.* H.N. c. *23.* istud Vedii Pollionis ad crude-

ſitatem tantum heri referre videtur. Ancepseſt, & dubius *Sene-
ca l.1.c.18. de Clement.&c.* Sed tandem quid de corporibus huma-
nis iſtis, quibus homines alii paſti ſunt, ſentiendum, jam videa-
mus. Veriſſimum illud *Tertulliani* tanquam effatum aliquod ex-
iſtimandum eſt *l. de Baptiſmo.* Si Deus ſapiens, & potens, *quod
etiam prætereuntes eum non negant merito in adverſariis ſapientiæ potenti-
æq; i.e. in ſtultitia & impoßibilitate materias operationis ſuæ inſtituit.* Iſtud
ergo eſt, quod impoſſibile omninò videtur, duo corpora re-
ſurgere, quorum unum ab altero voratum fuerit, at nihilomi- „
nus utrumq; integrum, & integræ ſubſtantiæ reſurgere neceſ- „
ſum ſit. Divinam potentiam iis omnibus abundè facere ſatis,
nemo ſanæ mentis negabit. V. *Theodoret.* ſerm. de provident. Ad-
ducit poſtea *Fileſacus* prolixum diſcurſum *Athenagoræ*, quem vo-
cat ſubtilem *de reſurrectione*, ad quem tandem reponit: Non pla-
cet iſta Athenagoræ reſponſio, nec uno nomine, uti ego quidem
arbitror, mihi peccare videtur, ſiquidem primo loco rejicienda
illa adverſarii partitio: Aut corpora devorata penitus evaneſ-
cent, aut cum iis á quibus vorata fuerint, impermixta remane-
bunt. Primum illud à vero penitus alienum videtur, cum nulla
omnino in rebus annihilatio deprehendi poſſit, (clarius *in
corporibus*) ac nonnihil illud attingit Æneas Gazæus in
Theophraſto. Et quam floridè, quam ornate de cor-
pore humano iſta pronunciavit *Tertullianus l. de Reſur-
rectione carnis*, *Abſit*, inquit, *ut Deus manuum ſuarum, operam
ingenii ſui curam, adflatus ſui vaginam, molitionis ſuæ Reginam, liberalita-
tis ſuæ hæredem, Religionis ſuæ Sacerdotem, teſtimonii ſui militem, Chriſti
ſui Sororem* (carnem) in æternum deſtituat interitum. *Alterum*, &
poſterius quidem ſolvit Athenagoras, ſed minus apte, cum falſo
nitatur fundamento, carnem ſcil. humanam nullo pacto nutrire
hominem, à quo in alimentum ſumta fuerit. Non aliter illud
probat, quam quod Deus longè aliud inſtituerit Geneſ. 1. diſci-
mus Dominum dixiſſe *Adæ* & Evæ, Ecce dedi vobis omnem
herbam afferentem ſemen ſuper terram &c. ut ſint vobis in eſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

cam &c. Apertius *Genes. 9. Dixit Deus ad Noë & filios. Omne quod movetur, & vivit, erit vobis in cibum. Quasi olera viridantia tradidi vobis omnia, excepto quod carnem cum sangvine non comedetis.* Patrum non pauci de homicidio istud interpretantur & sequentia explicationem ejusmodi firmant. At quanquam carne humana vesci hoc loco prohibitum esse concedamus, non tamen inde sequetur, illam in cibum ab homine in suam speciem sæviente, sumptam, nullum omnino nutrimentum præbere, nec more cæterorum ciborum, qui noxii non fuerint, in substantiam corporis, in quod ingeritur, converti. Quin & medicorum filii illud audacter pernegabunt. Attamen illud unum adjiciam, quod est apud *Zosimum l. 6. Hist. ad fin.* Cum Roma Honorio imperante fame gravissima laboraret, Ludis Circensibus audita vox nonullorum: *Pone pretium carni humanæ.* Quæ non tam aliarum rerum quæ ad vitam sustentandam faciunt, penuriam indicabat, ni fallor, cum *Zosimus* frumenti, olei & similium, quæ ex Africa in portum Romanum advehi solebant, defectum adnotet: non item carnium, aut animantium humano victui congruentium, quæ Italiæ aut vicinæ regiones suppeditare poterant, quam quod aliquantum degustata caro humana, cum cæteris omnibus longe sapidior, delicatiorq; deprehensa fuisset, gulæ proceres & magnæ mandonum gulæ nulli parcerent pretio, ut illam sibi compararent.

Frustra igitur est *Athenagoras*, qui hanc corporum permixtionem objectam hoc pacto eludit. Sed cum nostris Theologis longe convenientius dixero, ad perfectam nostrorum corporum Resurrectionem sufficere, ut corpus secundum substantiam numero idem resurgat, ita ut quæ supervacanea sint, removeantur. Neq; vero qvicquid ad nostri corporis substantiam pertinuisse dicitur totius vitæ spatio, id omne in Resurrectione reparatum iri dicendum est, alioquin nec status, aut legitima statura corpori resurrecturo adsignari posset, & longævi alicu- » jus corpus in Resurrectione in immensam & velut giganteam mo-

"molem excresceret. Itaq; vorata corpora humana ab ipsis etiã "hominibus non minus integra, quam vorantium resurgent, quandoquidem id, quod præter substantiam corporis, stato anno videlic. 33. teste Scriptura & interprete B. *Augustino l.22. de C.D. c.15.* excitandi ex illis cibis humanis, superfuisse in annis sequentibus deprehenditur, cum in sua prima principia sive elementa resolutũ sit, ex illorum intimo secessu & sinu DEUS præpotens facilè revocabit, & istud membris illius devorati corporis in integrum restituendis & reformandis Angelorum ministerio aptabit. Quod si quid defore putetur, illud adderet DEUS non minus, quam si homo perfectæ ætatis alium ejusdem ætatis devorarit, tum enim DEUS novam reparando & reformando corpori, antea devorato materiam producet, siquidem *B. Augustino l.22. c.14. de C.D. Creatori utiq; qui creavit cuncta ex nihilo, quomodo deesse posset* (quidpiam) *unde adderet, quod addendum mirus artifex nosset?* [Tractat in hoc capite 14. Augustinus, An infantes in ea" sint resurrecturi habitudine corporis, quam habituri essent æ-" tatis accessu: Addit Leonh. *Cocquejus Aurelianensis* consimilem locum ex Enchirid. c.85. *Quis negare audeat, etsi affirmare non audeat, id acturam esse Resurrectionem, ut quicquid formæ defuit, impleatur? Atq; ita non desit perfectio, quæ accessura erat tempore.* Addit idem *Cocquejus*, qua ratione possit in majori corpore resurgere, qui in parvo & infantili mortuus est: Nonnulli volunt, posse DEUM ex quacunq; parte materiæ, quantumvis minima, fabricare corpus magnæ molis, & quantitatis, nulla facta additione substantiæ seu materiæ, sed tantum quantitatis, & aliorum accidentium, sicut formavit corpus Evæ ex costa Adæ, in qua exigua erat portio materiæ, & tamen corpus ex illa formatum perfectum, & completæ magnitudinis fuit. *D. Thom. in 4. distinct. 44. q.1. artic. 2. q.4. ad.3.* ut puer resurgat in magnitudine perfecta & in corpore naturali modo constituto, necessarium vult esse fieri aliquam additionem. Nec enim id erit contra veritatem & perfe-

ctio-

ctionem Resurrectionis, cum idem numero resurgat, quod cecidit, habeatq; eandem materiam, licet non solam, quia non habuerat integram atq; perfectam.]

Producit porro *Filesacus* cap. 19. l. 22. August. de C. D. *Proinde* (in corporibus resurgentium) *nulla erit deformitas, quam facit incongruentia partium, ubi & quæ prava sunt corrigentur, & quod minus est, quam decet* (ut in infantibus, pumilionibus & similibus naturæ ludibriis, cæcis, claudis) *unde creator novit, inde supplebitur, & quod plus est, quam decet materiæ servata integritate detrahetur.* Neq; aut verius aut certius proposita quæstio dissolvi potest, quam unius B. Augustini judicio, *dicit Filesacus*, cui nos omnes Theologi tanquam præcipuo Doctori ac Præceptori nostro stare solemus. Sic autem *ille Enchirid. c. 88.* Non perit Deo terrena materies, *de qua mortalium creatur caro, sed in quemlibet pulverem cineremq; solvatur, in quoslibet* halitus aurasq; diffugiat, in quamcunq; aliorum corporum substantiam, vel in *ipsa elementa vertatur, in quorumcunq; animalium, etiam hominum, cibum cedat, carnemq; mutetur, illi animæ humanæ redit, quæ illam primitus, ut homo fieret, cresceret, viveret, animavit.*

Tertullianus de Resurrection. carn. uno verbo dixit, *Domino licet & mutare naturam, & sine lege servare* - - Adderem lubens, ipsi animæ ex contubernio sui corporis ingenerari erga idem corpus tam singularem, tam benevolum affectum, ut in illa omnium generali Resurrectione animæ quam primum agnoscant corpora propria, iisdemq; confestim copulari incredibili amore avidissimè gestiant.

Cautè hic Philosophandum erit, ne ex una, nimiâ curiositate, potentiæ, & sapientiæ DEI derogetur, ex altera in casses hostium Resurrectionis, hæreticorum incidas. Quare placet nobis moderatio B. *Gerhardi, qui* Tom. *VIII.* L. C. *de Resurrectione Mortuor.* § 39. Ratiocinationibus humanis opponit. 1. *DEI potentiam*, quæ non potest, nec debet humani intellectus, utpote finiti

ti, modio ac modulo æstimari. Cogita dicentem, & habebis facientem, 2. *DEI sapientiam*, quæ infinitos novit modos, per quos promissa sua implore possit. 3. *Dei voluntatem*, quæ non est inefficax, sed σύνδρομον ἔχει δύναμιν *Psalm.* 115. 3. *Psalm.* 135. 6. *Omnia, quæcunq; voluit Dominus, fecit in cœlo & in terra, in mari, & omnibus abyssis.* Posito hoc immoto fundamento, postea non inutiliter adduntur quædam ratiocinationes oppositæ ac similitudines ad fidei infirmitatem sublevandam. Quod si enim diligens & solers paterfamilias probe novit, ubi quicquid in ædibus suis licet amplissimis sit reconditum, adeo ut possit de thesauro suo proferra vetera & nova *Matth.* XIII. 52. Luc. 12. 42. quanto magis DEUS noverit, ubi corporum nostrorum materia lateat, cum ipsi longe minor sit universus orbis, quam cuivis homini angusta quædam capsula. Citat *Gerhardus* Tertull. *cap. 63. de resurrectione carnis: Non solum anima seponitur, habet & caro suos sinus in alitibus, in bestiis, cum in hæc dissolvi videtur, velut in vasa transfunditur. Si etiam ipsa vasa defecerint, cum de illis quoq; effluxerit in suam matricem terram, quasi per ambages resorbetur, ut rursus ex illa repræsentetur.* Et paulo ante: *Resurget igitur caro, & quidem omnis, & quidem ipsa, & quidem integra - - Hujus interitum, quem putas, secessus est. - - Habet & caro secessus suos interimu in aquis, alitibus &c.* In quem locum *Carolus Moreau* Tom. III. in Tertull. SECESSUM separationem ab anima, ad tempus. IN VASA: sicut olim superstites è rogo cineres in urnam seorsim missi servabantur. Citat insuper *B. Gerhardus* Minut Felic. Octav. Tu perire DEO credis, si quid oculis nostris hebetibus subtrahitur &c. *Gregorium Nyssenum de opific. hom. c. 26 & orat.* 3. *de Christi Resurrect.* Novit Deus, quomodo opus suum dissolutū rursus concinnet. *Si sapientia* " opus est, fons sapientiæ est apud illum; si potentia, non indi- " get socio adjutore. *Cyrill. Hierosol. catech. 18.* Cogita diversa se- " mina germinum misceri, & hæc diversa semina pugillo tuo " contineri. Est ne tibi homini res magna, an facilis pugillum tu- "

„um aperire, & unumquodq; germen ſecundum ipſius natu-
„ram colligere & ad germen reſtaurare: Et tu quidem in pu-
„gillo tuo poteris, num & DEUS, quæ illius pugillo continentur,
„diſcernere, congregare, & reſtaurare non poterit *Auguſtinus in enarrat. Pſalm. 62.* Omnia quæ diſcerpuntur & in favillas quaſdam
„putreſcunt, integra Deo ſunt, in illa enim elementa mundi
„eunt, unde primo venerunt. Concludit demum B. *Gerhardus,* quod de anthropophagis affertur, ad illud reſpondet *Auguſtinus* poſſe Deum & primogeniam illam antropophagi carnem, quæ fame exhauſta in tenues auras exhalavit, revocare, & eam, quæ ad ſarciendum ac ſupplendum famelici illius defectum in cibum aſſumta fuit, ab eo tanquam æs alienum repetere, eiq; unde quaſi mutuò ſumta fuit, refundere, ac redhibere, quamvis etſi omnibus periiſſet modis, nec ulla ejus materies in ullis naturæ latebris remanſiſſet, unde vellet, eam reparare poſſet omnipotens. Sed præſtat incomprehenſibilem DEI ſapientiam ac potentiam in hoc opere mirari, quam ejus modum ac rationem ſcrupuloſè rimari. *D. Kromayerus Theol. Poſit. p. 1195.* diſputans contr. *Smalc.* f. *36.* 100. error. *Slatium* declar. apert. f 52. *Geiſteranum* confes. de Reſurr. *Epicuræos,* tandem reſpondet p. 1195. unam eſſe corruptionem corporum ſed diverſa media corruption. Qui potuit ex nihilo creare omnia, poteſt etiam ex eo quod jam fuit aliquid reparare vid. *Rom. 4. 27. Apocal. 20. 13. Marc. 16. 6. 8. Matth. 27. 53. D. Hunnius de Trinit.* T. 1. col. *88.* Nec angeli (ſcribit)
„cœlorum conciliare poſſunt, quo pacto ſine contradictione
„fieri queat, ut ſi quod haud raro uſu venit, corpus alicujus ho-
„minis laceretur à beſtiis, & in illarum carnem & ſangvinem
„convertatur, ac nihilominus hæc beſtiarum caro non reſurgat,
„reſurgat tamen nihilominus corpus illius hominis, quod in be-
„ſtiarum carnem ſangvinemq; naturali converſione erat mu-
tatum.

Non defraudabo BL. diſcurſu *Iſrael. Mürſchelii* Paſtoris quondam agri Argentorat. *Abſtruſor. Abſtruſiſſimorum; Symboli*

boli *Apostolic. Argentorat.* 1622. *excus.* præsertim cum tractatus vix jam sit in aliquorum manib. Abstrusa quæ sub verecundam σκέψιν veniunt numerat 1. Immensum Tritinunum DEUM, ejusdemq; 2. opera Creationem, Reparationem, Resurrectionem. *Lit. E. 4. a.* dicit *Resurrectionem mortuorum* stupendum esse articulum fidei, ad quem stupescit universa natura. subdit deinde: Age & mentis aciem Antropophagorum exemplis obtundamus. Canibales, *scribit Scaliger Exerc.* 261. hominivori sunt qui Insulas habent vacuas pecore & frugibus. Piscari nesciunt, carent instrumentis. Humano igitur venatu vitam trahunt ex alieni cibi inopia. *Et alibi Scaliger exer.* 246. multi parentes occidunt, ne laborent incommodis senectutis, interfectos mensis adhibent, ne à vermibus absumantur (Idem de *Massagetis & Derbicibus ex Hieronym. contr. Jovin.* Pontanus Philocal. p. 185.) *Christoph. Columbus de Novo orbe scribit*: Hi populi mœstissime conquerebantur nobis, de efferatis illorum moribus. Nam ajebant eos non aliter in se sævire, quam tigrim, vel leonem in mansvefacta animalia, horresco referens. Impuberes si qui corripiuntur, exectis testiculis saginant, ut nos gallos gallinaceos, puberes mox contrucidant, quibus exenteratis, cætera saliunt, adservantq; ut nos insitia & farcimina omnis generis. *Confer eundem & navig. 2. p. 170. P. Venet. l. 2. c. 66. p. 360. & l. 3. c. 16. p. 402. de Regno* Dragojam Conf. Theatr. Zwinger. vol. 14. l. 3. p. 2939. *Et A. Vesp. in eodem lib. c. 117. p. 125.* scribit. Vidi ego quendam perditissimum hominem, qui pro gloria non mediocri jactabat, se esitavisse supra 300. viros. Vidi etiam urbem quandam, ubi immoratus sum dietus fere 27. & ibi contignationibus humanas carnes easdem salitas pensiles vidi, ut nos carnes aprugnas, sole vel fumo siccatas appendimus in culina, trabibus & imprimis insitia. Hactenus histofice. Qui paulo Medicæ doctrinæ (*pergit Murschelius*) principiis sunt tincti, illi norunt ex *Aristotele* 1. de Gen. & in c. 5. t. 41. quod alimentum in corpore animal sit δυνάμει σὰρξ. *Scaliger* docet exerc. 101. alimentum transmutari in substantiam corporis materialem & formam suscipere, ut fiat ac sit pars corporis animati. Et cibus substantia corporis futura, inquit *exercit.* 35. & appositum alimentum exerc. 51. fit idem numero cum eo. Item docet *exerc.* 22. non solo carnium succo nos ali. Summam dictorum complexus est acuta brevi-

tate. Anima ait *exercit. 307. ſ. 29.* coquit in ventriculo, recoquit in je- core perficit in venis, digerit in membra, mutat in corpus, ſufficit, unit, reſtaurat, redintegrat. Confer *Galen. l. 3. de temp. & l. 7. de ſanit.* Huc usq; medice, nunc Theologicè.

Cum ergo ille heluo & gurges humanarum carnium 300. viros ſe eſitaviſſe thraſonicè fuerit gloriatus, ſane illorum corpora omnia in ſuccum & ſangvinem, h. e. in propriam ſubſtantiam convertit. Jam adventante noviſſimo die, unde iſti 300. viri ſua corpora recipient? Anne ab Anthropophago? At ille non niſi unum proprium corpus ſibi habet. Quod ſi reſponſum feratur: corpora illa devorata defluere eoq; ſuis animabus ſalva & integra vendicari poſſe, eodemq; modo priſtinum hominivori corpus quod itidem defluxerat ſuæ animæ, reſti- tui. Quærunt emunctiora judicia, annon hoc ſit contra omnem totius naturæ curſum, corpora tranſpoſita, h. e. in aliorum ſubſtantiam converſa eadem numero redire? eſt profecto rationis imperio ſi ſit hic ſtandum, verumenimvero, ut eo magis cerneremus humanam hebetu- dinem in ſeipſa ſeſe convolventem, animum ex hac contemplatione contrahere, atq; ſpinoſioribus objicere lubet. Attexamus caſum, quem præcedenti hiſtoria fretus, ſactum eſſe vel fieri potuiſſe vix quiſ- piam ambigere poterit. Si quando filii & filiæ ſuum devorarunt pa- rentem, hujus ſane carnem in propriam ſubſtantiam, & puriſſimum ſangvinem (ſinguli enim aliquid & ſinguli multnm) converterunt. *Coll. Conimbr. l. 20. ſ. adt. 4. 7. de an.* Seponit enim anima ex eo, quod redundat, partem quandam alimenti ex tertia concoctione, quæ in quadam parte corporis ad id deſtinata, ſeminariam ac generativam vim accipit. Hi ipſi poſtmodum ex hoc ſangvine filias & filios pro- crearunt. Atq; hinc â ſingulis maxima genitoris particula, per partes in puriſſimum ſangvinem converſa, in neptes & nepotes transfuſa. A- vus horum, â quonam ſibi ſuum repetet corpus, anne â & filiabus, & filiisi? At ſinguli hi jam maximam partem in ſuas quoq; filias & filios transfuderunt, quam etiam ſine eſſentiæ diſpendio refundere neque- unt. Ex puriſſimo enim ſangvine conſtant: hic illis principium eſſen- di dedit. Tolle tu vero principium, ubi gentium erit principiatum! Non vero tantum neptes & nepotes per generationem participes ſunt facti avitæ carnis: ſed etiam per nutritionem,: quippe avita caro im- pac-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

pacta jam liberis in conjugio degentibus in cibum quoq; cedit neptis nepotibusve. Nam & hi ſuos eſitant parentes adeoq; cum patris avi ſimul hauriunt carnem. Sic ergo per hæc duo quaſi portoria, alio delata avi caro tota eademq; numero haud redibit, quippe cum penè tota eademq; numero aliorumq; ſit, aliisq; oſtendi dederit principium. Adeſte hic vos Sceptici, atq; oſtendite obſecro, quibus anchoris ſiſti hic poſſit humana ratio? ſic eodem modo vexantur tumida noſtra judicia, exemplo iſtius hominis, qui corpora 300. virorum ſeſe abligurivisse eſt profeſſus. Is enim cum ferè ſolis victitaret humanis carnibus (non enim utuntur pane Canibales ait *Scalig. ex 292. ſ. 4.*) ex iis quoq; haud dubie liberos procreavit. Qui omnes profecto, ſi vel maxime etiam in cineres ſint diſſipata ipſorum corpora, tranſpoſitam ſubſtantiam reponere nequeunt, præſertim ſi infantes moriantur. Ecquis fieri potuiſſe inficias iverit, quin ille ipſe heluo ex humana quoq; ſit pro creatus carne, atq; poſtmodum hanc per appoſitionem 300. virorum in virilem uſq; ſtaturam adauxerit? Repetatur ſemen, quod merè aliorum fuit quodq; huic Antropophago eſſendi dedit principium, repetantur partes per aſſimilationem in ſubſtantiam converſæ. Ubi terrarum igitur nunc eſt ille gurges? Silentii pudor hic pater eſto. Adhæc ſicuti bovina caro in humanam converſa ſubſtantiam, non ultra meretur dici bovina, ſed humana caro (non enim boves in hominibus reſurgent) ſic hujus hominis (Jacobi) caro in alterius (Petri) ſubſtantiam tranſpoſita, manet quidem in ſpecie humana caro: at non in individuo Jacobi, ſed Petri humana caro. Forſan pro uno homine multiplicem agemus. In re enim tam difficili quoniam nodum ſolvere neſcimus, jocorum acie ſcindendus eſt *Scalig. exer. 137.* Faceſſant igitur denuo, qui immenſum Theologiæ ovum, unico hauſtu abſorbere, & rationis acie eradere ſolent - - Non ergo ſatis prudenter *P. Martyr Dial. 6* qui ſcribit. Atqui nos facilè quidem concedimus, multa fieri, quæ nos intelligere non poſſumus, iſta tamen non concedimus, quia non poſſe fieri intelligimus. Audi vero. Ergo nec conceditis Antropophago ſuum reſtitui poſſe corpus, quia id fieri non poſſe intelligitis, ſi ille vecordiæ maculam delirii lavit atramento &c.

Lege huc ſi lubet *Urſini cap. 42. l. 1. analector* cujus titulus Ανθρωποφάγοι, carnis humanæ dulcedo & *cap. 27. l. 2. Camerar. Cent. 1. p. 86. 173.*

c. 2. p. 337. *Conf. Joh. Ludovici* Gottfried West-Indianisch Histor. P. 1. p. 144. P. 2. p. 282.

III. Testamentum inter Muhamedem & Christianum populum.

EDidit hoc Testamentum Arabicè & Latinè *Johannes Nisselius LL. Orientalium cultor, Lugd. Batav. 1655. detectis erratis editionis Paris. & restitutis locis corruptis.* De hoc Scripto ad Lectorem notat. Est Muhamedis magni illius impostoris judicium sive Testamentum, ut dicitur, quo ille Christianis in Oriente *ante mille & aliquot annos* favorem suum demonstrare voluit. Europæ primo incognitum, usq; dum à *Patre Pacifico Scaligero* ex Oriente alportatum fuit, quod nobilissimus ille Supremæ Curiæ Parisiensis Senator *Franciscus Hottomannus* Gabrieli Sionitæ, è monte Libano oriundo, ad Latinè interpretandum tradidit. Observavit hæc Typographus quidam Regius *Antonius Vitray*, & scriptum hoc publicis typis in Gallia commisit, verum Originali textu valdè corrupto, ac absq; vocalium figuris &c. Jam accipe potiora capita Pactionis & Testamenti initi inter Muhamedem Apostolum DEI, & fidei cultores. Muhamedes à DEO missus ad
„omnes homines erudiendos eisq; depositum divinum in veri-
„tate annunciandum scripsit hæc, ut câusa Religionis Christi-
„anæ ab ipso DEO decisa maneret in omnibus terrarum parti-
„bus Orientalibus & Occidentalibus tam apud indigenas, quá
„extraneos, propinquos, & remotos, notos atq; ignotos. Cun-
„ctis hisce populis præsentem relinquo scripturam in fœdus in-
„violabile, litem definitam, & legem, qua & justitia declaratur
„& arctissima horum edicitur observantia. Igitur quicunq; fi-
„dei Muslemanicæ cultor ista peragere neglexerit, & fœdus
„istic contentum violaverit, illudq; more infidelium perfrege-
„rit, & quæ in ipso præcipio, transgressus fuerit : is DEI fœdus
„violat, pactum repellit, testamentum contemnit, sive Rex fue-
„rit, sive alius quilibet fidelium & Muslemannorum. Per hæc
„autem fœdera, quibus me astrinxi, quæq; â me Christiani tam

„meo, quam omnium sectatorum meorum Muslemanorum no-
„mine postulaverunt, ut scilic. inirem cum eis pactum DEI &
„fœdus atq; Testamentum Prophetarum, Apostolorum, Elec-
„torum, & Sanctorum ejus fidelium, & beatorum antecessorum
„& posterorum. Per hoc, inquam, fœdus & testamentū meum
„(quod tanta religione custodiri volo, quanta tenetur Prophe-
„ta missus, aut Angelus majestati proximus in Deum obedien-
„tia, legem & fœdus ejus observantia) polliceor me defensurum
„judicem eorum in Provinciis meis cum equitibus, peditibus,
„adjutoribus & sequacibus meis fidelibus, & eos undiq; ab ini-
„micis servaturum, sive remoti fuerint, sive propinqui, tam in
„pace, quam bello, & securas redditurum Ecclesias eorum, tem-
„pla, Oratoria, Monasteria, & loca peregrinationis protectu-
„rum, ubicunq; sita fuerint, in monte, aut valle, caverna, aut do-
„micilio, planitie, vel arena, vel ædificio, Religionem quoq;, &
„bona eorum defensurum, ubicunq; fuerint, & quacunq; in par-
„te jacuerint, in terra, aut mari, Oriente sive Occidente, quem-
„admodum custodio me ipsum, sceptrum meum, & gentis meæ
„populos fideles, atq; Moslemannos. Item suscepturum eos sub
„protectione mea ab omni læsione, & vexatione, & offensa &
„nocumento: Nec non hostes omnes mihi & ipsis infensos a-
„cerrimè oppugnaturum per meipsum, & asseclas, atq; fauto-
„res meos, & gentem meam - - Me etiam remoturum pollice-
„or ab eis detrimenta, quæ patiuntur confœderati ex mutuatio-
„nibus, & vectigalibus, ita ut nihil solvāt, nisi quod eis libuerit - -
„Episcopus de suo Episcopatu non perturbabitur, neq; Christi-
„anus de fide Christiana, neq; Monachus de professione sua,
„neq; religiosus de cœnobio suo. Neve exstruantur ædes ex æ-
„dibus Ecclesiarum eorum, nec ullo modo cedant in ædifici-
„um templorum, aut ædium Muslemanorum: nam si quis hoc
„fecerit, pactum Dei violat, Nuncio Dei refragatur. Nullus Mo-
„nachorum, Episcoporum, vel aliquis ex iis pretium solvát, ni-
„si consenserint. Census à mercatoribus locupletibus, unionum

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

,,& margaritarum piſcatoribus, gemmarum, auri, & argenti
,,foſſoribus & Chriſticolis div tibus atq; opulentis, non exi-
,,gatur ultra 12. denarios annuos, ſi modo fuerint ejus loci inco-
,,læ, & habitatores perpetui. Nam viatores non tenentur ad
,,vectigal & cenſum. Tributum ſolvat, quantum cæteri, ſi tene-
,,tur, nil ultra facultates & vires exigatur. Sic etiam pro terra,
,,ædificiis, & proventibus. Non cogentur confœderati in præli-
,,um cum Muslemanis exire contra hoſtes: non enim pertinet
,,ad fœderatos belli negotia tractare, imò eo conſilio fœdus in-
,,itum eſt cum ipſis, ut minime vexentur: ſed potius Musle-
,,manni vigilabunt. Non cogantur ad ſuppeditandos equos
,,aut arma in pugnam, quod ſi ſponte aliquis fecerit, ſolvantur.
,,Nemo Muslemannorum Chriſtianos infeſtet, ſed beneficiis
,,certet. Si Chriſtianus aliquod crimen commiſerit, coerceat
,,eum Muslemannus, ſpondeat pro ipſius culpa. Dabitur ei fa-
,,cultas vitam ſuam redimendi. Muslemanni cum Chriſtianis
,,participent in proſperis & adverſis. Caveant præterea, ne ulla
,,utantur violentia in rebus matrimonialibus, videl. ne per vim
,,inducant puellæ parentes ad eam matrimonio jungendam
,,cum Muslemannis. Nulla, inquam, afficiantur moleſtia, ſi
,,ſponſum, aut ſponſam recuſent; nam hoc omnino ſpontane-
,,um eſſe debet. Mulierem Chriſtianam ingredientem in do-
,,mum Muslemanni, non cogat ad religionem, ut ſcilic. ſuis
,,præſulibus obedire valeat & fidei ſuæ documenta percipere
,,ſine ullo impedimento: quapropter non excruciabit eam re-
,,pudium minitando, neq; ad fidem deſerendam ſolicitabit, hoc
,,enim facto pactum Dei poſthabuit, â fœdere nuncii Dei rebel-
,,lavit. Chriſtiani Eccleſiam, cœnobium, vel aliud quidvis ad
,,cultum pertinens reſtauraturi, quod ſi ope Muslemannorum
,,indiguerint, munificentia & auxilio iis ſubvenire debent &
,,gratis quidem, in beneficium fidei illorum, & ad implendum
,,fœdus Nuncii Dei. Nullum Chriſtianorum vexent, aut odio
,,habeant, non angarient, vel ad literas ferendas, vel iter mon-
ſtran-

ſtrandum, talis enim tyrannus & oppreſſor eſt & Nuncio DEI " adverſarius atq; ejus præcepto refractarius. Hæc ſunt pacta in- " ter Muhamedem & Chriſtianos.

Conditiones à Chriſtianis obſervandæ. Ne ullum uſpiam mili- " tem Muslemannis adverſum clam palamve foveant, aut ſuis domi- " bus contutentur. Muslemannorum hoſtes hoſpitio ne recipiant, & " ſuis in regionibus aut ſacris ædibus morari non patiantur. Ne con- " tra Muslemannos caſtris inimicis vires ſubminiſtrent, arma, viros, e- " quos ſuppeditent, pignora accipiant, cotractibus, ſcriptisq; obli- " gentur; ſed in locum aliquem ſeſe recipientes, ſeipſos tuebuntur & " pro vitæ atq; religionis ſuæ defenſione pugnabunt, Muslemanno cui- " libet, ejusq; jumentis tridui alimentum nullibi denegabunt, imò va- " riabunt eis cibos, quibus veſcentur. At ne his contenti, omnem ab " eis angorem & moleſtiam arcere conabuntur : ita ut ſi quis Musle- " mannus in domibus vel habitaculis eorum latitare fuerit compulſus, " amanter eum contutentur, & calamitate, in qua afflictus jacet, eri- " piant; celantes eum, & inimico non revelantes; ac ſic officium de- " bitum perſolventes. Qui aliquam ex his conditionibus violaverit " & ſecus faxit, privabitur immunitatibus hoc DEI, & Nuncii ejus Teſ- " tamento contentis, neq; frui merebitur privilegiis in favorem Præ- " ſulum & Monachorum Chriſtianorum indultis, & Alcorani cultori- " bus edictis. Quare gentem meam conteſtor per DEUM & Prophetam e- " jus, ut hæc fideliter cuſtodiant, & opere compleant, ubicunq; terra- " rum fuerint. Et DEI Nuncius rependet eis præmium pro iſtis, quo- " rum obſervantiam perpetuam, usq; ad extremum judicii diem & " mundi ſolutionem ſeriò commendat. Teſtes ſubjunguntur numero " 28. quos piget adponere.

Suppoſititium hoc Teſtamentum eſſe, lege apud *Hottinger. Hiſtor. Oriental.* l. 2. c. 2. p. 237. ubi hæc : Huc pertinet *Muhamedis teſtamentum*, quod in Gallia primo cum translatione *Gabrielis Sionitæ*, deinde etiam in Germania à *M. Johann. Fabritio Dantiſcauo, Roſtochii* 1638. ann. prodiit. In quo quidem facultatibus fidei & vitæ ita cavet, ut ſalvo hoc Teſtamento inter Arabes, Chriſtianam profiteri Religionem, ſacra in locis publicis celebrare, tutò licuerit. Meminit hujus Teſtamenti *Hugo Grotius ep. ad Gall.* p. 239.

his verbis: *Edidit Gabriel Sionita his diebus Testamentum Muhamedis τοῦ ψευδοπροφήτου aut indultum potius ejus in gratiam Christianorum, haud dubiè à Christianis suppositum, ut sub obtentu tanti nominis Musulmannis æquioribus uterentur. Ille tamen genuinum esse affirmat, & persuadet iis, qui nasum non habent.* An sit ὑποβολιμαῖον, ex stylo meo judicio Arabico optime poterit colligi, quem hactenus non vidi addit *Hottingerus* l. c. Non placet censura Grotii *Henningio Henning* in Muhamedan. precant. p. 60. ex eo cum & Armenii privilegium quoddam ostentent manu ipsius Muhamedis subscriptum se habere, unde ipsis reliquis Christianis plures immunitates esse Edvard Brerewod Scrut. Relig. p. 113. Adde singularem Muhamedis affectum erga Christianos, de quo *Georgius Elmacinus* fit. Aubjaseri Elamidi f. Abulmacaremi f. Abultibi *Histor. Sarac. p. 13.* edit. *Thomæ Erpenii 1625.* Refert *Auctor libri Almuhaddeb*, ex quo habet *Avuhanifa*, dixisse Omari Muhamedem valde favere Christianis, *Dic iis animas eorum eo nos habere loco, quo animos habere nostros, & opes eorum, quo opes nostras atq; accidentia eorum, quo accidentia nostra.* Item: *Qui christianum opprimit, adversarium eum habebit in die Judicii. Et qui Christiano nocet, mihi nocet.*

Quicquid sit de hoc pacto Muhammedano, reapse certe affectū illū nō experiuntur qui sub jugo Turcico gemunt, quare oppidò incauti, qui subsidiis illorum tollere conantur molestias. Loquantur ex propria experientia authores clarissimi, quos ann. 1616. excudi fecit Oppenheimii *Albertus Molmar* Scholæ Oppenheimiensis Collega, & sunt *Paulus Thurius scholæ Tholnensis in Hungaria* in Epistola ad amicos perscripta, quam tibi lubens communico, præsertim cum visum eruditorum jam pridem effugerit.

Pro ea occasione, quæ nunc mihi oblata est, volo tibi de atrocitate calamitatum nostræ provinciæ, tyrannidi Turcicæ subjectæ, pauca scribere, partim, ut mihi, quem tuorum amicorum vel mediocri consortio dignum judicasti, condoleas, partim ut audita malorum Iliade, quibus in hisce partibus lugubris Pannonia torquetur, ad pre-

procationes ad DEUM pro liberatione reddaris excitatior. Hujus tyrannidis conatus omnis est, non ut potentum Principum more, subjuget, sed ut totum Orbem in sua religione conformem efficiat, sive id armis sive mendaciis consequatur. Utinam autem solis armis eò contendat. Ad hanc rem, audi, qua sapientia scelestus Getes utatur. Principio in omnes terras promulgari jubet, se de Imperio, non de Religione, dimicare, nec curare, quibus subditi utantur cultibus, modò censum solvant juxta usitata ipsorum privilegia. Hic primus fallaciarum gradus est, eoq; deditionem colonorum trepidantium adipiscitur. Deinde ubi deditio facta est, ut in patria mea (quæ est Thur) constantiam aliquandiu simulat; pro levi quavis occasione crudeliter Szubassa seu Officialis cæditur: sed tamen interea census accrescit allegata probabili ratione. Tertio, ubi & simul habitandi datur copia, ut hîc, id est, in Tholna, primum status politicus dissipatur ac Magistratus Turcici creantur, ac prætoriale quidem munus Kadia, Officialis summi Emeng, lictorum passim in plateis vagantium, si quid vinculis & carcere dignum videant audiantve, Zubassa publicani Amandar occupant. Quomodo, inquis, hi ad principalem Tyrannidis terminum tendunt, qui est ut subditos ad religionem suam cogant? Plusquam serpentinam habet gens dira in genere suo prudentiam, rationem habet sequentium, quos devoratura est olim. Edicto publico ad id facinus nemo cogitur, sed tetia sic undiq; tendit, ut pusillum ab edicto distent. Summa, publicè proclamatur libertas, onerum sustinendorum immunitas, & quodvis flagitiũ committendi audacia iis, qui circumcisioné admittunt. Cæteri intolerabilibus oneribus opprimuntur. Huc accedunt & hæ capitiones: Si quis Getam levissimo quamvis convitio afficiat, quo etiam honesti homines uti solent, revera alterum sustinere necesse est, ut aut ignem extructum ingrediatur, aut circumcisionem admittat: nullum est tertium. Raro tamen magna pecuniæ summa res sepelitur, si omnibus palam nondum constiterit. Si quis Turcicum pileum qualemcunqve vel invitatus à Turca, vel per jocum, capiti imposuerit, revera alterum sustinebit, aut ignem aut circumcisionem. Ejus casus exemplum non procul vidimus. Nam Concionator quidam Evangelicus, cum in vicino nobis oppidulo Turcas hospites invitus haberet, & illi pileum sacerdotalem capiti imposuissent, exemplo ductus fortè & ipse Turcicum Paniolat suo capiti imposuit, unde factum est, ut circumcisionem non ef-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.7.118

fugeret: Idem postea Zubassa ejusdem oppidi aliquandiu extitit. Si quis Turcam, injuriam notoriam inferentem in defensione pugno baculóve percutiat, manum sine ulla dubitatione amittet. Si eundem salutet, ignem aut circumcisionem sustinebit. Si quis Turcam, indicem digitũ attollentem admonitus imitetur, quod sæpe fit in gesticulationibus, ignem aut circumcisionem subibit. Consvetudo Turcica est, obvium quemq; hoc modo compellare: Paturxica Kardos, hoc est, sis Turca, frater. Sapit profectò & multum sapit, qui silentio præterierit; nihil enim responderi potest, quod non sit periculosum. Quidam responderat: sis Ungarus tu; sic ego ero Turca, ob eam responsionem non effugit circumcisionem. Templum ædificari in locis novis adeò non licet, ut ne summus quidem præfectus id concedere ausit. Combusta utcunq; restaurari permittuntur arundinibus, sed sine turribus, horis & campanis, idq; non sine ingenti pecuniæ & munerum solutione. Vicinum oppidum est Charancz hîc cum æditiuus januam templi resolutam uno clavo eoq́ve ligneo, sine favore Officialis confirmasset, mulctam sex floren. solvere coactus est. In ceremoniis, in quibus aliquis Turca fit, hoc quoq; adjungitur: In Turcam creandus cum lapidum congerie adducitur in Templum Christianorum, & cogitur lapidare & conspuere templum Christianorum. Non est tam enorme, tam crudele facinus, quo non absolvaris, si te Turcam fieri significaveris. Nuper Juvenem prius Ludirectorem Macovien. & ibidem sponsam habentem amisi. Nam cum is consangvineum fortuito invenisset, ab eodem pharmaco infectus infatuatusq́; Turca factus, è nostris Scholis abiit, non sine ineffabili dolore animi, multorumq́; admiratione. Caligas & soccos virides glaucosq́; adeô non ferunt, ut eos cum ipsa cute cultris decisos dilanient. Mirum in modum mulieribus & virginibus insidiantur, quæ si pomum porrectum ab illis capiant, idque probari poterit, ipsorum fient conjuges. Civium conjuges relictis maritis olim consularibus alioqui divitibus, & adhuc vivis illis, nubere quotidianum spectaculum est. Nulla earum est, quæ ad Lernam malorum, id est, Constantinopolim non sit clam delata, & tamen propter vestes splendidas, quibus irretiuntur, quotidie nubere illis non desinunt. Si quis Turcarum virginem viduamq́; amabit, furorem simulat, ac testatus Prætorem, sibi mortem illaturum minatur, nisi nubat. Id si fiat, quod interdum accidit, servitutem illa non effugiet. Si in agris cadaver hominis repertum fuerit, oppidum, in cujus terminis repertum

pertum fuerit, florenos 400. ſolvet ſine ulla miſericordia. Proximè Turca interfecit juvenem mercatorem in ſylvis, qui cum factum non negaret in urbe, nec adhuc neget, ab oppido noſtro ſumma pecunia poſtulatur.

Si quis fortuito ſubmerſus fuerit idem ſequitur eum eventus, ſi, cum facta eſt ſubmerſio, aliquis fletit in littore, perpetuam ſervitutem non effugiet, Ubi Turci irati inter ſe dimicarint, alterq; occiſus fuerit, tota familia ejus domus, in qua id actum fuerit, in perpetuam incidet ſervitutem. Porci hic non aluntur, niſi intra clauſtra. Si qui Turcarum noſtram occuparint domum, quod fit ſæpe dum eunt, ac redeunt exercitus; cautè obſervamus, ne laridum uſpiam pendeat, ſolent enim particulam ſuo injicere cibo, ac deniq; accuſatum hoſpitem coram Prætore in ſervitutem redigere. Graſſante peſtilentia jubentur occidi canes, nec ulla porta occiſi cadavere canis vacat, ſi quis non habet quem occidat, pecunia emat. Hic fœtor mihi quidem, ut ſcis, non ſentitur, (quia ipſe ſum ſine olfactu:)alii quantoperè hoc ſuffitu delectentur, narrare poſſunt. Rationem facti hanc aſſignant, quòd numen iratum ſit, ſitiatq; ſangvinem, ac eo citius expletum iri ejus deſiderium, quò plus videatur fluere ſangvinis, nec referre, cujuſmodi ſit ſangvis, modò ſit ſangvis & cadaver modò ſit cadaver. In feſtis Turcicis nos ab omnibus laboribus abſtinere cogimur: Imò à lectionibus id temporis abſtinere cogor. In paulò ante nominato oppido currebat canis, cui cauda abſciſſa fuerat. Officialis, cum in platea cum civibus colloqueretur, vidit canem prætereuntem ac ejulantem, ac civibus quidem teſtatus eſt, canem, ſi loqui poſſet intelligibiliter, ſibi conqueri, & autorem ſangvinis accuſare velle. Ideo mulctam à civibus extorſit florenos ſex. Similiter cum quidam pedem in truncum eminenrem offendiſſet, vulnus panniculo obligavit: Rogat hunc Officialis, cur nam claudicet? oſtendit ille truncum, in quem impegerat: hic ſuo dogonith graviter autorem ſangvinis affligit, ſed florenos ſex à ſaucio extorquet. Alium colonum mittit Officialis allatum vinum, hic in redeundo, altero pede per lubricum iter ferè labitur: narrat hoc colonus cum riſu, ut fit, ſi, inquit, alter quoq; pedum meorum, ſic tibi inſervire noluiſſet, ut alter, vino caruiſſes. Rogat ille, uter pedum ſit ille, qui ſervire noluit: ac oſtenſum graviter cædit. Caponi ſubjecti fuerunt pulli gallinacei, rogat officialis, an Capo eos pepererit, hoſpes negat, ô indig-

num, inquit facinus, tam regiam alitem tanta ſervitute premi. Eam ob rem floren. 6. hoſpes verbera effugit, ablato ſimul capone & pullis. Uſitatum eſt ipſis, examinare cum alios tum homines Eccleſiaſticos de religione: utuntur in eo examine dilemmate planè Diabolico. Prima quæſtio eſt, utrum Mahometi traditiones atq; univerſa eorum doctrina vera ſit? Si reſpondeas, veram eſſe, Amen dico tibi, non effugies aut ignem aut circumciſionem. Dicit enim: ſi vera eſt Bregid. (religio) hæc, cur non & habitu corporis eam comprobas, ut aliis exemplum dares? Si reſpondeas: veram quidem eſſe, ſed noſtram veriorem. Aut multa quidem eſſe vera, ſed multa non ſimilia veri. Idem ſequetur eventus: ignis aut circumciſio. Quid igitur, inquis, reſpondetis, ut bonam habeatis conſcientiam? Certe donec poſſumus, reſponſionem parergis narrationibus præterimus, multa diſſimulamus; Verum cum nullis datur locus ambagibus, hæc eſt forma noſtræ reſponſionis: Nos ſcimus, doctrinam noſtram veram & divinam eſſe, confirmatam multiplicibus teſtimoniis: ac in confeſſione ejus non fortunis, non corpori parcimus. De veſtra religione nos nihil legimus, nec librum enim, nec lingvam veſtram habemus, vos de inquirenda doctrinæ veſtræ veritate ſoliciti eſtote: nos noſtrum librum habemus, quem legimus. Ad hæc obmuteſcit Belial. Quod ſi ſcirent, nos habere exemplar ſui Alcorani latinum, Deus bone, capitale eſſet toti Chriſtianiſmo periculum. Judæi adeò exoſi ſunt apud eos, ut Turcas fieri volentes non prius admittant, quam carnes porcinas edant. Cum Judæis mihi quotidiana ferè dimicatio eſt, adjuvat me qualiſcunq; Hebreæ lingvæ cognitio; quam ipſi certaminibus augent.

Ex his aliquam noſtræ conditionis ideam habere potes. Omnia hic Turciſmum redolent, mores, habitus, peregrina omnia novitio videntur. Sermo nativus plus dimidia parte Turcicus eſt: Mulier jurans ait: Vallaha, Iſtenre mondom nem adom külömben, ottura kardos, ülyle atyamſia, Effendi, kegyelmed egyéc, &c. Revera raras hic mulieres, præſertim viduas, pudicas invenias: nullus eſt hic dedecoris ob facinus metus.

In qua ipſa caſtitatis electio excellit, ea tantum hic caſta pudicaq; eſt. Pauci cædunt verberibus ſuas conjuges, eò quod ad Turcas ob levem injuriam transfugiant. Non deſunt, qui facinus conjugum ſuarum norunt, ſed celant, quia proclamatione nihil proficerent. Un-

Ungaram ſemel cubile Turcicum expertam Ungaro nubere, nefas. Filium ex Ungara natum baptiſare, ſacrilegium, Patri, matri & baptiſanti ultimum ſupplicium. Multas viduas hic fœcundas videas. Præter hæc quantopere pueris inſidientur, dici modeſtè non poteſt. Prætereo, quod cum infelicitatem præliorum experiuntur, mox omne virus in Eccleſiaſticos homines evomunt. Hos ajunr, in cauſa eſſe periculorum eo, quod contrarias in ipſos ad Deum fundant imprecationes. Tali criminatione reverendus Dominus Epiſcopus noſter ter revinctis manibus decollandus fuit, ſed DEUS mirabiliter hactenus eum defendit. Dies & noctes fraudes texunt, ac retexunt, quibus Saeerdotes & ſcholas deleant. Hos enim in cauſa eſſe, quo minus Ungari fierent Turcæ, jam adverterunt. Quod ad prætoriale judicium attinet, cauſæ ne diffidas, etiamſi adverſa pars mille teſtes oculatos habeat, ſi plus pecuniæ ad corruptelam, quam illa, dederis. Pro levi noxa adeò reus cæditur in plantis, ut cutem utraqve plantarum relinquat. Auſim autem affirmare, nullum eſſe diem, qui talibus plagis vacet. Auſim, & illud: nullum eſſe Eccleſiæ miniſtrum, qui verbera eorum non ſit expertus, me excepto, & utinam perpetuo excepto. Sed ad quartum gradum propero.

Quartus gradus Turcicarum fallaciarum, quibus ad principale propoſitum tendunt, ſic ſe habet. Et eſtne (inquis) gravior adhuc conditio, quam veſtra? Quid? ſic ſe habet hæc noſtra cõditio ad quartũ gradũ, ſicut veſtra ad eã, in qua nos gemimus. Hujus generis homines ſunt à Drava fluvio, ubi Eſſechium oppidum eſt, & quicquid ultra continetur. Hic de pueris decimæ Tyranno maximo quotannis penduntur. Ex hisq́; eliguntur, qui forma excellunt, ex his poſtea educantur beſtiales illi & Cacodæmone pejores pedites, qui vocantur Janizari. His nihil proprium eſt, præter ea, quæ corpori adhærent: Hi neſciunt, quid ſit religio, niſi quod ex uſu tenent orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam. Hic menſuram circularem oſtiatim circumferunt, ac pro infantulis, quorum capita minora fuerint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.118

erint circulo, nihil census solvitur, pro reliquis, etsi centum sint in una domo, ducenta quinquaginta Asperes penduntur. Pro censu puerum dare, quotidianus & usitatus census est, sed conditionem illorum Deus, qui videt, pingere potest. Laudanda tamen in illis est constantia, quod Turci fieri in his extremis nolint. Occupatis partibus superioribus, eadē futura est in nostro quoq; oppido & circumjacentibus pagis conditio. Occupatâ Transsylvanâ totius Ungariæ status conveniet cum Dravæ accolis.

Hic conspicere quasi in pictura potes, quo in statu omnia oppida Ungariæ versentur. Signa hæc sunt, Gradus primus est, ubi nullus Turca versatur. Secundus, ubi Officialis tantum, Tertius, ubi Prætor: quartus, ubi pueri decimantur. Et hæc omnia ad statum Principalem referenda sunt, qui est, ut uniformis sit religio, eaq́; Turcica in toto Orbe: nam qui admittunt circumcisionem, hæc mala non experiuntur.

Hæc Sibyllinis foliis veriora esse, credas, quippe qui quotidie hæc videam. Nihil hic scriptum est, quod centies non sit crudelius & verius, quam à me relata sunt. Narrarunt mihi Asiæ & Ægypti conditionem captivi & liberi, quæ si ita se habent, ut audivi, hi gradus ex collatione tolerabiles utiq; fuerint. Nullus magnatum Turcarum est, qui in Hungaria seminat, qui non oppida aliquot in Bosniæ finibus & Thraciæ habeat collecta ex captivis Ungaricis. Hæc mitigatio nunc excogitata est, requirunt Principes totam stirpem & magna pecuniæ summa redimunt, quod ideo faciunt, ut fœdere consangvinitatis copulati maneant. Alioqui captivi semper, ad cognatos suos properare in patriam solent. Hæc oppida sunt ut armenta pecuaria. Princeps enim, dum vult, eligit ex liberis formosissimum quemq; eumq́; militiam docet. Alios dono mittit alii principi; alios vendit. His colonis nihil est proprium. Arant, fodiunt, metunt indesinenter ut jumenta. Cibum ex fructu capiunt: reliqua principum sunt. Inter hos ærumnarum Labyrinthos nos agnoscimus incredibilem Dei voluntatem, & pro ea indesinenter gratias agi-

gimus. Schola nostra tantum floret, quantum sedulitate mea efficere possum. Numerus discentium est tantus, ut duo auditoria vix capiant; horum etsi pueri pleriq; sunt, tamen & majorum sunt circiter quinquaginta. Tantam etiam in illis adverti discendi aviditatem, ut propediem me mea doctrina exhauriant, & multos video ex illis paulo post alio præceptore indigere, Vale.

Paulus Thuri.

Sequitur Oratio Reverendissimi Patris D. *Francisci comitis* de FRANGEPANIBUS, *Archi-Episcopi Colocens. & Episcopi Agriensis, Oratoris Regni Hungariæ* ad Cæsarem, Electores & Principp. Germaniæ. *Habita Ratisbonæ præsente D. CAROLO. V. Rom. Imp. ac nobilissimo Electorum, Principp. ac Ordinum Sacr. Rom. Imp. Senatu ** IX ** Anno* 1541. Ex qua hæc tantum excerpo p. 15. *Nunc autem cum eo hoste nobis res est, qui jura & leges in sua libidine habet, qui corporibus illudit, opes adimit, pernicies & labes quædam nobilitatis, bonarum artium, & antiquitatis, omnes exæquat, ac in unum ordinem miseræ servitutis redigit, colendo agro, pascendoq; pecori facit obnoxios. Constat hodie quoq; superesse in Turcia stirpem eorum, qui Constantinopoli imperarunt, sed tanto squalore & egestate, ut considerantibus eorum veterem fortunam lachrymas excutiant.* Est autem id longè gravius, neq; Christiano cuiq; tolerandum, quod Barbara feritas Catholicam religionem eversum eat, animasq; paret interficere: propositis donis, atq; honoribus iis, qui ad eorum impietatem defecerint, quod plurimi ex nostris faciunt, qui imbecilliores sunt &c. - - pag. 16. Habent autem in præceptis ab eorum Legumlatore, uti suam fidem armis tueantur & devictas gentes, suæ impietati adjungant, quo fit, ut captivos, qui ad Mahumeticam impietatem pertrahi nequeunt, omnibus injuriis, atq; contumeliis afficiant. &c. Lege Æneæ Sylvii Friderici III. Imperatoris Secretarii, post Pii II. epistolam ad Dionysium ArchiEpiscopum Strigoniensem de statu Ungariæ. Si quis me roget, Præstantissime Pater &c. *Justi Lipsii* monitionem super Ecclesiæ Christianæ Concordia. *Et Dissertat. anonymi*, an Turca apertis viribus à Christianis

vinci possit p. 531. seqq. *Thesaur. Politic. Philippi Honorii Dissertancul.* in qua modi quidam ostenduntur, quibus Turcico Imperio subditi facile ad seditionem concitari atq; inflammari possint p. 541. seqq. Thesaur. Honor. vid. *Levini Warneri Comp. Historicum* eorum, quæ Muhamedani de Christo & articulis Christianis tradiderunt. *Lazari Soranzii Ottomannus*. *Tarduccii* Turca vincibilis. *Busbequii* Consilium de bello Turcico. *Tourennii* Comitis Oratio de bello Turcico. *Ricaut* Caroli II. Reg. Angl. Secretarius Legatus ad Sultan Mahomet Han. IV. in der Historia von dem jetzigen Zustand des Ottomannischen Reichs cap. 2. l. 2. scribit, Mahometismum initiò lenimentis & blanditiis homines dementasse. Mahometem putasse consultum fore se cum Christianis conjungi. quare tolerantiam Religionum publicari jussit, gab vor/ habent verba Germanica, daß Christus ein grösserer Prophet als Moses sey/ daß er von einer Jungfrau gebohren/ welche ihn in dem sie an eine Rose gerochen/ empfangen/ und daß er ohne würckliche Sünde und von allen Versuchungen des Teuffels frey sey. Christus sey das Wort Gottes/ also nennen sie ihn im Alcoran. Er habe viel Krancke gesund gemacht/ Todten auferwecket und viel Wunderwercke gethan/ welche seine Jünger durch seine Macht gleichfals verrichtet. Ja ich habe gehöret/ daß Türcken mit grosser Ehrerbietung von ihm geredet und gantz eyfrig behaupten wollen/ er sey nicht von Juden gecreutziget worden/ ja es sey eine Gottlosigkeit/ wann man glaube/ daß ihn GOtt der HErr/ der ihn so sehr geliebet/ und ihm so grosse Gnade verliehen/ dermassen zuschandē werden lassen/ daß er ihn denē Jüden denen nichtswerthesten Menschen auf Erden übergeben/ und den schmählichen Tod des Creutzes/ welches die verachteste Straffe unter allen ist außstehen lassen/ - - Im Alcoran saget Mahomet selbst: ô ihr ungläubige ihr betet nicht an/ was ich anbete; und ich bete nicht an was ihr anbetet/ gehorchet ihr euren Gesetz/ und ich will den meinen nachgeleben. Damit aber er iedermann erweise/ daß er nicht das Christenthumb leyden wolle/ und die Christen versichere/ daß er nicht gesonnen sie zuverfolgen/ oder ihre Religion zuvertilgen/ hat er ein Testament oder pactum aufgesetzet/ dessen Original zu Mont Carmel bey Mont Liban eine Tagereiß von Meken gelegen/ und da die Frembden Mahometaner ihr Corban oder Opfer ablegen/ ehe sie in die Stadt gehen/ gefunden

worden. Man saget das Original sey in des Königs in Franckreich Bibliothec gebracht worden. - - pag. 319. Ricaut wiewohl die Türcken leugnen/ daß dieser Vergleich von dem Mahomet mit denen Christen gemacht werden/so wird er doch von vielen guten Authoren vor wahrhafftig gehalten/ welche sagen/er habe ihn in einer solchen Zeit gemacht und bestätiget / da sein Reich schwach war / und mit den Arabern Krieg führete; und damit er nicht von zweyen Feinden zugleich angegriffen würde. Sed postquam incrementum regni sui videret, inseruit Alcorano caput *de gladio & de cladibus*, ubi immutatus apparet stylus : si vobis res est cum infidelibus, occidite, ferite eos, vinctos catenis detinete quoad visum, solvant λύτρον. Neq; persequi eos desistite, donec arma posuerint, atq; se subjecerint. Omnes occasiones quærunt, ut ægre faciant Christianis, ita ut(judicio *Ricaut*) toleratio Religionis magis pœna & persecutio, quam favor & gratia censeri debeat. Ecclesiæ tolerantur Christianorum, quæ dudum, olim jam ædificatæ, novas Ecclesias ædificare non licet, Vulcano consumptas reparare non licet. Anno 1660. incendio Galatæ & Constantinopoli perierunt Ecclesiæ & Capellæ multæ, reædificatæ, dirutæ sunt; non enim licere, ajebant, de novo ædificare Ecclesias, ubi nil nisi fundus superest,

IV. An Martyres liberabunt in die Judicii eos, qui sunt ad sinistram, ut veniant ad dextram?

Disserit hac de quæstione *Thomas Hurtado Toletanus Resolut. Orthodox. Moral. Scholast. Historic.* de vero unico, proprio, & Catholico Martyrio Fidei. *Colon. Agripp. 1655.* fol. his: *Raynaudus P. 4. c. 6. n. 24.* tacito nomine refert scriptorem modernum, asserentem fuisse Patrum antiquissimam traditionem, tantam Martyrum fore prærogativam in finali judicio, & tantam precum suarum energiam, ac efficaciam, ut penes ipsos sit futurum amplum privilegium à DEO sibi concessum *eximendi, quos voluerint, à damnatorum numero & acri absolvere supplicio. Prudentius hymn. 6. de Fructuoso* & hymn. 9. de S. Romano.

Ro-